

Digitized by Google

162
H
38

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
162
H
39
NAPOLI

XXX · D · 20



G. A. [illegible] In. e del. B. Fariat Scul.

BIBLIOTECA NAZIONALE NAPOLI

DD — I. n. 43.

2

PROPRIVM SANCTORVM ROMANORVM PONTIFICVM ET ALIORVM PRO SACROSANCTA ROMANA CATHEDRALI ECCLESIA LATERANENSI

A Sac. Rit. Congregatione approbatum.

Ad commodiorem vſum, in quatuor Anni Partes, diſtributum.

S. Catha a pied fornellus de Mey. 1741



ROMÆ, Typis Tinaſſij. MDCXC.
SVPERIORVM PERMISSV.

BIBLIOTECA NAZIONALE V.E. III NAPOLI

FLAVIVS

Miſeratione Diuina

EPISCOPVS PORTVENSIS

S·R·E· CARD· CHISIVS·

Sacroſanctæ Lateranenſis Eccleſiæ

ARCHIPRESBYTER

CAPITVLO ROMANO

Vniuerſoque Clero Lateranenſi, perennem in Chriſto SALVATORE ſalutem.

MATER, & Magiſtra omnium Eccleſiarum, Romana Eccleſia Lateranenſis, (*a*) diſponente Domino, ſuper omnes alias obtinens Principatum, vtpotè Mater vniuerſorum Chriſti Fidelium; (*b*) Sicuti ad honorem eſt condita SALVATORIS, qui nimirùm omnium eſt Caput Electorum, ſic ex inconcuſſis Summorum Pontificum ſanctionibus, (*c*) Sanctorumque Patrum authoritatibus, Apex quidam, & Vertex eſt omnium Eccleſiarum, ac ſummitas, & culmen totius Chriſtianæ Religionis effecta, Eccleſia eſt Eccleſiarum, & Sancta Sanctorum; (*d*) Ideòque Archibaſilicæ

titulo decoratur, eòquòd ſuprà omnes, & ſingulas alias Eccleſias, Romani Pontificis Ouiũ Chriſti Archipaſtoris, (e) veluti electa Sponſa, fuerit à Deo deſtinata. Vt autem diuinis pręcipuè laudibus, tamquam Sponſa ornata Viro ſuo, frequenter Thalamum ſpiritualem adornet, Romanorum Sanctorum Pontificum feſtos dies, annua, & ſolemni celebritate, recenſet.

Cum igitur Sacra Rituum Congregatio, Sanctorum noſtrorum Pontificum Officia, quæ optabamus, approbare dignata iam fuerit; operæ pretium duximus, ſimul cum alijs Sanctorum Lateranenſium Officijs, & cum approbato Kalendario noſtro, typis recentibus ipſa mandare, atque ad commodiorem vſum, iuxta quatuor Anni partes, quadripartitis libellis diſtinguere; Eo fine ad hoc permoti, vt facilius, & alacrius in ſupradictis Sanctis ſuis, & præſertim Pontificibus, quibus ſupremam ſuam iuriſdictionem, è Cœlo in terris conferre placuit, Chriſtum SALVATOREM noſtrum, inuiſibile Eccleſiæ Caput, & Principem Paſtorum, laudare, & benedicere valeamus.

Studeamus ergo, Cerui inſtar deſiderantis fontes aquarum, ſitienti animo, & ore, haurire aquas de fontibus SALVATORIS; debitaſque eidem gratias agamus; Quod elegerit nobis hæreditatem ſuam, ſpeciem Iacob quam dilexit; & ad miniſterium Sacratiſſimi Sanctua-

rij,

rij, quod firmauerunt manus eius, dignatus fuerit nos, præ alijs euocare. Vnanimi, & concordi laudum ſuffragio, Confiteamur illi in Eccleſia Magna; & ſtudiosè ſimul, ac deuotè, In Cathedra Seniorum laudemus eum, Vt exaudiat de Templo ſancto ſuo vocem noſtram. Sic enim, expleto tandem fidelis noſtræ ſeruitutis officio, dicemus in illa die. Suſcepimus Deus miſericordiã tuam, in medio Templi tui. Dat. Romę ex Ædib. noſtris 8. Kal. Mart. *1690*.

F. Card. Chiſius Archipresbyter.



(*a*) S. Bernard. Abb. Serm. de Nat. S. Io. Bapt. in fin. (*b*) Concil. Rom. Lateran. ſub Innoc. III. (*c*) Conſtit. Greg. XI. & B. Pij V. ac alior. in Archiu. Later. ſeruat. (*d*) S. Petr. Dam. in Epiſt. ad S. R. E. Ep. Card. Lateran. (*e*) Theodor. Studita in Epiſt. ad Leonem Papam.

TABVLÆ
PERPETVAE

Indicantes quolibet Anni menſe, Horas Italicas celebrandi Miſſam, recitandi Officium Diuinum, ſeruandi Præcepta Eccleſiaſtica.

Notanda pro vſu ſequentium Tabularum.

SEquentes Tabulæ, ordinatæ pro eleuatione Poli graduum 41. poſſunt ſine vllo ſcrupulo transferri ad aliā eleuationem graduum propinquorum 42. ſub quæ comprehenditur in Italia, Roma cum ſuis locis adiacentibus. In his autem Tabulis non id ſpectamus, vt aſſignemus horam præciſam, & punctum temporis præſcripti: Cum enim fere quotidie fiat mutatio alicuius minuti, non poterit haberi hora certa, ſine vſu alicuius Tabulæ Generalis. Solum igitur intendimus aſſignare horam paulò citeriorem, vel vlteriorem vera, & aſtronomica, quam in humanis actibus ſufficientem exiſtimant Theologi, ad ſatisfaciendum circumſtantiæ temporis, requiſitæ in obſeruatione Præceptorum Eccleſiaſticorum, quam ideo appellant Tempus morale, ſiue Horam moralem.

Prætereà, quoniam horæ hic aſſignatæ reſpondent Horologijs rotalibus, quæ pulſu campanæ ſignificant horas; non erunt ex illis detrahenda crepuſcula, quemadmodum detrahi ſolent in alijs Tabulis, quæ referuntur ad Horologia ſolaria. Sed hora, exempli gratia, decima octaua tunc erit planè, quando audietur campana Horologij pulſata ſexies.

Tertio ſi alicubi audiantur plura Horologia, licebit cuique ſequi quod ipſe maluerit; quamuis id ſerius, aut citius, quam alia efficiat horas, dummodo notabilis differentia, non indicet euidentem errorem.

TA-

TABVLA PRIMA.

Docens horas Meridiei,& Matutini priuatim recitandi.

Cognitio autem Meridiei neceſſaria eſt.

Miſſa.

PRimo. Sacerdotibus quibus regulariter ſine priuilegio non licet celebrare Miſſam poſt Meridiem, niſi paulò poſt ipſum.

Ieiunium Eccleſiaſticum.

Secundo. Pro obſeruantia Ieiunij Eccleſiaſtici; nam ante Meridiem non licet comedere, niſi anticipatio eſſet modici temporis, qualem putant aliqui Theologi ſemihoram, alij vnius horæ, atque etiam amplius. Omninò ſatis erit, ſi Meridies inueniat quempiam prandentem, quamuis eo tempore prandium declinaret ad finem.

Signum ſalutandi B. M. V.

Tertio. Æditius, ſiue Cuſtodibus Eccleſiarum, qui hac hora ſolent campanis dare ſignum ſalutandi B. V. Mariam.

Denique additur altera Tabella horarum matutini priuatim recitandi, ſecundum iam receptam opinionem, quod exacta tertia parte diei artificialis, dicta olim ab Hebræis (ſecundum meliorem diuiſionem) Hora nona; poſſit priuatim recitari Matutinum diei ſequentis, cum illa hora perſolutæ iam ſint in Eccleſijs, Veſperæ diei currentis.

Menſes	Dies	Hora Meridiei	Tempus Matut.	Menſes	Dies	Hora Meridiei	Tempus Matut.
Ianuar.	1 ad 12	19	21 & 1 q.	Iulius	1 ad 12	16	19 & 3 q.
	13 ad 31	18 & 3 q.	21 & 1 q.		13 ad 31	16 & 1 q.	20
Februar.	1 ad 15	18 & m.	21	Augu.	1 ad 15	16 & m.	20
	16 ad 24	18 & 1 q	21		16 ad 25	16 & 3 q	20 & 1 q.
	25 ad 28	18	20 & 3 q.		26 ad 31	17	20 & 1 q.
Mart.	1 ad 5	18	20 & 3 q.	Septē.	1 ad 5	17	20 & 1 q.
	6 ad 15	17 & 3 q.	20 & 3 q		6 ad 16	17 & 1 q.	20 & m.
	16 ad 26	17 & m.	20 & m.		17 ad 27	17 & m.	20 & m.
	27 ad 30	17 & 1 q.	20 & m.		28 ad 30	17 & 3 q	20 & 3 q.
Aprilis.	1 ad 10	17 & 1 q.	20 & m.	Octo.	1 ad 10	17 & 3 q.	20 & 3 q
	11 ad 20	17	20 & 1 q.		11 ad 20	18	21
	21 ad 30	16 & 3 q.	20 & 1 q.		21 ad 31	18 & 1 q.	21
Maius.	1 ad 15	16 & m.	20	Nouē.	1 ad 15	18 & m.	21
	16 ad 31	16 & 1 q.	20		16 ad 30	18 & 1 q	21 & 1 q.
Iunius.	Per tot.	16	19 & 3 q.	Decē.	Per tot.	19	21 & 1 q

TA-

TABVLA SECVNDA

Exhibens horas Mediæ noctis, & finis Crepuſculi veſpertini.

Cognitio mediæ noctis eſt neceſſaria.

Miſſa, vel ſacra Cõmunio.

PRimo. Ad obſeruationem ieiunij naturalis, volentibus celebrare Miſſam, vel ſacram Communionem percipere poſtridie mane, qui ab hora mediæ noctis, prohibentur ſumere cibum aut potum.

Ieiun. Eccleſ. & abſtinentia a cibis.

Secundo. Ad obſeruationem ieiunij Eccleſiaſtici, & abſtinentiam à cibis prohibitis Feria 6. & Sabbathò; quarum obligatio, à media nocte habet initium pro die ſequenti, & finem pro præcedenti.

Feſta ex præcepto.

Tertio. Ad obſeruationem dierum Feſtorum ex præcepto; cum obligatio abſtinendiab operibus ſeruilibus, eodem modo habeat initium à media nocte &c. (quicquid ſit de more aliarum regionum) non enim licet intereà dare operam rebus ſeruilibus. niſi fortè ad modicum tempus, variè definitum à Doctoribus.

Nuptiæ.

Quarto. Propter prohibitionem celebrandi Nuptias: quæ ſicut incipit media nocte præcedente Feriam 4. Cinerum; & Dominicam primam Aduentus, ſecundum Ritum Romanum, (licet in aliquibus regionibus incipiat à primis Veſp. Sabbathi) ſic deſinit media nocte quæ ſequitur diem Epiphaniæ, & Dominicam in Albis.

Matut. in Choro.

Quinto. Pro Religioſis, qui media nocte ſolent ſurgere, vt canant in Choro Matutinum.

Sexto. Denique, cum aliquot Theologi ſentiant Indulgentias conceſſas Eccleſijs, vſque ad occaſum Solis, adhuc acquiri poſſe, dum durat Crepuſculum veſpertinum (Ital ce Alba della ſera) quod eſt verus, & perfectus terminus diei (manet enim aliquandiù etiam poſt occaſum Solis, aer ſuper Horizontem illuminatus, vt dicetur inferius) ideo oſtenditur quoque finis Crepuſculi veſpertini.

Menſes	Dies	Media Nox	Crepuſculi veſpert. finis.
Ianuarius,	1 ad 12	7	1 & 1 q.
	13 ad 31	6 & 3 q.	1 & 1 q.
Februar.	1 ad 15	6 & med.	1 & 1 q.
	16 ad 24	6 & 1 q.	1 & 1 q.
	25 ad 28	6	1
Martius.	1 ad 5	6	1
	6 ad 15	5 & 3 q.	1
	16 ad 26	5 & med.	1
	27 ad 31	5 & 1 q.	1
Aprilis.	1 ad 10	5 & 1 q.	1 & 1 q.
	11 ad 20	5	1 & 1 q.
	21 ad 30	4 & 3 q.	1 & 1 q.
Maius;	1 ad 15	4 & med.	1 & med.
	16 ad 31	4 & 1 q.	1 & med.
Iunius;	Per totum	4	1 & 3 q.
Iulius.	1 ad 12	4	1 & 3 q.
	13 ad 31	4 & 1 q.	1 & med.
Auguſt.	1 ad 15	4 & med.	1 & med.
	16 ad 25	4 & 3. q.	1 & med.
	26 ad 31	5	1 & 1 q.
Septemb.	1 ad 5	5	1 & 1 q.
	6 ad 16	5 & 1 q.	1 & 1 q.
	17 ad 27	5 & med.	1
	28 ad 30	5 & 3 q.	1
October.	1 ad 10	5 & 3 q.	1
	11 ad 20	6	1
	21 ad 31	6 & 1 q.	1
Nouemb.	1 ad 15	6 & med.	1 & 1 q.
	16 ad 30	6 & 3 q.	1 & 1 q.
Decembr.	Per totum	7	1 & 1 q.

TABVLA TERTIA

Oſtendens horas Auroræ, ſiue initij Crepuſculi matutini (Italice Alba della mattina) & Ortus Solis.

AVrora ſiue Crepuſculum matutinum (Italice Alba della mattina) nihil eſt aliud, niſi primus radius per quem aer propinquior Horizonti, à Sole illuminatur, dum adhuc eſt ſub terra per 18. gradus; qui ſicuti mane paulatim accedens, eum ſucceſſiue illuminat, donec exoriatur: ita etiam veſpere poſt occaſum recedens, eumdem ſucceſſiuè priuat lumine, donec deſinat omninò per vltimum radium illuminare. Neque tamen quis prohibet quominus alicubi vbi vel monte proximo, vel alio quopiam accidente fit, vt vel primus, vel vltimus aer modo iam dicto illuminatus minimè appareat) eadem ipſa hora hic notata ſit principium, aut finis Auroræ ſiue Crepuſculi matutini &c.

Eſt igitur neceſſaria cognitio horarum initij Auroræ ſiue crepuſculi matutini.

Miſſa. Primo. Sacerdotibus, quibus regulariter ſine priuilegio non licet ante illius initium, Miſſas celebrare, niſi forte anticipatio eſſet exigui temporis.

Salutatio B. M. V. Secundo. Propter ſignum ſalutandi Beatiſs. Virginem, mane dari ſolitum in Eccleſijs: quod ſicut non debet præcurrere Auroram: ita non expectandus eſt aer valde clarus, ſecundum vſum noſtræ Sacroſanctæ Lateranenſis Archibaſilicæ, & cæterarum Baſilicarum Vrbis.

Poſtremò additur Tabula ortus Solis, ad commoditatem tum illorum Religioſorum, qui tunc temporis ſolent canere Primam in Choro, tum Presbyterorum ſecularium, qui eàdem hora congregantur, ad inchoanda in ſuis Eccleſijs Officia Diuina, & propter alios vſus. Horæ igitur vtriuſque Tabulæ, in ſingulis menſibus ſunt ſequentes.

Men-

Menſ.	Dies	Aurora	Ortus Solis	Menſe	Dies	Aurora	Ortus Solis
Ianu.	1 ad 4	12 & 3 q	14 & m.	Iulius	1 ad 6	6 & m.	8 & m.
	5 ad 15	12 & m.	14 & 1 q.		7 ad 18	6 & 3 q.	8 & 3 q.
	16 ad 24	12 & 1 q.	14		19 ad 27	7	9
	25 ad 31	12	13 & 3 q.		28 ad 31	7 & 1 q.	9 & 1 q.
Febr.	1 ad 7	11 & 3 q.	13 & m.	Auguſt.	1 ad 5	7 & m.	9 & 1 q.
	8 ad 12	11 & m.	13 & 1 q.		6 ad 12	7 & 3 q.	9 & m.
	13 ad 18	11 & 1 q	13		13 ad 17	8	9 & 3 q.
	19 ad 24	11 & 1 q.	12 & 3 q.		18 ad 24	8 & 1 q.	10
	25 ad 28	11	12 & m.		25 ad 31	8 & m.	10 & 1 q.
Mart.	1 ad 7	11	12 & 1 q.	Septẽb.	1 ad 4	8 & 3 q.	10 & m.
	8 ad 12	10 & 3 q.	12		5 ad 8	9	10 & 3 q.
	13 ad 17	10 & m.	11 & 3 q.		9 ad 12	9 & 1 q.	11
	18 ad 22	10 & 1 q.	11 & m.		13 ad 16	9 & m.	11
	23 ad 25	10	11 & 1 q.		17 ad 20	9 & 3 q.	11 & 1 q.
	26 ad 28	9 & 3 q.	11 & 1 q.		21 ad 26	10	11 & m.
	29 ad 31	9 & m.	11		27 ad 30	10 & 1 q.	11 & 3 q.
April.	1 ad 4	9 & 1 q	11	Octob.	1 ad 6	10 & m.	12
	5 ad 9	9	10 & 3 q.		7 ad 12	10 & 3 q.	12 & 1 q.
	10 ad 15	8 & 3 q.	10 & m.		13 ad 18	11	12 & m.
	16 ad 20	8 & m.	10 & 1 q.		19 ad 23	11	12 & 3 q.
	21 ad 26	8 & 1 q.	10		24 ad 28	11 & 1 q.	13
	27 ad 30	8	9 & 3 q.		29 ad 31	11 & m.	13 & 1 q.
Maius	1 ad 3	7 & 3 q.	9 & 3 q.	Nouẽb.	1 ad 4	11 & m.	13 & 1 q.
	4 ad 9	7 & m.	9 & m.		5 ad 11	11 & 3 q.	13 & m.
	10 ad 18	7 & 1 q.	9 & 1 q.		12 ad 18	12	13 & 3 q.
	19 ad 26	7	9		19 ad 26	12 & 1 q.	14
	27 ad 31	6 & 3 q.	8 & 3 q.		27 ad 30	12 & m.	14 & 1 q.
Iunius	1 ad 8	6 & m.	8 & 3 q.	Decem.	1 ad 9	12 & m.	14 & 1 q.
	9 ad 30	6 & 1 q.	8 & m.		10 ad 31	12 & 3 q.	14 & m.



INdictio eſt tributi, vel exactionis genus, ſeù potiùs ſtatum tempus, quod ab antiquis Romanis Gentibus ſubditis indicebatur, hoc eſt imperabatur. Illud itaque tria Luſtra, & quodlibet Luſtrum, quinque annos complectebatur. Vnde Indictio, quindecim annorum eſt curriculum; ex cuius vſu annorum ipſorum ratio conſtitui cœpta eſt, Conſtantino imperante, anno Chriſti 313. ante diem viij. Kal. Octobris, quo die victus Maxentius, Religioque Chriſtiana in libertatem vindicata eſt. Ergo quaſi à primordijs Chriſtianæ libertatis, Niceni Concilij authoritate, inſtitutum eſt, vt ſublatis Olympiadibus, annorum ratio ab eo tempore iniretur, ſic vt xv. quoque anno noua eſſet Indictio, anni autem ſinguli Indictionis numero annotarentur. Nil mirum igitur, ſi in Romana Eccleſia ille numerandi vſus adeò inualuit, vt non ſolùm in contractibus, alijſque ſcriptu-

ris publicis, ſed & in ipſis Reſcriptis Apoſtolicis, Indictionis numerus, vt annis currentibus correſpondet, identidem comperiatur. Quapropter non abs re viſum fuit, ſupra deſcriptam Tabellam hic apponere, qua perpetuis futuris temporibus facilè inueniatur Indictionis numerus, annis ſingulis applicandus, hoc pacto videlicet, vt poſt annum 1704. quo in Tabella Indictio eſt xii. anno ſequenti 1705. illa ſit xiii. & ſucceſſiuè, vt in ipſa Rota, in perpetuum.






CYclus (quod apud Græcos Orbem, Circulum, ſeu Rotundum ſignificat) Solaris condictus, interuallum eſt 28. annorum, quo Litteræ Dominicalis (à Dominica Reſurrectionis Domini Noſtri Ieſu Chriſti ſic dictæ;) nec non Biſſextilium, ac aliorum annorum occurrentes pro tempore varietates quaſi digito deſignantur. Nec ideò Solaris vocatur, quaſi eo ſpatio Sol ad eundem redeat locum; ſed quia ex Solis motu ille regulatur; hac vtpotè ratione, vt cum dies hebdomadæ ſint ſeptem numero, annuſque biſſextilis ſingulis quadriennijs recurrat, & tunc dies in menſe Februario intercaletur, numerus ſeptenarius quater multiplicatus vigeſimum octauum efficiat numerum.

Hæc

Hæc porrò Rota facilè tibi erit in vſu, ſi poſt annum 1717. in hac Tabella vltimum, cui Cyclus Solaris 18. numero, & Littera Dominicalis B, correſpondent: Anno ſequenti 1718. Cyclum ſolarem 19. & Litteram Dominicalem A, attribuas, & ſic de reliquis per circumbolutionem in perpetuum. Hoc tamen peculiariter obſeruando, quod cùm ſtatutū fuerit ſingulis quadringentis annis, tres omitti Biſſextos, atque adeo anno 1700. vnus, deinde anno 1800. duo, & poſtmodum anno 1900. tres Biſſexti relinqui debeant: in his Centenariorum, & alijs eiuſmodi annis, ſi duplex littera occurrat, prima ſolummodo in vſu eſt habenda illo anno.





AVreus Numerus (ſic nuncupatus, quia ex illo tanquam baſi fundamentali eruitur Feſtiuitatum Mobilium, quæ verè ſunt Chriſtianæ Religionis Aurum, & Diuitiæ, conſtitutio:) ſpatium eſt nouemdecim annorum, quo in gyrum recurrente, Luna ad eam, qua antea Soli vnita fuit, reuertitur coniunctionem. Quod quidem curriculum, modo quo in antecedentibus Tabellis iam dictum eſt, clariùs patet, quàm vlla alia indigeat declaratione.



EPacta Grȩcis, Latinis Additio dicitur, vnde, quod ad Kalēdarium attinet, nihil aliud eſt quàm vndecim dierum additamentum quibus Annus Solaris 365. dierum, Lunarem Annum dierum 354 excedit. Vbi verò in annum aliquem cadit aſteriſcus * tunc aduenit Emboliſmus, hoc eſt inſititius ſeu intercalaris, quia tunc quaſi interſeritur, ſeu intercalatur decima tertia Lunatio ex ſuperabundantibus 30. diebus concinnata. Epactæ porrò (vt vides) ſunt numero 29. in ſeipſas quaſi circulatione per additionem vndenariam, & detractionem trigeſimi numeri, ſi ſupereſt, reuoluentes; & ita Nouilunia deſignantes, vt quolibet anno illa adueniant priùs quàm anno antecedenti vndecim diebus, non ſanè omnimodo. quo Aſtronomi obſeruant, rigore; ſed aliquantum etiam quàm iſti ſeriùs, ad ſtatutam Paſcharis Reſurrectionis Dominicæ celebrationem; de qua ſat diffusè apud alios.

TABVLA TEMPORARIA

FESTORVM MOBILIVM:

Anni Dñi.	Septua-geſima.	Dies Ci-nerum.	Paſcha.	Aſcenſio Domini.	Penteco-ſtes.	Corpus Chriſti.	Dñica I. Aduent.
1690	22 Ian.	8 Feb.	26. Mar.	4 Maij	14. Maij	25 Maij	3. Dec.
1691	11 Feb.	28 Feb.	15. Apr.	24 Maij	3. Iunij	14 Iunij	2. Dec.
1692	3 Feb.	20 Feb.	6. Apr.	15 Maij	25. Maij	5 Iunij	30. Nou.
1693	18 Ian.	4 Feb.	22. Mar.	30 Apr.	10. Maij	21 Maij	29. Nou.
1694	7 Feb.	24 Feb.	11. Apr.	20 Maij	30. Maij	10 Iunij	28. Nou
1695	30 Ian.	16 Feb.	3. Apr.	12 Maij	22. Maij	2 Iunij	27. Nou.
1696	19 Feb.	7 Mar.	22. Apr.	31 Maij	10. Iunij	21 Iunij	3. Dec.
1697	3 Feb.	20 Feb.	7. Apr.	16 Maij	26. Maij	6 Iunij	30. Nou.
1698	26 Ian.	12 Feb.	30. Mar.	8 Maij	18. Maij	29 Maij	29. Nou.
1699	15 Feb.	4 Mar.	19. Apr.	28 Maij	7. Iunij	18 Iunij	28. Nou.
1700	7 Feb.	24 Feb.	11. Apr.	20 Maij	30. Maij	10 Iunij	28. Nou.
1701	23 Ian.	9 Feb.	27. Mar.	5 Maij	25. Maij	26 Maij	27. Nou.
1702	12 Feb.	1 Mar.	16. Apr.	25 Maij	4. Iunij	15 Iunij	3. Dec.
1703	4 Feb.	21 Feb.	8. Apr.	17 Maij	27. Maij	7 Iunij	2. Dec.
1704	20 Ian.	6 Feb.	23. Mar.	1 Maij	11. Maij	22 Maij	30. Nou.
1705	8 Feb.	25 Feb.	12. Apr.	21 Maij	31. Maij	11 Iunij	29. Nou.
1706	31 Ian.	17 Feb.	4. Apr.	13 Maij	23. Maij	3 Iunij	28. Nou.
1707	20 Feb.	9 Mar.	24. Apr.	2 Iunij	12. Iunij	23 Iunij	27. Nou.
1708	5 Feb.	22 Feb.	8. Apr.	17 Maij	27. Maij	7 Iunij	2. Dec.
1709	27 Ian.	13 Feb.	31. Mar.	9 Maij	19 Maij	30 Maij	1. Dec.
1710	16 Feb.	5 Mar.	20. Apr.	29 Maij	8. Iunij	19 Iunij	30. Nou.
1711	1 Feb.	18 Feb.	5. Apr.	14 Maij	24. Maij	4 Iunij	29. Nou.
1712	24 Ian.	10 Feb.	27. Mar.	5 Maij	15. Maij	26 Maij	27. Nou.
1713	12 Feb.	1 Mar.	16. Apr.	25 Maij	4. Iunij	15 Iunij	3. Dec.
1714	28 Ian.	14 Feb.	1. Apr.	10 Maij	20. Maij	31 Maij	2. Dec.
1715	17 Feb.	6 Mar.	21. Apr.	30 Maij	9. Iunij	20 Iunij	1. Dec.
1716	9 Feb.	26 Feb.	12. Apr.	21 Maij	31. Maij	11 Iunij	29. Nou.
1717	31 Ian.	17 Feb.	4. Apr.	13 Maij	23. Maij	3 Iunij	28. Nou.
1718	13 Feb.	2 Mar.	17. Apr.	26 Maij	5. Iunij	16 Iunij	27. Nou.
1719	5 Feb.	22 Feb.	9. Apr.	18 Maij	28. Maij	8 Iunij	3. Dec.

I A N V A R I V S.

Habet dies 31.



Luna verò 29.

Cyc. Epa.	L. D.		D. M.		Ritus.
*	A	Kal.	1	Circumciſio Domini.	Duplex.
29	b	iv	2	Oct. S. Stephani.	Duplex.
28	c	iij	3	Oct. S. Ioannis.	Duplex.
27	d	Prid.	4	Oct. SS. Innocentium.	Duplex.
26.	e	Non.	5	Vigilia Epiphaniæ.	Semid.
25.25	f	viij	6	Epiphania Domini.	Duplex.
24	g	vij	7	De Octaua	
23	A	vj	8	De Octaua	
22	b	v	9	De Octaua	Semid.
21	c	iv	10	De Octaua	
20	d	iij	11	De Octaua	
19	e	Prid.	12	De Octaua	
18	f	Idib.	13	Octaua Epiphaniæ.	Duplex.
17	g	xix	14	FEBRVAR. Hilarij Epiſc. & Cóf. Commem. S. Felicis Presb. & M.	Semid.
16	A	xviij	15	Pauli primi Eremitæ Confeſſoris. Commem. S. Mauri Abbatis.	Semid.
15	b	xvij	16	Marcelli Papæ, & Martyris.	Duplex,
14	c	xvj	17	Antonij Abbatis.	Duplex.
13	d	xv	18	Cathedra S. Petri Romæ. Comm. S. Priſcæ Virg. & Mart.	Duplex,
12	e	xiv	19	Canuti Martyris. Comm. SS. Marij, Marthæ, Audifacis, & Abachum Martyrũ.	Sem. lib.
11	f	xiij	20	Fabiani PP. & Sebaſtiani Martyrũ.	Duplex.
10	g	xij	21	Agnetis Virginis, & Martyris.	Duplex.
9	A	xj	22	Anaſtaſij Martyris.	Duplex.
8	b	x	23	Raymundi de Pegnafort Confeſſ. Comm. S. Emerentianæ V. & M.	Semid.
7	c	ix	24	Timothei Epiſcopi, & Martyris.	Semid.
6	d	viij	25	Conuerſio S. Pauli Apoſtoli.	Duplex.
5	e	vij.	26	Polycarpi Epiſcopi, & Martyris.	Semid.
4	f	vj	27	Vitaliani Papæ, & Confeſſoris.	Duplex.
3	g	v	28	Agnetis ſecundò Virg. & Martyris.	Duplex.
2	A	iv	29	Franciſci Saleſij Epiſc. & Confeſſ.	Semid.
1	b	iij	30	Felicis IV. Papæ, & Confeſſoris.	Duplex
*	c	Prid.	31	Petri Nolaſco Confeſſoris.	Duplex.

F E B R V A R I V S.

Habet dies ·28.



Luna verò .29.

Cyc. Epa.	L. D.		D. M.		Ritus.
29	d	Kal.	1	Ignatij Epiſcopi, & Martyris.	Semid.
28	e	iv	2	Purificatio Beatæ Mariæ Virginis.	Duplex.
27	f	iij.	3	Dionyſij Papæ, & Confeſſoris.	Duplex.
				Commem. s. Blaſij Epiſc. & M.	
25. 26	g	Prid.	4	Andreæ Corſini Epiſc. & Confeſſ.	Sem.lib.
				Ante non erit Cinis.	
25 24	A	Non.	5	Agathæ Virginis, & Martyris.	Semid.
23	b	viij	6	Zoſimi Papæ, & Confeſſoris.	Duplex.
				Comm. s. Dorotheæ Virg. & M.	
22	c	vij.	7	Romualdi Abbatis.	Duplex.
21	d	vj	8	Ioannis de Matha Confeſſoris.	Dup.lib.
20	e	v	9	Aniceti Papæ, & Martyris.	Duplex.
				Comm. s. Apolloniæ Virg. & M.	
19	f	iv	10	Teleſphori Papæ, & Martyris.	Duplex.
18	g	iij	11	Agathonis Papæ, & Confeſſoris.	Duplex.
17	A	Prid.	12	Hygini Papæ, & Martyris.	Duplex.
16	b	Idib.	13	Gregorii II. Papæ, & Confeſſoris.	Duplex.
15	c	xvj	14	MARTII Io: Chryſoſt. Ep. & Conf.	Duplex.
				Comm. s. Valentini Presb. & M.	
14	d	xv	15	Inuent. Corporũ SS. Diodori Presb. Mariani Diac. & Socior. Mart.	Semid.
				Comm. ss. Fauſt. & Iouitæ MM.	
13	e	xiv	16	Vincentij Martyris.	Semid.
12	f	xiij	17	Martinæ Virginis, & Martyris.	Semid.
11	g	xij	18	Simeonis Epiſcopi, & Martyris.	
10	A	xj	19	*Septuag. poſt non erit.*	
9	b	x	20		
8	c	ix	21		
7	d	viij	22	Cathedra S. Petri Antiochiæ.	Duplex.
6	e	vij	23	Vigilia.	
5	f	vj	24	Matthiæ Apoſtoli.	Duplex.
4	g	v	25	Felicis III. PP. Conf. *Locus Biſſexti.*	Duplex.
3	A	iv	26		
2	b	iij	27		
1	c	Prid.	28		

In Anno Biſſextili Februarius eſt dierum 29. & Feſt. S. Matthiæ celebrat. 25. Febr. & bis dicit. vi. Kalen. die 24. & die 25. & Litera Dominic. quæ ſumpta fuit in Ianuario, mutatur in præcedentem.

MAR-

M A R T I V S.

Habet dies 31.		*Luna verò 29.*

Cyc. Epa.	L. D.		D. M.		Ritus.
*	A	Kal.	1		
29	c	vj	2	Simplicij Papæ, & Confeſſoris.	Duplex.
28	f	v	3		
27	g	iv.	4	Lucij I. Papæ. & Martyris.	Duplex.
26	A	iij	5	Caſimiri Confeſſoris.	Semid.
25. 25	b	Prid.	6		
24	c	Non.	7	Thomæ de Aquino Conf. & Eccl. Doctoris. Comm. ss. Perpetuæ, & Felicitatis Martyrum.	Duplex.
23	d	viij	8		
22	e	vij	9	Franciſcæ Viduæ Romanæ.	Duplex.
21	f	vi	10	Quadraginta Martyrum. *Poſt non erit Cinit.*	Semid.
20	g	v	11		
19	A	iv	12	Gregorij Papæ, & Confeſſoris, & Eccleſiæ Doctoris.	Duplex.
18	b	iij	13		
17	c	Prid.	14		
16	d	Idib.	15	Zachariæ Papæ, & Confeſſoris.	Duplex.
15	e	xvij	16	APRILIS.	
14	f	xvj	17	Patritij Epiſcopi, & Confeſſoris.	Semid.
13	g	xv	18		
12	A	xiv	19	Ioſeph Confeſſoris.	Duplex.
11	b	xiij	20	Ioachim Confeſſoris.	Duplex.
10	c	xij	21	Benedicti Abbatis.	Duplex.
9	d	xj	22		
8	e	x	23		
7	f	ix	24		
6	g	viij	25	Annunciatio Beatæ Mariæ Virg.	Duplex.
5	A	vij	26		
4	b	vj	27		
3	c	v	28	Xyſti III. Papæ, & Confeſſoris.	Duplex.
2	d	iv	29		
1	e	iij	30		
*	f	Prid.	31		

APRILIS.

Habet dies 30.



Luna verò 29.

Cyc. Epa.	L. D.		D. M.		Ritus
29	g	Kal.	1	Venantij Martyris.	Duplex.
28	A	iv	2	Franciſci de Paula Confeſſoris.	Duplex.
27	b	iij	3		
25.26	c	Prid.	4		
25.24	d	Non.	5	Vincentij Ferrerij Confeſſoris.	Sem. lib.
23	e	viij	6	Xyſti I. Papæ. & Martyris	Duplex.
22	f	vij	7	Cæleſtini I. Papæ, & Confeſſoris.	Duplex.
21	g	vj	8		
20	A	v	9		
19	b	iv	10		
18	c	iij	11	Domnionis Epiſc. & ſocior. MM.	Duplex.
17	d	Prid.	12	Iulij I. Papæ. & Confeſſoris.	Duplex.
16	e	Idib.	13	Hermenegildi Martyris.	Semid.
15	f	xviij.	14	MAII. Leonis I. Papæ, & Conf. Comm. ss. Tiburtij, Valeriani, & Maximi Martyrum.	Duplex.
14	g	xvij	15		
13	A	xvj	16	Translatio Capitum SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli.	Duplex.
12	b	xv	17	Aniceti Papæ, & Martyris.	Duplex.
11	c	xiv	18		
10	d	xiij	19	Leonis IX. Papæ, & Confeſſoris.	Duplex.
9	e	xij	20		
8	f	xj	21	Anſelmi Epiſcopi, & Confeſſoris.	Semid.
7	g	x	22	Soteris, & Caij Pontificum, & MM.	Duplex.
6	A	ix	23	Georgij Martyris.	Semid.
5	b	viij	24		
4	c	vij	25	Marci Euangeliſtæ	Duplex.
3	d	vj		*Vltimum Paſcha.*	
			26	Cleti, & Marcellini PP. & MM.	Duplex.
2	e	v	27	Anaſtaſij Papæ, & Confeſſoris.	Duplex.
1	f	iv	28	Vitalis Martyris.	
*	g	iij	29	Petri Martyris.	Duplex.
				Ante non erit Aſcenſus.	
29	A	Prid.	30	Catharinæ Senenſis Virginis.	Duplex.

M A I V S.

Habet dies 31.



Luna verò 29.

Cyc. Epa.	L. D.		D. M.		Ritus.
28	b	Kal.	1	Philippi, & Iacobi Apoſtolorum.	Duplex.
27	c	vj	2	Athanaſij Epiſcopi, & Confeſſoris.	Duplex.
26	d	v	3	Inuentio S. Crucis.	Duplex.
				Comm. SS. Euentij, & Theoduli Mart. ac Iuuenalis Ep. & Cóf.	
25.25	e	iv	4	Monicæ Viduæ.	Semid.
24	f	iij	5	Pij V. Papæ, & Confeſſoris.	Duplex.
23	g	Prid.	6	Ioannis antè portam Latinam.	Duplex.
22	A	Non.	7	Benedicti II. Papæ, & Confeſſoris.	Duplex.
21	b	viij	8	Apparitio S. Michaelis Archangeli.	Duplex.
20	c	vij	9	Gregorij Nazianzeni Epiſc. & Cóf.	Duplex.
19	d	vj	10	Gordiani & Epimachi Martyrum.	Duplex.
				Ante non venit Ignis.	
18	e	v	11	Alexandri I. Papæ, & Martyris.	Duplex.
17	f	iv	12	Pancratij Martyris.	Duplex.
16	g	iij	13	Stanislai Epiſcopi, & Martyris.	Semid.
15	A	Prid.	14	Paſchalis I. Papæ, & Confeſſoris.	Duplex.
				Commem. s. Bonifacij Martyris.	
14	b	Idib.	15	Nerei, Achillei, & Domitillæ MM.	Semid.
13	c	xvij	16	IVNII. Vbaldi Epiſcopi, & Conf.	
12	d	xvj	17		
11	e	xv	18	Venantij Martyris.	Semid.
10	f	xiv	19	Petri Cæleſtini V. Papæ, & Conf.	Duplex.
				Commem. s. Pudentianæ Virg.	
9	g	xiij	20	Bernardini Senenſis Confeſſoris.	Semid.
8	A	xij	21		
7	b	xj	22	*Ante non erit Corpus.*	
6	c	x	23		
5	d	ix	24		
4	e	viij	25	Vrbani Papæ, & Martyris.	Duplex.
3	f	vij	26	Eleutherij Papæ, & Martyris.	Duplex.
2	g	vj	27	Ioannis I. Papæ, & Martyris.	Duplex.
1	A	v	28	Bonifacij IV. Papæ, & Confeſſoris	Duplex.
*	b	iv	29	Gregorij VII. Papæ, & Confeſſ.	Duplex.
29	c	iij	30	Felicis I. Papæ, & Martyris.	Duplex.
28	d	Prid.	31	Philippi Nerij Confeſſoris.	Duplex.
				Commem. s. Petronillæ Virginis.	

I V N I V S.

Habet dies 30.		*Luna verò 30.*

Cyc. Epa.	L. D.		D. M.		Ritus.
27	c	Kal.	1	Mariæ Magdalenæ de Pazzis Virg.	Semid.
25.26	f	iv	2	Eugenij. PP. Cõf. Com. s. Eraſmi m.	Duplex.
25.24	g	iij	3	Marcellini, & Petri Martyrum.	Semid.
				Poſt non erit Aſcenſus.	
23	A	Prid.	4		
22	b	Non.	5		
21	c	viij	6	Norberti Epiſcopi, & Confeſſoris.	Duplex.
20	d	vij	7		
19	e	vj	8		
18	f	v	9	Primi, & Feliciani Martyrum.	
17	g	iv	10		
16	A	iij	11	Barnabæ Apoſtoli.	Duplex.
15	b	Prid.	12	Leonis III. Papæ. & Conf. Comm. ss. Baſilidis, Cyrini, &c. MM.	Duplex.
14	c	Idib.	13	Antonii de Padua Confeſſoris.	Duplex.
				Poſt non venit Ignis.	
13	d	xviij	14	IVLII. Baſilij Magni Ep. & Conf.	Duplex.
12	e	xvij	15	Viti, Modeſti, atq; Creſcentiæ MM.	
11	f	xvj	16		
10	g	xv	17		
9	A	xiv	18	Marci, & Marcelliani Martyrum.	
8	b	xiij	19	Geruaſij, & Protaſij Martyrum.	
7	c	xij	20	Silucrij I. Papæ. & Martyris.	Duplex.
6	d	xj	21	Commem. SS. MM. & alior. SS. quorum Corp. & Reliq. in noſtra Sacroſ. Eccleſia coluntur.	Duplex.
5	e	x	22	Paulini Epiſcopi, & Confeſſoris.	
4	f	ix	23	Vigilia.	
3	g	viij	24	Natiuitas S. Ioannis Baptiſtæ.	Dup. j. cl.
				Poſt non erit Corpus.	
2	A	vij	25	De Oct. Natiuit. S. Io: Baptiſtæ.	Semid.
1	b	vj	26	Ioannis, & Pauli Martyrum. Comm. Oct. Natiu. s. Io. Baptiſtæ	Semid.
*	c	v	27	De Oct. Natiuitatis s. Io. Baptiſtæ	Semid.
29	d	iv	28	Leonis II. PP. Cõf. Cõ. Oct. & Vig	Duplex.
28		iij	29	Petri, & Pauli Apoſtolorum.	Duplex.
27	e	Prid.	30	Commem. S. Pauli Apoſtoli. Commem. Oct. Natiu. s. Io Bapt	Duplex.

IVLIVS.

Habet dies 31.		*Luna verò 30.*

Cyc. Epa.	L. D.		D. M.		Ritus.
26	g	Kal.	1	Oct.S.Io:Bapt. Com.Oct.Apoſtol.	Duplex.
25.25	A	vj	2	Viſitatio Beatæ Mariæ Virginis.	Duplex.
				Com.Oct.Apoſt.ss.Proceſſi &c.M.	
24	b	v	3	Pauli I.PP.& Conf. Com.Oct. Ap.	Duplex.
23	c	iv	4	Eliſabeth Reginę Portugallię Vid.	Sem.lib.
				Commem. Oct. Apoſtolorum.	
22	d	iij	5	De Octaua Apoſtolorum.	Semid.
21	e	Prid.	6	Octaua Apoſtolor. Petri, & Pauli.	Duplex.
				Dom.j.non imped.poſt Oct.Apoſt.	
				Com.Omnium SS.Roman.Pont.	Duplex.
20	f	Non.	7		
19	g	viij	8	Margaritæ Reginæ Scotiæ Viduæ.	Sem.lib.
18	A	vij	9		
17	b	vj	10	Ruffinæ, & Secundæ VV. & MM.	Duplex.
16	c	v	11	Pij I. Papæ, & Martyris.	Duplex:
15	d	iv	12	Ioannis Gualberti Abbatis.	Duplex.
				Comm.ss.Naboris,& Felicis MM.	
14	e	iij	13	Anacleti Papæ, & Martyris.	Duplex.
13	f	Prid.	14	Bonauenturę Ep.Conf.& Ec Doct.	Duplex.
12	g	Idib.	15	Henrici I.Imperatoris Confeſſoris.	Semid.
11	A	xvij	16	AVGVSTI. Septem Fratrum MM.	Semid.
10	b	xvj	17	Leonis IV.PP.Cōf. Com.S.Alexij C.	Duplex.
9	c	xv	18	Symphoroſæ cū ſeptem filijs MM.	
8	d	xiv	19	Symmachi Papæ, & Confeſſoris.	Duplex.
7	e	xiij	20	Margaritæ Virginis, & Martyris.	
6	f	xij	21	Praxedis Virginis.	Duplex.
5	g	xj	22	Mariæ Magdalenæ.	Duplex.
4	A	x	23	Apollinaris Epiſcopi, & Martyris.	Duplex.
3	b	ix	24	Vigil. & Com.s.Chriſtinæ V.& M.	
2	c	viij	25	Iacobi Apoſtoli.	Duplex.
				Commem. s. Chriſtophori Mart.	
1	d	vij	26	Annæ Matris beatæ Mariæ Virg.	Duplex.
*	e	vj	27	Pantaleonis martyris.	
29	f	v	28	Victoris I. Innoc.I. Pont.&c.mm.	Duplex.
28	g	iv	29	Felicis II. Papæ. & martyris.	Duplex.
				Com. ss. Simplicij, &c. martyr.	
27	A	iij	30	Marthę V.Com.ss.Abdon,&c.mm.	Semid.
25.26	b	Prid.	31.	Ignatij Confeſſoris.	Duplex.

AV.

A V G V S T V S.

Habet dies 31.		Luna verò 30.

Cyc. Epa.	I. D.		D. M.		Ritus.
25.24	c	Kal.	1	Petri ad Vin. Com. ss. Machab. MM.	Duplex.
23	d	iv	2	Stephani I. Papæ, & martyris.	Duplex.
22	e	iij	3	Inuentio S. Stephani Protomart.	Semid.
21	f	Prid.	4	Dominici Confeſſoris.	Duplex.
20	g	Non.	5	Dedicatio S. Mariæ ad Niues.	Duplex.
19	A	viij	6	Transfig. D.N.I. Chriſti, cum Oct.	Dup.j.cl.
18	b	vij	7	Caietani Confeſſoris. Comm Oct. Transfig. & s. Donati Epiſc. & M.	Duplex.
17	c	vj	8	Cyriaci, &c. MM. Com. oct. Transf.	Semid.
16	d	v	9	Xysti II. Papæ, & Martyris. Com. oct. Trāsf. Vig. & s. Rom. m.	Duplex.
15	e	iv	10	Laurentij Martyris.	Duplex.
14	f	iij	11	Hormiſdæ PP. Conf. Comm. Oct. Trāsf. s. Laur. ac ss. Tiburtij &c. m.	Duplex.
13	g	Prid.	12	Claræ V. Com. oct. Trāsf. & s. Laur.	Duplex.
12	A	Idib.	13	Octaua Transfig. Commem. Oct. s. Laur. & ss. Hipolyti &c. MM.	Duplex.
11	b	xix	14	SEPTEMB. De Octau. s. Laurentij. Comm. Vigil. & s. Euſebij Conf.	Semid.
10	c	xviij.	15	Aſſumptio Beatæ Mariæ Virginis.	Duplex.
9	d	xvij	16	Hyacinthi Confeſſoris. Comm. oct. Aſſumpt. & s. Laur.	Duplex.
8	e	xvj	17	Oct. s. Laur. Comm. Oct. Aſſumpt.	Duplex.
7	f	xv	18	De Oct. Aſſump Com. s. Agapiti M.	Semid.
6	g	xiv	19	De Octaua Aſſumptionis.	Semid.
5	A	xiij	20	Bernardi Abb. Com. Oct. Aſſump.	Duplex.
4	b	xij	21	De Octaua Aſſumptionis.	Semid.
3	c	xj	22	Oct. Aſſum. Com. ss. Timot. &c. M.	Duplex.
2	d	x	23		
1	e	ix	24	Vigilia.	
*	f	viij	25	Bartholomæi Apoſtoli.	Duplex.
29	g	vij	26	Zephyrini Papæ, & Martyris.	Duplex.
28	A	vj	27	Ludouici Confeſſoris.	Semid.
27	b	v	28	Auguſtini Ep. Conf. & Eccl. Doct. Comm. s. Hermetis Martyris.	Duplex.
26	c	iv	29	Decoll. s. Io. Bap. Com. s. Sabinæ M.	Dup.ma.
25	d	iij	30	Felicis, & Adaucti Martyrum.	
24	e	Prid.	31	Raymundi Nonnati Confeſſoris.	Duplex.

SEP-

S E P T E M B E R.



Habet dies 30. — *Luna verò 29.*

Cyc. Epa.	L. D.		D. M.		Ritus.
23	f	Kal.	1	Ægidij Abbatis. Com. ss. duodecim Fratrum MM.	
22	g	iv	2	Stephani Hungariæ Regis Confeſſ.	Semid.
21	A	iij	3		
20	b	Prid.	4		
19	c	Non.	5		
18	d	viij	6		
17	e	vij	7		
16	f	vj	8	Natiu. B.M.V. Comm. s. Adriani M.	Duplex.
				Domin. inf. Oct. Natiuit. B.M.V. Feſtum SS. Nominis Mariæ.	Duplex.
15	g	v	9	Sergij Papæ, & Confeſſoris. Com. Oct. Nat. & s. Gorgonii M.	Duplex.
14	A	iv	10	Hilari PP. Cõf. Com. oct. Nat. B.M.	Duplex.
13	b	iij	11	Nicolai de Tolentino Confeſſoris. Com. oct. Nat. & ss. Proti & c. mm.	Duplex.
12	c	Prid.	12	De Octaua Natiuitatis.	Semid.
11	d	Idib.	13	De Octaua Natiuitatis.	Semid.
10	e	xviij	14	OCTOB. Exaltatio S. Crucis. Commem. Octau. Natiuitatis.	Duplex.
9	f	xvij	15	Oct. Nat. B.M. Com. s. Nicomed. m.	Duplex.
8	g	xvj	16	Euphemiæ Virginis, & Martyris. Comm. ss. Luciæ & c. Martyrũ.	Duplex.
7	A	xv	17	Impreſſio Sac. Stigm. S. Franciſci.	Semid.
6	b	xiv	18	Thomæ de Villanoua Ep. & Conf.	Sem. lib.
5	c	xiij	19	Ianuarij Epiſc. & ſociorum Mart.	Duplex.
4	d	xij	20	Agapiti PP. Conf. Comm. Vigiliæ.	Duplex.
3	e	xj	21	Matthæi Apoſt. & Euangeliſtæ.	Duplex
2	f	x	22	Cornelij Papæ, & Cypriani MM. Com. ss. Mauritii, & ſocior. MM.	Duplex.
1	g	ix	23	Lini PP. & M. Com. s. Theclę V.M.	Duplex.
*	A	viij	24	Euſtachij, & ſocior. Martyrum.	Duplex.
29	b	vij	25		
28	c	vj	26	Cypriani, & Iuſtinæ Martyrum.	Duplex
27	d	v	27	Coſmæ, & Damiani Martyrum.	Semid.
25, 26	e	iv	28	Vvenceslai Martyris.	Sem. lib.
25. 24	f	iij	29	Dedicatio S. Michaelis Archangeli	Duplex.
23	g	Prid.	30	Hieronymi Presb. Cõf. & Ec. Doct.	Duplex.

OCTOBER.

Habet dies ·31·



Luna verò 29.

Cyc. Epac.	L. D.		D. M.		Ritus.
22	A	Kal.	1	Remigij Epiſcopi, & Confeſſoris.	Sem.lib.
21	b	vj	2	SS. Angelorum Cuſtodum.	Duplex.
20	c	v	3	Euſebij Papæ, & Confeſſoris.	Duplex.
19	d	iv	4	Franciſci de Aſſiſio Confeſſoris.	Duplex.
18	e	iij	5	Placidi, Sociorumque Martyrum.	
17	f	Prid.	6	Brunonis Confeſſoris.	Duplex.
16	g	Non.	7	Marci Papæ, & Confeſſoris.	Duplex.
				Comm. ss. Sergij, Bacchi, &c. MM.	
15	A	viij	8	Birgittæ Viduæ.	Semid.
14	b	vij	9	Dionyſij Epiſcopi, & Martyris.	Duplex.
13	c	vj	10	Ruſtici, & Eleutherij Martyrum.	Semid.
				Eadẽ die Franciſci Borgiæ Conf. transferen. iuxta Reg. Rubric.	Semid.
12	d	v	11		
11	e	iv	12		
10	f	iij	13	Eduardi Confeſſoris.	Semid.
9	g	Prid.	14	Calixti Papæ, & Martyris.	Duplex.
8	A	Idib.	15	Tereſiæ Virginis.	Duplex.
7	b	xvij	16	NOVEMBRIS.	
6	c	xvj	17	Eduigis Viduæ.	Sem.lib.
5	d	xv	18	Lucæ Euangeliſtæ.	Duplex.
4	e	xiv	19	Petri de Alcantara Confeſſoris.	Semid.
3	f	xiij	20		
2	g	xij	21	Hilarionis Abbatis. Comm. s. Vrſulæ, & Sociarum Virg. & Mart	
1	A	xj	22		
*	b	x	23		
29	c	ix	24		
28	d	viij	25	Chryſanthi, & Dariæ Martyrum.	Duplex.
27	e	vij	26	Euariſti Papæ, & Martyris.	Duplex.
26	f	vj	27	Bonifacij Papæ, & Confeſſoris.	Duplex.
				Commem. Vigiliæ.	
25 25	g	v	28	Simonis, & Iudæ Apoſtolorum.	Duplex.
24	A	iv	29		
23	b	iij	30		
22	c	Prid.	31	Vigilia.	

NO-

N O V E M B E R.

Habet dies 30.



Luna verò 29.

Cyc. Epa.	L. D.		D. M.		Ritus
21	d	Kal.	1	Feſtum Omnium Sanctorum.	Duplex.
20	e	iv	2	De Octaua Omnium Sanctorum.	Semid.
19	f	iij	3	Cæſarei Mart. Com. Oct. omniũ SS.	Duplex.
18	g	Prid.	4	Caroli Epiſcopi, & Confeſſoris. Com. Oct. & ss. Vitalis, &c. MM.	Duplex.
17	A	Non.	5	Zachariæ Conf. Commem. Octau.	Duplex.
16	b	viij	6	De Octaua Omnium Sanctorum.	Semid.
15	c	vij	7	De Octaua Omnium Sanctorum.	Semid.
14	d	vj	8	Octaua Omnium Sanctorum. Com. ss. Quatuor Coronat. MM.	Duplex.
13	e	v	9	Dedicat. noſtræ Sacroſ. Archibaſil. Saluatoris, cum Octaua.	Dup. j. cl.
12	f	iv	10	Deuſdedit P. & Conf. Com. Oct. Dedic. & ss. Triphonis &c. MM.	Duplex.
11	g	iij	11	Martini Ep. Cõf. Cõ. Oct. & s. Men. m.	Duplex.
10	A	Prid.	12	Martini I. PP. & M. Com. Oct. Dedi.	Duplex.
9	b	Idib.	13	Nicolai I. PP. Cõf. Com. Oct. Ded.	Duplex.
8	c	xviij	14	DECEMB. Didaci Cõf. Com. Oct.	Semid.
7	d	xvij	15	De Octaua Dedicationis.	Semid.
6	e	xvj	16	Octaua Dedicationis.	Duplex.
5	f	xv	17	Gregorij Thaumaturgi Ep. & Cõf.	Semid.
4	g	xiv	18	Dedicatio Baſilicar. Petri, & Pauli.	Duplex.
3	A	xiij	19	Pontiani Papæ, & Martyris.	Duplex.
2	b	xij	20	Felicis de Valois Confeſſoris.	Dup. lib.
1	c	xj	21	Præſentatio Beatæ Mariæ Virginis.	Duplex.
*	d	x	22	Cæciliæ Virginis, & Martyris.	Duplex.
29	e	ix	23	Clement. I. PP. M. Com. s. Felicit. m.	Duplex.
28	f	viij	24	Eliſabeth Reginæ Hung. Viduæ. Comm. s. Chryſogoni Martyris.	Duplex.
27	g	vij	25	Catharinæ Virginis, & Martyris.	Duplex.
25.26	A	vj	26	Gelaſij I. PP. Cõf. Cõ. s. Pet. Alex. m.	Duplex.
25.24	b	v	27		
23	c	iv	28	Gregorij III. Papæ, & Confeſſoris.	Duplex.
22	d	iij	29	Vigilia, & Com. s. Saturnini M.	
21	e	Prid.	30	Andreæ Apoſtoli.	Duplex.

Aduent. Domini celebratur Dominica proximiori Feſto S. Andreæ, ſiue ante, ſiue poſt. Et ſi Feſtum illud venerit in Dominica, ipſa die celebrabitur. Non erit ante diem 27. Nouembris, neque poſt 3. Decembris.

.D E C E M B E R.

Habet dies 31.



Luna verò 29.

Cyc. Epa.	L. D.		D. M.		Ritus.
20	f	Kal.	1	Diodori Presbyteri, Mariani Diaconi. & Sociorum Martyrum.	Duplex.
19	g	iv	2	Bibianæ Virginis, & Martyris.	Semid.
18	A	iij	3	Franciſci Xauerij Confeſſoris.	Duplex.
17	b	Prid.	4	Barbaræ Virginis, & Martyris.	Duplex.
16	c	Non.	5	Sabbæ Abbatis.	
15	d	viij	6	Nicolai Epiſcopi, & Confeſſoris.	Duplex.
14	e	vij	7	Ambroſij Epiſcopi, & Confeſſoris.	Duplex
13	f	vj	8	Conceptio Beatæ Mariæ Virginis.	Duplex.
12	g	v	9	Eutychiani PP.M. Com.Oct.Con.	Duplex.
11	A	iv	10	Melchiadis PP.M. Com.Oct.Con.	Duplex.
10	b	iij	11	Damaſi I.PP.Cōf. Com.Oct.Con.	Duplex.
9	c	Prid.	12	De Octaua Conceptionis.	Semid.
8	d	Idib.	13	Luciæ V.& M. Com.Oct. Concep.	Duplex.
7	e	xix	14	IANVARII. De Oct. Concept.	Semid.
6	f	xviij	15	Oct.Concep. Com.s.Euſebij Ep.M.	Duplex.
5	g	xvij	16		
4	A	xvj	17		
3	b	xv	18		
2	c	xiv	19		
1	d	xiij	20	Vigilia.	
*	e	xij	21	Thomæ Apoſtoli.	Duplex.
29	f	xj	22		
28	g	x	23		
27	A	ix	24	Vigilia.	
26	b	viij	25	Natiuitas D. N. I. Chriſti.	Duplex.
25.25	c	vij	26	Stephani Protomartyris. Commem. Oct. Natiuitatis.	Duplex.
24	d	vj	27	Ioannis Apoſtoli, & Euangeliſtæ. Commem. Oct. Natiuit. tantùm.	Dup.j.cl.
23	e	v	28	SS. Innocentium Martyrum. Commem. Octauarum.	Duplex.
22	f	iv	29	Thomæ Cantuarienſis Ep. & Mart. Commem. Octauarum.	Semid.
21	g	iij	30	De Dominica infrà Oct. Natiuit. Vel de Octaua. Comm. Octauar.	Semid.
19.20	A	Prid.	31	Siluestri Papæ. & Confeſſoris. Commem. Octauarum.	Duplex.

PRO-

PROPRIVM
SANCTORVM
AD VSVM CLERI ROMANI LATERANENSIS.

Pars Hyemalis.



COMMEMORATIO
SALVATORIS,
ET VTRIVSQVE IOANNIS;
Sacroſanctæ Archibaſilicæ Titularium.

Antiphona ad Veſp. & Laudes.

SALVATOR mundi ſalua nos omnes huius Aulæ ſeruulos, & Præcurſoris inclyti, Diſcipulique dilecti deuota memoria, vota noſtra perducat in patriam.

AD VESPERAS.

℣. Mirabilis Deus. ℟. In Sanctis ſuis.

AD LAVDES.

℣. Saluos fac ſeruos tuos.
℟. Deus meus ſperantes in te.

OREMVS.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui hanc Sacratiſſimam Conſtantinianam Baſilicam in tuo, & vtriuſque Ioannis nomine dedicatam, cunctarum Vrbis, & Orbis Eccleſiarum decoraſti primatu: concede nobis famulis tuis, vt amborum meritis, & precibus, à noſtris reatibus expiati, ad te Saluatorem noſtrum peruenire valeamus. Qui viuis &c.

MAter, & Magiſtra omnium Eccleſiarum Eccleſia Romana, cui dictum eſt, Ego pro te rogaui, vt non deficiat fides tua, in honorem S. Ioannis Baptiſtæ poſt Saluatoris nomen conſecrata eſt, & ſignata. Diuus Bernardus Abbas Serm. de Natiuit. S. Ioannis Baptiſtæ.

FESTA NOVEMBRIS.

Die xxviij.

IN FESTO S. GREGORII III. PAPÆ, ET CONFESSORIS.

Duplex.

Veſp. de S. Gregorio Ad Magnif. Antiph.

Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum. *Oratio*

DA quæſumus omnipotens Deus, vt beati Gregorij confeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolemnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominum noſtrum.

Deinde fit commemoratio feriæ.

In j. Noctur. Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

GRegorius huiùs nominis tertius, natione Syrus, Patre Ioanne, Gregorio ſecũdo vita functo, vnanimi Cleri, & populi conſenſu, necnon diuino quodam inſtinctu, cum digniſſimus omnium eſſet, ſubrogatus eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo trigeſimo primo. Vir ſingulari doctrina, & virtute, latina, & græca lingua eruditus, mirabili dicendi facundia, atq; adeò felici memoria, vt totum pſalterium

memoriter recitaret; is demum, quem prædeceſſori ſuo Gregorio, doctrina, & prudentia, ſapientiſſimi homines æquiparandum eſſe, duxerunt.

℟. Inueni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum. * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

Catholicę fidei propugnator acerrimus, Leonem Iſaurum Imperatorem Iconoclaſtam paternis monitis, & literis ad ſaniorem mentem reducere conatus eſt; ſed cùm nihil proficeret, conuocato Romæ nonaginta quinque Epiſcoporum Concilio, ſacrarum imaginum cultũ, Apoſtolico decreto firmauit, & diro anathemate ferijt Iconómachos. Quæ cum ad Leonis aures perueniſſent, altiùs rugire cæpit, miſitque aduerſus Gregorium florentiſſimam claſſem, cum potẽtiſſimo exercitu, ſed hæc, volente, ac vindice Deo, in Adriatico, ſæua tempeſtate agitata, fœdo naufragio perijt.

℟. Poſui adiutorium ſuper potentẽ, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Inueni Dauid ſeruum meũ, oleo ſancto meo vnxi eũ. Manus.

Lectio vj.

Multa quoque à Luitprando Lõgobardorũ Rege iniquè paſſus eſt, qui & Vrbem longa obſidione cinxit, & ſancti Pe-

tri Baſilicam ſacrilega manu diripuit; in his anguſtijs, ſanctiſſimus Pontifex ad Carolum Martellum, anteceſſoris exemplo, Legatos cum ſacris muneribus deſtinauit, muniuit Vrbis mœnia, largas in egenos eleemoſynas erogauit, nouas Baſilicas à fundamentis extruxit, antiquas ornauit, ac reſtaurauit, Vaticanã prçſertim, intra quam, Oratorium auro, argento, gemmis, omnique pretioſi operis genere ditatũ erexit, in quo Sanctorum Apoſtolorum, & Martyrum reliquias, ſumma cura, & diligentia toto Chriſtiani Orbis ambitu cõquiſitas repoſuit, & colendas expoſuit, eo maximè tẽpore, quo illas Agiómachi diabolico furore proculcabant. Multa Monaſteria reſtituit, & ſanctis legibus inſtruxit, ſtatuitque, vt Presbyteri, & Monachi alternis noctu, diuque diuinas laudes celebrarent. Fractus demùm laboribus, meritis licèt, atque virtutibus inclytus, anno ſui Pontificatus vndecimo nõdum peracto, quarto Kalẽdas Decẽbris piè obijt in Domino, & in prædictò Oratorio ſepultus eſt.

℞. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum. ℣. Iſte eſt, qui cõtempſit vitam mundi, & peruenit ad cæleſtia regna. Ipſe. Gloria Patri. Ipſe.

In iij. Noct. Homilia ſuper Euangel. Homo

peregrè. de communi Conf. Pontif.

Ad Laud. fit cõm. fer.

In ij. Veſp. ad Magnif.

Antiph. Dum eſſet ſũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit.

Orat. Da quæſumus, &c. vt ſupra.

Deinde fit comm. fer.

Poſteà S. Saturnini Martyris.

Antiph. Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat ſupra firmã petram.

℣. Gloria, & honore coronaſti eũ Domine.

℞. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Oratio.

DEvs, qui nos beati Saturnini martyris tui concedis natalitio perfrui: eius nos tribue meritis adiuuari. Per Dominum.

FESTA DECEMBR.

Die prima.

In Feſto SS. Diodóri Presbyteri, Mariani Diaconi, & Sociorum MM.

Duplex.

Veſper. de S. Andrea Apoſtolo.

Deinde fit commem. SS. Diodori &c. Martyrum.

Antiph. Iſtorũ eſt enim regnum Cælorum, qui contempſerunt vitam mundi, & peruenerunt ad præmia regni, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

℣. Lætamini in Domino, & exultate iuſti.

℞. Et gloriamini omnes recti corde.

Oratio.

DEvs, qui nos concedis Sanctorum Martyrum tuorũ Diodóri, Mariani, & Socio-

rum

rum natalitia colere: da nobis, in æterna beatitudine de eorum ſocietate gaudere. Per Dominum.

Poſteà fit commem. feriæ.

In j. Nocturno Lectiones de Scriptura occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Diodórus Presbyter, & Marianus Diaconus regente Eccleſiam Beato Stephano Primo Papa, pietate, & religione conſpicui, cum ad Sepulchra beatorum Martyrum Chryſanthi, & Dariæ orationis gratia cum incredibili multitudine virorum, ac mulierum conueniſſent, Numerianus Cæſar ea re cognita os, & aditum ſpeluncæ, in qua prædictorum Martyrum Corpora condita erãt, obſtrui iuſſit: & cum vndique terra demitteretur, omnes ſimul ruina oppreſſi ad feliciſſimam Martyrij coronam percipiendam in Cælum auolarunt. Horum Corpora poſteà ſedente Stephano Sexto inuenta, ingenti Vrbis gaudio, & concurſu, ſolemni pompa in noſtrum Lateranẽſe Patriarchium delata ſunt, vbi hactenus in Oratorio ad Sancta Sanctorum conquieſcunt, & pijſſimè venerantur.

℟. Sancti tui Domine mirabile cõſecuti ſunt iter, ſeruiẽtes præceptis tuis, vt inuenirentur illæſi in aquis validis: *Terra apparuit arida: & in mari rubro via ſine impedimento.

℣. Quoniam percuſſit petram, & fluxerunt

aquæ,& torrentes inũdauerunt. Terra.

Lectio v.

Sermo S. Auguſt. Epiſc.

Serm. 47. de Sanctis.

QVotieſcumque fratres chariſſimi, Sanctorum Martyrum ſolemnia celebramus, ita, ipſis intercedentibus, expectemus à Domino conſequi temporalia beneficia: vt ipſos Martyres imitãdo, accipere mereamur æterna. Ab ipſis enim, Sanctorum Martyrum in veritate feſtiuitatum gaudia celebrantur, qui ipſorum Martyrum exempla ſequuntur. Solemnitates enim Martyrũ, exhortationes ſunt martyriorum: vt imitari non pigeat, quod celebrare delectat.

℟. Verbera carnificũ non timuerunt Sancti Dei, morientes pro Chriſti nomine: * Vt heredes fierent in domo Domini.

℣. Tradiderunt corpora ſua propter Deũ ad ſupplicia. Vt heredes.

Lectio vj.

SEd nos volumus gaudere cum Sanctis, & tribulationem mundi nolumus ſuſtinere cum ipſis. Qui enim Sanctos Martyres, in quantum potuerit, imitari noluerit; ad eorum beatitudinem non poterit peruenire. Sed Paulus Apoſtolus prædicat, dicens: Si fuerimus ſocij paſſionum, erimus & conſolationum. Et Dominus in Euangelio: Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit. Recuſat eſſe in corpore, qui odium non vult ſuſtinere cum capite.

℟. Tamquàm aurum in fornace probauit electos Dominus, & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos: & in tempore erit reſpectus illorum: * Quoniam donum, & pax eſt electis Dei.

℣. Qui confidunt in illum, intelligent veritatem: & fideles in dilectione acquieſcent illi. Quoniam donũ, & pax eſt electis Dei. Gloria Patri. Quoniam.

In iij. Nocturno Homilia ſuper Euangel. Deſcendens Ieſus de Monte. vt in Communi plurimorum Mart.

Ad Laudes fit commem. feriæ.

In ij. Veſp. ad Magnif. Antiph. Gaudent in cælis animæ Sanctorũ, qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti: & quia pro eius amore ſanguinem ſuum fuderunt; ideò cum Chriſto exultant ſine fine.

Oratio. Deus, qui nos concedis &c. vt ſupra.

Deindè fit commem. S. Bibianæ Virg. & M.

Antiph. Veni ſponſa Chriſti, accipe coronam, quam tibi Dominus præparauit in æternum.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua.

℟. Intende, proſperè procede, & regna.

Oratio.

DEvs omnium largitor bonorum, qui in famula tua Bibiana, cum virginitatis flore martyrij palmam coniunxiſti: mẽtes noſtras eius interceſſione tibi charitate coniunge, vt amotis periculis, præmia cõſequamur æterna. Per Dominum.

Poſtea fit comm. fer.

DIE IV. DECEMBR.
In Feſto S. Barbaræ virg.& mart. Dupl.
Veſp. de S.Franciſco Xauerio à Capit. de S. Barbara.
Ad Magnif.Antiph.
Veni ſponſa Chriſti, accipe coronam, quã tibi Dominus præparauit in æternum.
Oratio.
DEvs,qui inter cętera potẽtiæ tuæ miracula etiam in ſexu fragili victoriam martyrij contuliſti:cõcede propitius, vt qui beatæ Barbaræ virginis, & martyris tuæ natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dñm.
Deinde fit commem. S.Franciſci Xauerij.
Antiph. Hic vir deſpiciens mundum, & terrena triumphans, diuitias cælo condidit orę, manų.
℣.Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas.
℟.Et oſtendit illi regnum Dei. Oratio.
DEvs,qui Indiarũ Gẽtes beati Frãciſci prædicatione, & miraculis Eccleſiæ tuę aggregare voluiſti,cõcede propitius, vt cuius glorioſa merita veneramur, virtutũ quoque imitemur exẽpla.
Poſtea fit comm. fer.
In j. Noct. Lect. de Scriptur. occurr.
IN II. NOCTVRNO.
Lectio iv.
BArbara Virgo Nicomedienſis,Dioſcori nobilis, ſed ſuperſtitioſi hominis, filia, per ea quæ viſibilia facta ſunt, ad inuiſibilia, diuina opitulãte gratia, facilè peruénit. Quapropter ſoli Deo, rebuſque diuinis vacare cæpit. Eam pater, vtpote forma

venuſtiori nitentem, à quocumque virorum occurſu tutari cupiēs, turri incluſit; vbi pia Virgo meditationibus & precibus addicta, ſoli Deo, quem ſibi in ſponſum elegerat, placere ſtudebat. Oblata à patre pluries nobilium connubia fortiter ſpreuit: pater verò per ſui abſentiam, filiæ animum poſſe faciliùs emolliri confidens, iuſſit primò balneum extrui, ne quid ei deeſſet ad commoditatem, deinde peregrè in exteras regiones profectus eſt.

℟. Propter veritatem & manſuetudinem, & iuſtitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua.

℣. Specie tua & pulchritudine tua, intende, proſperè procede, & regna. Et deducet.

Lectio v.

Abſente patre, iuſſit Barbara duabus feneſtris, quæ in turri erant, tertiam addi in honorem diuinæ Trinitatis, labiūque balnei ſacroſanctæ Crucis ſigno muniri, quod vbi rediens Dioſcorus inſpexit, audita nouitatis cauſa, adeò in filiam excanduit, vt ſtricto enſe eā appetens, parum abfuerit, quin eam dirè confoderet; ſed præſtò adfuit Deus: nam fugienti Barbaræ ſaxum ingens ſe patefaciens viam aperuit, per quā montis faſtigium petere, & in ſpecu latére potuit, ſed paulò poſt, cum à nequiſſimo genitore reperta fuiſſet, eius latera pedibus, dorſumque pugnis immaniter percuſſit, & crinibus per loca aſpe-

ra, difficileſquè vias raptatã Marciano prę-ſidi, puniendam tradidit.

℟. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem:* Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. ℣. Propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam. Propterea.

Lectio vj.

Itaque ab ipſo omnibus modis, ſed incaſſum tentata, nuda neruis cædi, & inflicta vulnera teſtulis cõfricari, deinde in carcerem trahi, præcepit; vbi immenſa luce circumdatus ei Chriſtus apparens, mirificè cõfortatam in paſſionum tolerantia cõfirmauit; quod animaduertens Iuliana matrona ad fidem cõuerſa, eiuſdem palmæ particeps effecta eſt. Barbaræ demũ ferreis vnguibus mẽbra laniantur, facibus latera incenduntur, & malleolis caput contunditur, quibus in cruciatibus conſortem ſolabatur, & hortabatur, vt ad finem vſque conſtanter certaret; præciſis tandem vtrique vberibus, nudę per loca publica tractę capite plectuntur, filiæque ceruicem, ipſe ſceleſtiſſimus pater humanitatis expers proprijs manibus amputauit; cuius fera crudelitas non diù inulta remanſit; nam ſtatim eo ipſo in loco fulmine percuſſus interijt. Pars oſſium, & velum huius beatiſſimæ martyris in noſtra Sacroſancta Eccleſia Lateranenſi; Caput verò in Oratorio ad Sancta Sanctorum honorificè aſſeruatur.

℟. Afferētur Regi virgines poſt eam, proximæ eius, * Afferentur tibi in lætitia & exultatione.
℣. Specie tua & pulchritudine tua, intende, proſperè procede, & regna. Afferentur. Gloria. Afferentur.
In iij. Noct. Homilia ſuper Euang. Simile eſt regnum cælorum decem virginibus &c. vt in Commu. Virg.
Ad Laud. fit comm. feriæ.
In ij. Veſp. ad Magnif. Antiph. Veni ſponſa Chriſti, accipe coronã, quam tibi Dominus præparauit in æternũ. Oratio. Deus, qui inter cætera &c. vt ſup.
Deinde fit comm. fer.
Poſteà S. Sabbæ Abb. Antiph. Similabo eum viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram.
℣. Amauit eũ Dominus, & ornauit eum.
℟. Stolam gloriæ induit eum. Oratio.
Interceſſio nos quęſumus, Domine, beati Sabbæ Abbatis commendet: vt quod noſtris meritis non valemus, eius patrocinio aſſequamur. Per Dñm.

DIE IX. DECEMBR.

In Feſto S. Eutychiani Papæ, & mart.

Veſp. de Conceptione B. M. V.
Deindè fit commem. S. Eutychiani.
Antiph. Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit; fundatus enim erat ſupra firmã petram.
℣. Gloria, & honore coronaſti eũ Domine.
℟. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Ora-

Oratio.

DEvs, qui nos beati Eutychiani martyris tui, atque Pontificis annua ſolemnitate lætificas: concede propitius, vt cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione gaudeamus.

Poſteà fit commem. feriæ.

In j. Noct. Lect. de Scriptur. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

EVtychianus natione Tuſcus, patria Lunenſis, Marino patre poſt beati Felicis ſacerdotium Romanæ Eccleſię Epiſcopatum ſuſcepit. Conſtituit fruges, fabas, & vuas ſuper Altari benedici: itemque à fidelibus nullatenùs martyrē ſepeliri ſine dalmatica, aut purpurato colobio, qui cum per diuerſa loca trecentos ſexaginta duos martyres ſua manu ſepeliſſet, illis, & ipſe ſociatus, ſub Numeriano Imperatore martyrio coronatus eſt, ſexto Idus Decembris, ſepultuſq; in cæmeterio Calliſti via Appia. Quinque Ordinationibus menſe Decembri creauit Presbyteros quatuordecim, Diaconos quinque, Epiſcopos per diuerſa loca nouem. Vixit in Pontificatu annos octo, menſes quinque, & dies aliquot.

℞. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

℣. Deſcenditque cum illo in foueam: & in vinculis nō dereliquit eum. Et dedit illi.

Lectio v.
Sermo S. Maximi Epiſ.
De S. Cypr. Hom. 2.

IN martyrio beatiſſimi Eutychiani fratres chariſſimi, vniuerſa nobiſcum Chriſti exultat Eccleſia, quam in omne gaudium, & cæleſtis eruditione ſermonis inſtruxit, & munere triumphalis ſanguinis decorauit. Fuit enim in eo, ſicut compertum habemus, & contra errores diaboli ſpiritualis ſapiētię plenitudo, aduerſum perſecutiones mūdi Chriſtiani pectoris mitigata conſtantia. Quis nō huiuſmodi virū, quantis valet præconijs, proſequatur, cuius eloquentia inſpirata diuinitùs, & Eccleſias docuit, & ſæculum cōfutauit?

℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: * Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Et voluntate.

Lectio vj.

VEré hic mirabilis, atq; omnium vbique ſtudijs celebrādus, quem sāctitas ſacerdotem, peritia doctorem, fides martyrē conſecrauit. Pretioſa, inquit Dauid in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. Videte chariſſimi, in quantum venerabilis Eutychiani etiam propheticam ſupergreſſus eſt laudem, cuius in conſpectu Domini nō ſolū mors, ſed & vita extitit pretioſa. Moriendo namque, proprium Chriſto sāguinē dedit:

viuendo nihilominùs çohortatione fortiſſima, innumeros cælo martyres acquiſiuit.

℟. Stola iucunditatis induit eum Dominus:* Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius.

℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus: & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et coronã pulchritudinis poſuit ſuper caput eius. Gloria Patri. Et coronam.

In iij. Noct. Homilia ſuper Euangel. Si quis vult poſt me venire. de Cõ. [illegible]. vnius Mart.

In Laud. fit commem. Octau. Concept.

Aña. Conceptionẽ hodiernã perpetuę virginis genitricis Dei Marię ſolemniter celebremus, qua celſitudo throni proceſſit, allel.

℣. Conceptio eſt hodie S. Mariæ virginis.

℟. Cuius vita inclyta cũctas illuſtrat Eccleſias.

Oratio.

Famulis tuis quæſumus Domine cęleſtis gratię munus impertire, vt quibus beatæ Virginis partus extitit ſalutis exordium, Conceptionis eius votiua ſolemnitas pacis tribuat incrementum.

Deindè fit comm. fer.

In ij. Veſp. à Cap. de S. Melchiade Papa, & martyre.

Ad Magnif. Antiph. Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: fũdatus enim erat ſupra firmam petram.

Oratio.

Infirmitatem noſtrã reſpice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis gra-

uat, beati Melchiadis martyris tui, atque Pontificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per Dominum.

Deindè fit commem S. Eutychiani.

Antiph. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipsũ, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

℣. Iuſtus vt palma florebit. ℟. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio. Deus, qui nos &c. vt ſupra.

Poſteà fit comm. Oct. Conceptionis.

Antiph. Cõceptio tua, Dei genitrix Virgo, gaudium annunciauit vniuerſo mundo: ex te enim ortus eſt ſol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter: qui ſoluens maledictionem, dedit benedictionem, & confundens mortem donauit nobis vitã ſempiternam.

℣. Conceptio eſt hodie ſanctæ Mariæ Virginis. ℟. Cuius vita inclyta cũctas illuſtrat Eccleſias. Oratio.

Famulis tuis, quæſumus Domine, cæleſtis gratiæ munus impertire: vt quibus beatæ Virginis partus extitit ſalutis exordiũ; Conceptionis eius votiua ſolemnitas, pacis tribuat incrementum.

Poſtremò fit comm. feriæ.

DIE X. DECEMBRIS.

In Feſto S. Melchiadis Papæ, & Martyris.

Duplex.

In j. Noct. Lect. de Script. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Melchiades Afer poſt Euſebium Romanam tenuit Eccleſiam. Qui cum ad-

huc Presbyter eſſet, miſit Diaconos cum literis Maxentij Imperatoris, & literis Præfecti Prætorij ad Vrbis Præfectum, vt ea loca reciperet, quę fuerant Chriſtianis, tempore perſecutionis ablata. Reddita autem Eccleſijs pace, Conſtantinum Auguſtum adiuere Donatiſtæ, vt in eorum contra Cæcilianum Charthaginenſem Epiſcopum cauſa iudices daret. Quibus Conſtantinus reſpondit; Petiſtis à me in ſæculo iudicium, cum ego ipſe Chriſti iudicium expectem; Attamen dati ſunt Iudices Epiſcopi tres, miſſique Romam, ad Melchiadem Pontificem, vt ibi pro fratrum cōcordia, & vnitate Synodus cogeretur.

℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem ęternam. ℣. Deſcenditque cum illo in foueam: & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Lectio v.

IN Vrbem itaque hi tres profecti conuenerunt cum alijs quindecim Epiſcopis, ipſoque Melchiade in domum Fauſtæ in Lateranis; Vbi cauſa diſcuſſa Cæcilianus omnium Epiſcoporū ſententijs innocēs eſt pronunciatus, & eiuſdem Melchiadis decreto iudicium eſt clauſum. Vt autē Donatiſtę Catholicę vnirētur Eccleſiæ, Melchiades (prout ſcribit Sanctus Auguſtinus) tamquàm vir optimus, filius Chriſtianæ pacis, & pater

Chri-

Chriſtianæ plebis admodũ laborauit, oblata etiam conditione, vt quibuſcumque in locis duo eſſent contrariarum factionum Epiſcopi, is confirmaretur, qui prior fuiſſet ordinatus, & alteri plebs alia regenda prouideretur.

℞. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: *Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Et voluntate.

Lectio vj.

SAnxit ne vlla ratione die Dominico, aut quinta feria, quis fideliũ ieiunaret, quia eos dies quaſi ſacro ieiunio deputatos Pagani celebrabant. Item ſtatuit, vt oblationes conſecratę per Epiſcopum, quæ dicebantur fermentum, per Eccleſias dirigerentur, ne Presbyteri in ſuis Titulis vna cum ſuis plebibus celebrantes ſe ab Epiſcopi communione ſeparatos iudicarẽt. Qui cum in perſecutione Maximiani multa paſſus eſſet, tandem ſub Conſtantino quieuit in Domino quarto Idus Decembris, ſepultuſque eſt in cæmeterio Calliſti via Appia; Vna Ordinatione creauit Presbyteros ſex, Diaconos quinque, Epiſcopos per diuerſa loca vndecim.

℞. Stola iucunditatis induit eum Dominus; *Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius.

℣. Cibauit illum Do-

minus pane vitę, & intellectus: & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illũ. Et coronam. Gloria Patri. Et coronam.

In iij. Noct. Homilia ſuper Euangel. Si quis venit ad me &c. de commu. vnius Mart.

℟. viij. Domine præueniſti &c. vt in eodẽ Communi.

Ad Laud. fit cõmem. Oct. Conceptionis, vt ſupra die 9. curren.

Deindè fit commem. feriæ.

In ij. Veſp. à Cap. de S. Damaſo Papa, & Confeſs.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dñm.

Oratio.

Exaudi Domine preces noſtras, & interueniẽte beato Damaſo confeſſore tuo, atque Pontifice, indulgentiam nobis tribue placatus, & pacem. Per Dominum.

Deindè fit commem. S. Melchiadis.

Antiph. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipsũ, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

℣. Iuſtus vt palma florebit. ℟. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio. Infirmitatem &c. vt ſupra.

Poſteà fit commem. Oct. Conceptionis. vt ſup. die 9. curren.

Poſtremò fit cõm. fer.

DIE XI. DECEMBR.

In Feſto S. Damaſi Papæ, & Confeſſoris.

Duplex.

In j. Noct. Lect. de Scriptur. occurr.

In ij. & iij. Noct. Lect. vt in Breuiario.

Ad Laud. fit comm. Oct. Concept. vt ſup. die 9. curren.

Deinde fit comm. fer.

In ij. Veſperis.

Ad Magnif. Antiph.

Dum eſſet Sũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit.

Oratio. Exaudi Domine, &c. vt ſupra.

Deindè fit commem. Oct. Conceptionis. vt ſup. die 9. curren.

Poſteà fit commem. feriæ.

DIE XXVII. DECEM.

In Feſto S. Ioannis Apoſtoli, & Euangeliſtæ noſtri Titularis.

Duplex 1. claſs.

Ad Veſp. Antiph.

Tecum principium. cum reliq. Antiph. & Pſalm. de Natiuit.

Capit. de S. Ioanne Qui timet Deum &c.

Hymn. Exultet &c. de commu. Apoſtol.

℣. Valdè honorandus eſt beatus Ioannes.

℟. Qui ſupra pectus Domini in cœna recubuit.

Ad Magnif. Antiph.

Iſte eſt Ioannes, qui ſupra pectus Domini in cœna recubuit: Beatus Apoſtolus, cui reuelata ſunt ſecreta cęleſtia. Oratio

Eccleſiam tuam Domine, benignus illuſtra: vt beati Ioannis Apoſtoli tui, & Euangeliſtæ illuminata doctrinis, ad dona perueniat ſempiterna. Per Dominum.

Deindè fit commem. S. Stephani.

Aña. Sepelierunt Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum ſuper eum.

℣ Stephanus vidit cęlos apertos.

℟. Vidit, & introiuit: beatus homo, cui cæli patebant. Oratio.

DA nobis, quæſumus Domine, imitari quod colimus, vt diſcamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro perſecutoribus exorare Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Poſteà fit comm. Natiuit. Domini.

Antiph. Hodiè Chriſtus natus eſt: hodiè Saluator apparuit: hodiè in terra canũt Angeli, lætantur Archangeli: hodiè exultãt iuſti dicentes: Gloria in excelſis Deo, alleluia.

℣. Notum fecit Dominus, alleluia.

℟. Salutare ſuũ, allel.

Oratio.

COncede quæſumus omnipotens Deus: vt nos Vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet, quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet. Per eumdem Dominum.

Ad Matutinum, Laudes, & per Horas omnia vt in Breuiario.

Ad Laud. fit tantùm comm. de Natiuit.

In ij. Veſp. Antiph. Tecum principium. & reliq. vt in j. Veſp.

Ad Magnif. Antiph. Exijt ſermo inter fratres, quod diſcipulus ille nõ moritur: & non dixit Ieſus, non moritur: ſed, ſic eum volo manere, donec veniã.

Oratio.

ECcleſiam tuã Domine, benignus illuſtra: vt beati Ioannis Apoſtoli tui, & Euangeliſtæ illuminata doctrinis, ad dona perueniat ſempiterna. Per Dominum.

Deindè fit commem. SS. Innocent.

Antiph. Hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati: Virgines enim ſunt, & ſequuntur Agnum quocumque ierit.

℣. Herodes iratus occidit multos pueros.

℟. In Betlehem Iudæ ciuitate Dauid.

Oratio.

DEvs, qui hodierna die præconiũ Innocentes martyres non loquendo, ſed moriendo confeſſi ſunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidem tuam, quam lingua noſtra loquitur, etiam moribus vita fateatur.

Poſteà fit comm. de Natiuit. omiſſa comm. Oct. S. Stephani.

Antiph. Hodiè Chriſtus natus eſt: hodie Saluator apparuit: hodie in terra canũt Angeli, lætantur Archangeli: hodie exultant iuſti dicentes: Gloria in excelſis Deo, alleluia.

℣. Notum fecit Dominus, alleluia.

℟. Salutare ſuum, alleluia. Oratio.

COncede quæſumus omnipotens Deus: vt nos Vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet, quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet. Per eumdem Dominum.

DIE XXXI. DECEM.

In Feſto S. Silueſtri Papæ, & Conf. Dupl.

Ad Veſp. Antiph.

Tecum principium. cum reliq. Antiph. & Pſalm. de Natiuitate à Cap. de S. Silueſtro.

Ad Magnif. Antiph.

Sacerdos, & Pontifex, & virtutũ opifex, Paſtor bone in populo, ora pro nobis Dñm.

Oratio.

DA quęſumus omnipotens Deus: vt beati Silueſtri confeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolẽnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominum.

Deindè fit commem. Dominicæ infra Oct. Natiuitatis.

Antiph. Dum medium ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu medium iter perageret, omnipotens ſermo tuus Domine à regalibus ſedibus venit, alleluia.

℣. Verbum caro factũ eſt, alleluia.

℟. Et habitauit in nobis, alleluia.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, dirige actus noſtros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti Filij tui mereamur bonis operibus abundare.

Pro comm. Natiuit. Antiph. Hodie Chriſtus natus eſt: hodie Saluator apparuit: hodie in terra canũt Angeli, lætantur Archangeli: hodie exultant iuſti, dicentes: Gloria in excelſis Deo, alleluia.

℣. Notum fecit Dominus, alleluia.

℟. Salutare ſuũ, allel.

Oratio.

COncede quæſumus omnipotens Deus: vt nos Vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet, quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet.

Pro S. Ioanne, Antiph. Exijt ſermo inter fratres, quod diſcipulus ille non moritur: & non dixit Ieſus: Non moritur: ſed, ſic eum volo manere, donec veniam.

℣. Valdè honorandus eſt beatus Ioannes.
℟. Qui ſupra pectus Domini in cęna recubuit. Oratio.

ECcleſiam tuam Domine, benignus illuſtra: vt beati Ioannis Apoſtoli tui, & Euangeliſtæ illuminata doctrinis, ad dona perueniat ſempiterna.

Pro S. Stephano, Aña. Sepelierunt Stephanũ viri timorati, & fecerunt planctum magnũ ſuper eum.
℣. Stephanus vidit cęlos apertos.
℟. Vidit, & introiuit: beatus homo, cui cæli patebant. Oratio.

DA nobis, quæſumus Domine, imitari quod colimus, vt diſcamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro perſecutoribus exorare Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Pro SS. Innocentibus, Antiph. Innocẽtes pro Chriſto infantes occiſi ſunt, ab iniquo Rege lactẽtes interfecti sũt: ipſum ſequuntur Agnũ ſine macula, & dicunt sẽper: Gloria tibi Domine.
℣. Sub throno Dei omnes Sãcti clamant.
℟. Vindica ſanguinẽ noſtrum Deus noſter.
Oratio.

DEvs, cuius hodierna die præconiũ Innocentes martyres non loquendo, ſed moriendo confeſſi ſunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidem tuam, quam lingua noſtra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per Dominum.

In j. ij. & iij. Noctur. Lect. vt in Breuiario.

Ad Laud. fiunt comm. de Oct. Natiuitat. Domini, S. Ioannis, S. Stephani, & SS. Innocent.

Veſpér. de Circumciſione Domini, abſque vlla cõmemoratione.

FESTA IANVARII.

Die xvj.

In Feſto S. Marcelli Papæ, & mart.

Duplex.

Veſperę de S. Marcello, cum comm. S. Pauli 1. Erem. reliqua, vt in Breuiario.

In ij. Veſp. à Capit. fit de S. Antonio Abb. cũ commem. S. Marcelli, vt in Breuiario.

DIE XX. IANVARII.

In Feſto SS. Fabiani Papæ, & Sebaſtiani Martyrum.

Duplex.

Ad Magnif. Antiph. Iſtorum eſt enim regnũ cælorum, qui contempſerunt vitam mundi, & peruenerũt ad præmia regni, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

Oratio.

INfirmitatem noſtrã reſpice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat beatorum martyrum tuorum Fabiani, & Sebaſtiani interceſſio glorioſa nos protegat. Per Dominum.

Deindè fit commem. S. Canuti Martyris.

Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

℣. Iuſtus vt palma florebit.

℟. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio.

DEvs, qui ad illuſtrandam Eccleſiam tuam beatum Canutum Danorũ Regem martyrij palma, & glorioſis miraculis decorare dignatus es; conce-

cede propitius, vt ſicut ipſe Dominicæ Paſſionis imitator fuit, ità nos per eius veſtigia gradientes, ad gaudia ſempiterna peruenire mereamur. Per eumdem Dominum.

Reliqua vt in Breu.

In ij. Veſp. à Capit. fit de S. Agnete cum côm. SS. Fabiani, & Sebaſtiani, vt in Breuiario.

DIE XXI. IANVAR.

In Feſto S. Agnetis V. & M. Duplex.

Vt in Breuiario.

In ij. Veſp. à Capit. fit de S. Anaſtaſio mart. vt in commun. vnius mart.

Ad Magnif. Antiph. Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram.

Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens Deus, vt qui beati Anaſtaſij martyris tui natalitia colimus; interceſſione eius in tui nominis amore roboremur. Per Dominum.

Deindè fit commem. S. Agnetis.

Antiph. Stans beata Agnes in medio flammæ expanſis manibus orabat ad Dominum: Omnipotens adorande, colende, tremende, benedico te, & glorifico nomen tuum in æternum.

℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.

℟. Propterea benedixit te Deus in æternũ.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui infirma mundi eligis, vt fortia quæque confundas: concede propitius, vt qui beatæ Agnetis virginis, & martyris tuæ ſolemnia

colimus, eius apud te patrocinia ſentiamus. Per Dominum.

DIE XXII. IANVAR.

In Feſto S. Anaſtaſij M. Duplex.

In primo Noct. Lect. de Script. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

ANaſtaſius Perſa, inſignis pręſtigiatoris filius, ab ineunte ætate magicis artibus ſub iniquo Parente operam dedit; ſed animaduertens prodigia, quę Sacroſancta Chriſti Crux in Perſidem à Coſroa Rege trãſportata operabatur, abiecto militiæ cingulo, & diabolicis pręſtigijs abiuratis, vnà cum Socio, quem etiã ad martyrij coronam perduxit, Hieroſolymis ſacro fõte luſtratus, Monachum induit, breuiquè adeò in religioſæ vitæ ſtudio profecit, vt omnibus eſſet admirationi, & exemplo, vbi, incredibile eſt, quot dœmonum tentamenta pertulerit, & conſtantiſſimè ſuperarit. ℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem ęternam. ℣. Deſcenditq; cum illo in foueam: & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Lectio v.

DIuinæ Charitatis igne ſuccenſus, nihil aliud habebat in votis, quam pro Chriſti fide animam ponere, mortemque, quam Saluator noſter dignatus eſt, pro nobis pati, reddere Saluatori. Ardens hoc martyrij deſiderium, mirificè accendit viſio illa, qua

no-

noctè quadam aureus, gēmiſquè intertextus calix, qui procul dubio paſſionis calicem deſignabat, ſuauiſſimo liquore plenus offerri ſibi viſus eſt, quo prægustato, mira dulcedine, & fortitudine ſe præditum ſenſit. Id verò Cœnobiarchæ referens, & Monachorum precibus ſe commendans, progreſſurus in arenam, Cęſaréam Paleſtinæ contendit, vbi nonnullis è Perſarum gente repertis, qui dæmonum præſtigijs addicti erant, eos acriter reprehēdit. Ab his autē tamquā explorator habitus, in arctiſſimā trahitur cuſtodiam, omni penè victu per triduum interdicto.

℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: *Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. ℣. Quoniā præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. *Et.

Lectio vj.

Deindè ad Marzabanam nequiſſimum Perſarum Ducē adductus, ab eoque pluries accerſitus, & obiurgatus, ad ſaxa ferēda damnatur, quo in labore incredibile eſt quanta à ſuis, quāta à Barbaris patientiſſimè pertulerit. Reuocatus denuò ad Tribunal, minaſque contemnens diriſſimè clauæ ictibus contunditur, quo in ſupplicio, & teneri à lictoribus noluit, & nudari habitu petijt, ægrius ferens habitus monaſtici laniationem, quam nudati corporis diſciſſionem. Reductus in

-car-

carceré Angelicis viſionibus confortatus, virgis acerrimè cæſus, tibijſque ligneis inſtrumentis horrendo cruciatu compreſſus, iteratis clauæ ictibus appetitus, manu ſuſpēſus, ligatoque ad pedem præingenti ſaxo, tandem ſeptuaginta ſocijs, quos verbo, & exemplo in fide firmauerat, in propinquo flumine, præfocatis, ſecuri percuſſus ad optatiſſimam martyrij palmam gloriosè peruénit. Sacrum eius corpus inhumatum proiectum, nec à canibus, nec à feris læſum fuit: ſed & lucidiſſimum ſidus ſuper illud effulſit, quod Hieroſolymā primò, deindè Romā ad Aquas Saluias, poſtremò ad Sancta Sanctorum delatum ibidē honorificè aſſeruatur.

℟. Stola iucunditatis induit eum Dominus:* Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius. ℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et. Gloria. Et.

In iij. Noctur. Homil. ſuper Euangel. Si quis vult poſt me venire. de commu. vnius mart.

In ij. Veſp. ad Magnif. Antiph. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipsū, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

Oratio. Præſta quæſumus omnipotēs Deus, &c. vt ſupra.

Deindè fit commem. S. Raymundi de Penafort Conf.

Antiph. Similabo eum viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram.

℣. Ama-

℣. Amauit eum Dominus,& ornauit eum.
℟. Stolam gloriæ induit eum.

Oratio.

DEvs, qui beatum Raymundũ pœnitentiæ Sacramẽti inſignem miniſtrum elegiſti, & per maris vndas mirabiliter traduxiſti: concede, vt eius interceſſione, dignos pœnitentiæ fructus facere,& ad æternę ſalutis portum peruenire valeamus. Per Dominum noſtrum.

Poſteà fit commem. S. Emerentianæ virg. & mart.

Antiph. Veni Sponſa Chriſti, accipe coronam,quam tibi Dominus pręparauit in ęternum.
℣. Specie tua, & pulchritudine tua.
℟. Intende, proſperè, procede, & regna.

Oratio.

INdulgentiam nobis quæſumus Domine beata Emerentiana virgo,& martyr imploret,quę tibi grata ſemper extitit, & merito caſtitatis, & tuæ profeſſione virtutis. Per Dominum.

DIE XXVII. IAN.

In Feſto S. Vitaliani Papæ,& Confeſs.

Duplex.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex,paſtor bone in populo ora pro nobis Dominum.

Oratio.

DA quæſumus omnipotẽs Deus, vt beati Vitaliani confeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolemnitas,& deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominum.

Deindè fit commem. S.Polycarpi.

An-

Antiph. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

℣. Iuſtus vt palma florebit. ℟. Sicut cedrus Libani multiplicabitur. Oratio.

DEvs, qui nos beati Polycarpi martyris tui, atque Pontificis annua ſolemnitate lætificas; concede propitius, vt cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

In j. Noctur. lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

VItalianus, Patria Signienſis, natione Campanus, Anaſtaſio Patre, duobus ferè menſibus ab Eugenij huius nominis primi obitu, non ſine publica bonorũ omnium gratulatione, in eius locum ſubrogatus fuit, vir ſanè diſciplinæ, ac regulæ Eccleſiaſticę amantiſſimus, & retinentiſſimus. Illam in vigore ſuo, vt à Prædeceſſore lætus acceperat, ità ſedulus ſucceſſori reliquit, & nihil vnquam omiſit, quod ad illius ſplendorem ſeruandum pertineret.

℟. Inueni Dauid ſeruũ meum, oleo ſãcto meo vnxi eũ: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

NVlli labori, nulli pepercit induſtriæ, vt Orientalem Eccleſiam, iam diuturno Schiſmate à Romana ſeparatam, & Conſtãtium Imperatorem,

Heraclij Nepotē Monothelitárum fautorē, impijque auctorem Typi ad meliorem frugem reduceret. Eodem animo & fine Petrum Patriarcham Conſtātinopolitanū, ſcriptis ad eum literis, hortatus eſt, ad reddendam Eccleſiæ pacem, & fidem Catholicam amplectendam.

℟. Poſui adiutorium ſuper potentē, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Inueni Dauid ſeruū meum, oleo ſācto meo vnxi eum. Manus.

Lectio vj.

VArias ſcripſit epiſtolas, vt ſacrorū Canonum indemnitati, & diuinæ fidei propagationi conſuleret. In id præſertim paſtoralis illius cura incubuit, non ſine proſpero euentu: Religionem enim in Anglia collabētem reſtituit: & cùm ibi eſſet ſacrorum Miniſtrorū penuria, magnum Theodórū Tharſenſom, & Adriánum Abbatem eò miſit: illum quidem, vt Eccleſiæ Anglicanæ Primas eſſet, hunc verò, vt Monaſticam diſciplinam reſtauraret. Cùm demùm illius pietas multùm, diùque refulſiſſet, ac ſediſſet annos quatuordecim, & menſes quinque, ex hac vita ad Deum migrauit, Anno Chriſti ſexcenteſimo, ſexageſimo nono, & in Vaticano ſepultus eſt.

℟. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum.

℣. Iſte eſt, qui contempſit vitam mundi, & peruénit ad cæleſtia regna. Ipſe. Gloria. Ipſe.

In iij. Noctur. Homil. ſuper Euangel. Homo peregrè &c. de communi Conf. Pont.

In ij. Veſp. à Capit. fit de S. Agnete ſecundò.

Ad Magnif. Antiph. Stans à dextris eius Agnus niue cādidior, Chriſtus ſibi ſponſam, & martyrem conſecrauit. Oratio.

DEvs, qui nos annua beatę Agnétís virginis, & martyris tuæ ſolemnitate lętificas; da quæſumus, vt quā veneramur officio, etiam piæ cōuerſationis ſequamur exēplo. Per Dominum.

Deinde fit commem. S. Vitaliani.

Antiph. Dum eſſet sūmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit.

℣. Iuſtū deduxit Dominus per vias rectas. ℟. Et oſtendit illi regnum Dei.

Oratio. Da quæſumus &c. vt ſupra.

DIE XXVIII. IAN.

In Feſto S. Agnétis ſecundò Virg. & M. Duplex.

Vt in die feſto præter ſequen.

In j. Noctur. lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

BEata Agnes, parētibus ad eius ſepulchrum aſſiduè vigilantibus, quadam nocte choro virginum comitata cum apparuiſſet, ſic ad eos locuta dicitur: Ne me parentes mortuā lugeatis, nam vnà cum his virginibus viuo apud

illum in cælis, quem in terris tota mente dilexi. Cum aliquot poſt annos Conſtantia, Conſtantini Imperatoris filia, inſanabili vlceri medicinam quærens, nõdum Chriſtiana ad idem ſepulchrũ acceſſiſſet; obdormiſcens ſibi audire viſa eſt vocem hanc Agnetis: Conſtanter age Conſtantia: crede in Ieſum Chriſtum filium Dei, qui te ſanam faciet. Quæ ſanata, paulò poſt vnà cum multis ex familia Imperatoris baptiſmum ſuſcipiens, ibi Eccleſiam nomine beatæ Agnetis ædificauit.

℟. Induit me Dominus veſtimẽto ſalutis, & indumento lætitiæ circumdedit me: * Et tanquam ſponſam decorauit me corona. ℣. Tradidit auribus meis inæſtimabiles margaritas, circumdedit me vernantibus, atque coruſcantibus gẽmis. Et tamquam.

Ex lib. S. Cypriani Ep. & Mar. de diſciplina, & habitu virginũ.

Lectio v. *Cap. 2.*

NVnc nobis ad virgines ſermo eſt, quarum quo ſublimior gloria eſt, maior & cura eſt. Flos eſt ille Eccleſiaſtici germinis, decus, atque ornamentũ gratiæ ſpiritalis, læta indoles, laudis, & honoris opus integrum, atque incorruptum, Dei imago reſpondẽs ad ſanctimoniam Domini, illuſtrior portio gregis Chriſti. Gaudet per illas, atque in illis largiter floret Eccleſiæ matris glorioſa fœcunditas; quantòque plus copioſa virginitas numero ſuo addit

tantò plus gaudium matris augeſcit. Ad has loquimur, has adhortamur affectione potiùs, quam poteſtate: non quod extremi, & minimi, & humilitatis noſtræ admodum conſcij aliquid ad cēſuram licentiæ vindicemus: ſed quod ad ſolicitudinē magis cauti, plus de diaboli infeſtatione timeamus.

℟. Mel, & lac ex eius ore ſuſcepi: * Et ſanguis eius ornauit genas meas. ℣. Oſtendit mihi theſauros incomparabiles, quos mihi ſe daturum repromiſit. Et ſanguis.

Lectio vj.

NEque inanis hæc cautio eſt, & vana formído, quæ ad ſalutis viam cōſulit, quæ Dominica, & vitalia præcepta cuſtódit, vt quæ ſe Chriſto dicauerint, & à carnali cōcupiſcentia recedentes, tàm carne, quàm mente ſe Deo vouerint, cōſúment opus ſuum magno præmio deſtinatū: nec ornari iam, aut placere cuiquam, niſi Domino ſuo, ſtudeant, à quo, & mercedem virginitatis expectant, dicente ipſo: Nō omnes capiunt verbū, ſed illi quibus datum eſt. Sunt enim ſpadónes qui ex vtero matris ſic nati ſunt: & ſūt ſpadónes, qui coacti ſunt ab hominibus, & ſūt ſpadónes, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cælorum.

℟. Iā corpus eius corpori meo ſociatum eſt, & ſanguis eius ornauit genas meas: * Cuius mater virgo eſt, cuius pater fæminam neſcit. ℣. Ipſi ſum deſponſata, cui Angeli

ſer-

ſeruiũt, cuius pulchritudinem ſol & luna mirantur. Cuius mater. Gloria Patri. Cuius mater.

IN III. NOCTVRN.

Lectio S. Euangelij ſecundùm Matthęum.

Lectio vij. *Cap.* 13.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcōdito in agro. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorij Papæ.

Homilia 11. in Euangelia.

CÆlorum regnum, fratres chariſſimi, idcircò terrenis rebus ſimile dicitur, vt ex his, quæ animus nouit, ſurgat ad incognita, quæ non nouit: quatenùs exemplo viſibiliũ ſe ad inuiſibilia rapiat, & per ea, quæ vſu didicit, quaſi confricátus incaleſcat: vt per hoc, quod ſcit notum diligere, diſcat & incognita amare. Ecce enim cælorum regnum theſauro abſcondito in agro cōparatur: quem qui inuenit homo abſcondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuerſa quæ habet, & emit agrum illum.

℟. Ipſi ſum deſponſata, cui Angeli ſeruiunt, cuius pulchritudinem ſol & luna mirantur: * Ipſi ſoli ſeruo fidem, ipſi me tota deuotione committo.

℣. Dexteram meam & collũ meũ cinxit lapidibus pretioſis: tradidit auribus meis inęſtimabiles margaritas. Ipſi ſoli.

Lectio viij.

QVa in re hoc quoque notandũ eſt, quod inuentus theſau-

rus abſcõditur, vt ſeruetur: quia ſtudium cæleſtis deſiderij à malignis ſpiritibus cuſtodire non ſufficit, qui hoc ab humanis laudibus non abſcondit. In præſenti etenim vita, quaſi in via ſumus, qua ad patriam pergimus. Maligni autẽ ſpiritus iter noſtrũ quaſi quidam latrunculi obſident. Deprędari ergo deſiderat, qui theſaurũ publicè portat in via. Hoc autem dico, non vt proximi opera noſtra bona non videant, cum ſcriptum ſit: Videant opera veſtra bona & glorificent Patrẽ veſtrum, qui in cælis eſt: ſed, vt per hoc, quod agimus laudes exterius nõ quęramus. Sic autem ſit opus in publico, quatenùs intentio maneat in occulto, vt & de bono opere proximis præbeamus exemplum, & tamen per intentionẽ, qua Deo ſoli placére quærimus, ſemper optemus ſecretum.

℟. Omnipotens, adorande, colende, tremẽde, benedico te:* Quia per Filium tuum vnigenitum euáſi minas hominum impiorum, & ſpurcitias diaboli impolluto calle tranſiui.

℣. Te confiteor labijs, te corde, te totis viſceribus concupiſco. Quia per. Gloria. Quia.

Lectio ix.

THeſaurus autem cæleſte eſt deſiderium: ager verò, in quo theſaurus abſcõditur, diſciplina ſtudij cæleſtis. Quem profectò agrum venditis omnibus comparat, qui voluptatibus carnis re-

nunciancs, cuncta ſua terrena deſideria per diſciplinæ cæleſtis cuſtodiam calcat: vt nihil iã quòd caro blãdítur, libeat; nihil quòd carnalem vitam trucidat, ſpiritus perhorreſcat. Te Deum.

In ij. Veſper. Antiph. Pſalm. & reliq. vt in ij. Veſp. feſti.

Ad Magnificat, Antiphona.

Stans beata Agnes in medio flammæ expanſis manibus orabat ad Dominum; omnipotẽs adorande, colende, tremende benedico te, & glorifico nomen tuum in æternum.

Oratio. Deus, qui nos annua &c. vt ſupra.

Deinde fit commem. S. Frãciſci Salcſij Epiſ. & confeſs.

Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex paſtor bone in populo ora pro nobis Dominum.

℣. Amauit eum Dominus, & ornaui teum.
℟. Stolam gloriæ induit eum.

Oratio.

DEvs, qui ad animarum ſalutem beatum Franciſcum confeſſorem tuum, atque Pontificem omnibus omnia factum eſſe voluiſti; concede propitius, vt charitatis tuæ dulcedine perfuſi, eius dirigentibus monitis, ac ſuffragantibus meritis æterna gaudia conſequamur. Per Dominum.

DIE XXX. IANVAR.

In feſto S. Felicis IV. Papæ, & Conf. Dupl.

Ad Magnif. Antiph.

Sacerdos, & Pontifex, & virtutũ opifex Paſtor bone in populo ora pro nobis Dñm.

Oratio.

Exaudi quæſumus Domine preces noſtras, quas in beati Felícis confeſſoris tui, atque Pōtificis ſolemnitate deferimus: & qui tibi dignè meruit famulari, eius intercedentibus meritis ab omnibus nos abſolue peccatis. Per Dominum noſtrum.

Deindè fit commem. S. Franciſci Saleſij.

Antiph. Amauit eum Dominus, & ornauit eum, ſtolam gloriæ induit eum, & ad portas paradiſi coronauit eum.

℣. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et oſtendit illi regnum Dei.

Oratio. Deus, qui ad animarũ ſalutem &c. vt ſupra.

In j. Noctur. lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Felix quartus Samnítis, Caſtoris filius diuina gratia copiosè inſtructus, beato Ioanne Papa in Theodorici Regis Italiæ Ariáni carcere defũcto, ob humilem pietatem, atque ſimplicitatem cæteris prælátus, celſum Romani Epiſcopatus locum promeruit. Per id tempus Athalarícus Theodoríci ſucceſſor, quamquam & ipſe Ariánus, Apoſtolicæ tamen Sedis honori conſulens, inſtãtiſq; Romani Cleri deſiderijs fauẽs, ſuo decreto cōſtituit, quod iuxtà priſcę conſuetudinis tenorem (ne Clerus forenſibus litibus profanatus ſæcularibus implicetur) ſi quis aliquem ad Romanum Clerum perti-

nentē in qualibet cauſa probabili crederet actione pulſandum, ad Beatiſſimi Papæ iudicium prius veniret audiendus; vt aut ipſe inter vtroſque more ſuæ Sanctitatis cognoſceret, aut cauſam deligeret, æquitatis ſtudio terminandam. Qui verò reuerentiam tantæ Sedi exhibére contemneret, decem librarum auri diſpendio mulctari iuſſit, per manus memorati Antiſtitis erogandum.

℞. Inuéni Dauid ſeruũ meum, oleo sãcto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

PORrò Felix nefariã dãnauit præſumptionem eorum, qui Sacerdotali Ordinatione ſuſcepta, ad ſæcularis vitæ mores demigrabant. Erexit in Vrbe Baſilicam Sanctorum Coſmæ, & Damiani eo loco, qui appellatur Via ſacra, iuxtà templum Vrbis Romæ, conſumptamque incendio ſancti martyris Saturníni Baſilicam via Salaria, à ſolo refécit. Idem pauperibus largus, & miſeris ſolatia præbens, cum creſcere feciſſet opes Apoſtolicæ Sedis, ærũnoſam hanc cum beata vita commutauit, ſepultus in Baſilica S. Petri quarto Idus Octobris, Iuſtiniano Imperatore, & Athalaríco Italiæ Rege. Duabus Ordinationibus menſe Februario, & Martio, creauit Preſbyteros quinquaginta quinque, Diaconos

quatuor, Epiſcopos per diuerſa loca viginti nouem: Sedit in Pôtificatu Annos quatuor, menſes duos, dies decem & octo.

℟. Poſui adiutorium ſuper potẽtem, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Inuéni Dauid ſeruũ meum, oleo sãcto meo vnxi eum. Manus.

Serm. S. Gregorij Papę. 2. par. Paſt. c. 1.

Lectio vj.

TAntũ debet actionem populi actio tranſcendere præſulis: quantum diſtare ſolet à grege vita paſtoris. Oportet namque, vt metíri ſe ſolicitè ſtudeat, quanta tenendæ rectitudinis neceſſitate conſtringitur; ſub cuius æſtimatione populus grex vocatur. Sit ergo (neceſsè eſt) cogitatione mundus, actione præcipuus, diſcretus in ſilentio, vtilis in verbo, ſingulis cõpaſſione proximus, præ cunctis cõtemplatione ſuſpenſus, benè agentibus per humilitatem ſocius, contrà delinquentium vitia per zelum iuſtitiæ erectus, internorum curã in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum prouidentiã in interiorum ſolicitudine non relinquens.

℟. Iſte eſt qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum. ℣. Iſte eſt, qui contempſit vitã mũdi, & peruénit ad cæleſtia regna. Ipſe. Gloria Patri. Ipſe.

In iij. Noctur. Homil.

ſuper Euang. Vigilate &c. vt in commu. Cōf. Pontif.

In ij. Veſp. à Cap. fit de S. Petro Nolaſco Conf. non Pont.

Ad Magnif. Antiph. Similabo eum viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram. Oratio.

DEus, qui in tuæ charitatis exemplum ad fidelium redemptionem, ſanctum Petrum Nolaſco, Eccleſiam tuam noua prole fœcundare diuinitùs docuiſti; ipſius nobis interceſſione concede, à peccati ſeruitute ſolutis, in cæleſti patria perpetua libertate gaudére. Qui viuis.

Deindè fit commem. S. Felicis.

Antiph. Dum eſſet ſūmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit.

℣. Iuſtū deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et oſtendit illi regnum Dei.

Oratio. Exaudi quæſumus Domine &c. vt ſuprà.

FESTA FEBRVARII.

Die iij.

In Feſto S. Dionyſij Papæ, & Conf. Dup.

Veſp. de Purificatione Beatæ Mariæ Virg.

Deindè fit commem. S. Dionyſij.

Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex Paſtor bone in populo ora pro nobis Dominum.

℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum.

℟. Stolam gloriæ induit eum. Oratio.

DA quæſumus omnipotēs Deus, vt beati Dionyſij confeſſoris tui, atque Ponti-

ficis veneranda ſolemnitas,& deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominum.

Poſteà fit commem. S. Blaſij Epiſc.& Mart. Antiph. Iſte Sanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortẽ, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmã petram.

℣. Gloria,& honore coronaſti eum Dñe.

℟. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Oratio.

DEvs, qui nos beati Blaſij martyris tui, atque Põtificis annua ſolemnitate lætificas: concede propitius, vt cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiã protectione gaudeamus. Per Dominum noſtrum.

In j. Noctur. lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

DIonyſius ex Monacho poſt beatum Sixtum Secũdum Romanæ Eccleſię Epiſcopus eſt conſtitutus. Is contra Sabelliános ſcripſit, & aduerſus eos, qui filiũ Dei opus, aut creaturam aſſeuerábant, plura volumina edidit. Dionyſij Alexandrini Epiſcopi apud ſe accuſati quaſi qui filium Dei factum, & non ſubſtantialem Patri diceret, in Romana Synodo cauſam diſcuſſit, ad quẽ eiuſdem Synodi id indignè ferentis ſententiã perſcripſit. Sed cum Alexandrinus Antiſtes iterum, atque iterum miſſis Romã ſuis ſcriptis, ſe purgaſſet, atque defẽdiſſet, maturo demùm conſilio eſt abſolútus. Presbyteris

Eccleſias in Vrbe Dionyſius diſtribuit,& Cęmeteria,Parochias,atque Diœcéſes diuiſit. Denique multis pro Eccleſia perfunctus laboribus,ac fidei documētis clarus, Aureliano Imperatore migrauit ad Dominum, ſepultuſque eſt in cæmeterio Caliſti via Appia ſexto Kalendas Ianuarij. Habuit menſe Decembri Ordinationes duas,quibus creauit Presbyteros duodecim, Diaconos ſex, Epiſcopos per diuerſa loca ſeptē, ſedit annos vndecim,menſes tres, dies quatuordecim.

℟. Inuéni Dauid ſeruū meum,oleo ſācto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Sermo S. Io. Chryſoſt.
In Epiſt. ad Rom. c. 15. ſer. 29. circa fin.
Lectio v.

CHriſtum diligēs, & gregem illius vtique diligit: & Moyſen tum primùm ſuper populum Iudæorum poſuit, quando, quæ eſſet in illum beneuolentia, re ipſa iàm declarauerat. Dauid quoque ſimili modo regno inaugurátus eſt, poſteàquam apparúerat, quàm amico eſſet in populum affectu: ita quippè iuuenis adhuc populi cauſa doluit, ac zelauit, vt & animā ſuam exponeret, cum videlicet barbarum illū è medio tollebat. Quod verò dicebat: Quid dabitur ei, qui alienigenam hunc interfecerit? non ideò dicebat, quod mercedem exigeret, ſed quò

ſibi crederetur, & inpugnā cum illo committeretur: nàm cum adepta iàm victoria ad regem eſſet ingreſſus, nihil de mercede meminit.

℟. Poſui adiutorium ſuper potētem, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Inuéni Dauid ſeruū meum, oleo ſācto meo vnxi eum. Manus.

Lectio vj.

ET Samuel quoque benignus erat, & amator populi: vt & dicebat: Abſit autem hoc à me peccatum, vt ceſſem pro vobis orare Dominum. Ità & Paulus, imò non ità, ſed multo plus omnibus ardebat erga ſubditos. Vndè & diſcipulos ita erga ſe animauit, vt diceret: ſi poſſibile fuiſſet, oculos veſtros eruiſſetis, mihique dediſſetis. Et Chriſtus optimi Paſtoris regulam proferens dixit: Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus: ſunt enim ſanctorum animæ vehementer mites, & hominum amantes, non ſolùm erga domeſticos, ſed alienos, itaut hanc ſuam manſuetudinem etiam ad animantia bruta extendant. Propterea & ſapiens quiſpiam dixit: Iuſtus miſeretur animarum iumentorum ſuorum: ſi iumētorum, multo magis hominū.

℟. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum.

℣. Iſte eſt qui contempſit vitā mundi, & per-

uénit ad cæleſtia regna. Ipſe. Gloria Patri. Ipſe.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio S. Euangelij ſecúdùm Matthæum.

Lectio vij. *Cap.* 25.

IN illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Homo peregrè proficiſcens vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Et reliqua.

Homil. S. Gregor. Pap.

Homil. 9. in Euang.

LEctio ſancti Euangelij, fratres chariſſimi, ſolicitè conſiderare nos admonet, ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo, accepiſſe aliquid cernimur ab auctore mundi, grauius inde iudicemur. Cum enim augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum. Tantò ergo eſſe humilior, atque ad ſeruiendum Deo promptior quiſque debet ex munere, quātò ſe obligatiorem eſſe conſpicit in reddenda ratione. Ecce homo, qui peregrè proficiſcitur, ſeruos ſuos vocat, eiſque ad negotium talenta partitur. Poſt multum verò temporis poſitúrus rationem reuertitur. Benè operātes pro apportato lucro remunerat, ſeruum verò à bono opere torpentem damnat.

℟. Amauit eum Dominus, & ornauit eum: ſtolam gloriæ induit eum: * Et ad portas paradiſi coronauit eū. ℣. Induit eum Dominus loricam fidei, & ornauit eum. Et ad portas. Lectio viij.

QVis itaque iſte homo eſt, qui peregrè proficiſcitur niſi Redemptor noſter, qui

in ea carne, quam aſſumpſerat abijt in cælum? Carnis enim locus proprius terra eſt, quæ quaſi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem noſtrũ in cælo collocatur. Sed homo iſte peregrè proficiſcẽs ſeruis ſuis bona ſua tradidit, quia fidelibus ſuis ſpiritualia dona conceſſit. Et vni quidem quinque talenta, alij duo, alij verò commíſit vnum. Quinque etenim ſunt corporis ſenſus: videlicet, viſus, audítus, guſtus, odoratus, & tactus. Quinque ergo talentis, donum quinque ſenſuum, ideſt, exteriorum ſcientia exprimitur. Duobus verò, intellectus, & operatio deſignatur. Vnius autem talenti nomine, intellectus tantummodò deſignátur.

℞. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris: *Et vos ſimiles hóminibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs.

℣. Vigilate ergo, quia neſcítis, qua hora Dominus veſter venturus ſit. Et vos. Gloria Patri. Et vos.

Pro S. Blaſio Ep. & M.

Lectio ix.

BLaſius, Sebaſte in Armenia cum virtutum laude floréret, eiuſdem Ciuitatis Epiſcopus eligitur, qui quo tempore Diocletianus inſatiabilem crudelitatem in Chriſtianos exercebat, ſe in ſpelũcam abdidit Mõtis Argéi: vbi tàm díù latuit, dum ab Agricoláí Præſidis militibus venantibus deprehenſus, & ad Præſidem

du-

ductus, eius iuſſu coniectus eſt in vincula. Quo in loco multos ægrotos ſanauit, qui ad Blaſium, eius fama ſanctitatis adducti, deferebantur. In illis puer fuit, qui deſperata à Medicis ſalute, tranſuerſa ſpina faucibus inhærente, animam agebat. Productus autem ad Præſidem Blaſius ſemel & iterùm, cum nec blandicijs, nec minis addúci poſſet, vt Dijs ſacrificaret, primum virgis cæſus, deindè in equuleo ferreis pectinibus dilaniátus eſt: poſtremò dempto capite, illuſtre fidei teſtimoniũ Chriſto Domino dedit, tertio nonas Februarij. Te Deum.

In Laud. pro comm. S. Blaſij.

Antiph. Qui odit animam ſuam in hoc mũdo, in vitam æternam cuſtodit eam.

℣. Iuſtus, vt palma florebit.

℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Oratio. Deus, qui nos beati Blaſij &c. vt ſup.

In Hymno mutatur verſus.

In ij. Veſp. ad Magnif. Aña. Dum eſſet ſummus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit.

Orat. Da quæſumus &c. vt ſupra.

Deindè fit commem. S. Andreę Corsíni Epiſcopi, & Conf.

Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum.

℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum.

℟. Stolam gloriæ induit eum.

Oratio.

DEvs, qui in Eccleſia tua noua ſemper inſtauras exẽpla virtutum: da populo tuo, beati Andreæ Confeſſoris tui, atque Pontificis, ità ſequi veſtigia, vt aſſequatur & præmia. Per Dominum.

DIE VI. FEBRVAR.

In Feſto.

Sancti Zoſimi Papæ, & Confeſſoris.

Duplex.

In Hymno mutatur verſus.

Ad Magnif. Antiph.

Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, Paſtor bone in populo, ora pro nobis Dñm.

Oratio.

DA quæſumus omnipotens Deus: vt beati Zoſimi confeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolemnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominũ.

Deindè fit commemoratio S. Agathæ virginis, & Mart.

Antiph. Stans beata Agatha in medio carceris, expanſis manibus orabat ad Dominũ: Domine Ieſu Chriſte magiſter bone, gratias tibi ago, qui me fecisti vincere tormenta carnificum: iube me Domine, ad tuam immarceſcibilem gloriã feliciter peruenire.

℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.

℟. Propterea benedixit te Deus in ęternũ.

Oratio.

DEvs, qui inter cętera potẽtię tuæ miracula, etiam in ſexu fragili victoriam martyrij contuliſti; cõcede propitius, vt qui beatę Agathę virginis, & martyris tuæ natali-

litia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

Poſteà fit commem. S.Dorotheæ virg.& M.

Antiph. Veni Sponſa Christi, accipe coronã, quã tibi Dominus præparauit in æternũ.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua.

℟. Intende, proſperè, procede, & regna.

Oratio.

INdulgentiam nobis quæſumus Domine beata Dorothea virgo, & martyr imploret, quę tibi grata ſemper extitit, & merito caſtitatis, & tuæ profeſſione virtutis. Per.

In j. Noct. Lectiones de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

ZOſimus Græcus Abrahamij filius poſt Sanctum Innocẽtium Romanæ Eccleſiæ Epiſcopatum ſuſcépit. Is Africanorum Conciliorum decretis aduerſus Pelagianam hæreſim, ſententiæ ſuæ robur adnexuit, & ad impiorum excidium gladio Petri, dexteras omnium armauit Antiſtitum; ijs namque ab ipſo probatis per totum mundum hæreſis Pelagiana damnata eſt: Damnauit & Pelagium ipſum vna cum Cæleſtino, datis hac de re literis ad vniuerſam Eccleſiam.

℟. Inuéni Dauid ſeruũ meum, oleo sãcto meo vnxi eũ:* Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

ECcleſiaſticæ diſciplinę tenaciſſimus fuit, compluribus ad

eam vbique ſiuè ſeruãdam, ſiuè reſtituendã deſtinatis grauibus Epiſtolis. Diffinijt iuxtà probatũ Eccleſiæ morem, vt ſi quis ab infãtia Eccleſiaſticis miniſterijs nomen dediſſet, inter Lectores vſq; ad vigeſimum ætatis annum, cõtinuata obſeruatione duraret. Si verò maior iam, & grãdæuus poſt baptiſmũ, ſiuè inter Lectores, ſiuè inter Exorciſtas, quinquẽnio teneretur, & inde Acolythus, vel Subdiaconus, quatuor annis, & ſic ad Diaconatum (ſi mereretur) accederet; in quo ordine quinque annis hęrere deberet, & indè ſuffragãtibus votis, Sacerdotium promereri poſſet.

℟. Poſui adiutorium ſuper potentẽ, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Inueni Dauid ſeruũ meum, oleo ſãcto meo vnxi eum. Manus.

Lectio vj.

SAnciuit, vt Diaconi læuas linoſtimis pallis tegerent, poteſtatẽq; fecit, vt per Parochias paſchalis Cereus benediceretur. Cauit prętereà ne Clerico poculũ propinaretur in publico, præterquàm in fidelium cellis, & maximè Clericorum. Qui cum ſanctiſſimè rexiſſet Eccleſiam annum vnum, menſes quatuor, dies ſeptem, quieuit in pace; ſepultuſque eſt iuxtà Corpus Sancti Laurentij martyris via Tiburtina ſeptimo Kalendas Ianuarij, Honorio, & Theodoſio Iuniore imperantibus. Vna Ordinatione mẽ-

ſe Decembri, creauit Presbyteros decem, Diaconos tres, Epiſcopos per diuerſa loca octo.

℟. Iſte eſt qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum.

℣. Iſte eſt qui contempſit vitam mundi, & peruénit ad cæleſtia regna. Ipſe. Gloria Patri. Ipſe.

IN III. NOCTVRN.

Lectio ſancti Euangelij ſecũdùm Matthæum.

Lectio vij. *Cap.* 25.

IN illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Homo peregrè proficiſcens vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Papæ.

Homil. 9. in Euang.

LEctio ſancti Euangelij, fratres chariſſimi, ſolicitè conſiderare nos admonet, ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo, accepiſſe aliquid cernimur ab auctore mundi, grauius inde iudicémur. Cum enim augentur dona, rãtiones etiam creſcunt donorum. Tantò ergo eſſe humilior, atque ad ſeruiendum Deo promptior quiſque debet ex munere, quãtò ſe obligatiorem eſſe conſpicit in reddenda ratione. Ecce homo, qui peregrè proficiſcitur, ſeruos ſuos vocat, eiſque ad negotium talenta partitur. Poſt multum verò temporis poſitúrus rationem reuertitur. Benè operãtes pro

apportato lucro remunerat, ſeruum verò à bono opere torpentem damnat.

℟. Amauit eum Dominus,& ornauit eum: ſtolam gloriæ induit eum: * Et ad portas paradiſi coronauit eũ. ℣. Induit eum Dominus loricam fidei, & ornauit eum. Et ad portas. Lectio viij.

QVis itaque iſte homo eſt,qui peregrè proficiſcitur niſi Redemptor noſter,qui in ea carne, quam aſſumpſerat abijt in cælum? Carnis enim locus proprius terra eſt, quæ quaſi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem noſtrũ in cælo collocatur.Sed homo iſte peregrè proficiſcẽs ſeruis ſuis bona ſua tradidit, quia fidelibus ſuis ſpiritualia dona conceſſit. Et vni quidem quinque talenta, alij duo, alij verò commiſit vnum. Quinque etenim ſunt corporis ſenſus: videlicet,viſus,auditus,guſtus, odoratus, & tactus.Quinque ergo talentis,donum quinque ſenſuum,ideſt,exteriorum ſcientia exprimitur. Duobus verò, intellectus, & operatio deſignatur. Vnius autem talenti nomine, intellectus tantummodò deſignatur.

℟. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris: * Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum,quando reuertatur à nuptijs.

℣. Vigilate ergo, quia neſcitis, qua hora Dominus veſter venturus ſit. Et vos. Gloria Patri. Et vos.

Pro S. Dorothéa virg. & mart. Lect. ix.

DOrothea virgo, ex Cæſaréa Cappadociæ, propter Chriſti confeſſionem ab Aprício Præſide cõprehenſa, Cryſtæ, & Calliſtæ ſororibus, quæ à fide defecerant, tradita eſt, vt eam à propoſito remouérent. Sed contra factum eſt: Nam eas Dorothéa ad cultum Chriſtianæ religionis reduxit, propter quam etiam martyriũ ſuſceperũt. Quare virgo equuleo diù torta, & palmis cæſa, ad extremum capitis damnata, duplicatam virginitatis, & martyrij palmam accepit. Te Deum.

In Laud. pro comm. S. Dorothéæ virg. & m. Antiph. Simile eſt regnum cælorum homini negociatori, quęrẽti bonas margaritas: inuenta vna pretioſa, dedit omnia ſua, & comparauit eam.

℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.

℟. Propterea benedixit te Deus in æternũ.

Oratio. Indulgentiam nobis &c. vt ſupra.

In ij. Veſp. à Capit. fit de S. Romualdo Abb.

Ad Magnif. Antiph. Similabo eum viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram. Oratio

INterceſſio nos quęſumus Domine, beati Romualdi Abbatis commendet: vt quod noſtris meritis nõ valemus, eius patrocinio aſſequamur. Per Dominum noſtrum.

Deindè fit commem. S. Zoſimi.

Antiph. Dum eſſet sũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæ-

leſtia regna glorioſus migrauit.
℣. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas.
℟. Et oſtendit illi regnum Dei.
Oratio. D a quæſumus &c. vt ſuprà.

DIE IX. FEBRVARII.

In Feſto S. Anthéri Papæ, & mart. Dupl.

Veſp. de S. Ioanne de Matha conf. non Pont. à Cap. de S. Anthéro.
Ad Magnif. Antiph. Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram.

Oratio.

INfirmitatem noſtrã reſpice omnipotens Deus, & quia pondus propriæ actionis grauat beati Anthéri martyris tui, atque Pontificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per.

Deindè fit commem. S. Ioannis de Matha.
Antiph. Hic vir deſpiciens mundum, & terrena triumphans, diuitias cælo condidit ore manu.
℣. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas.
℟. Et oſtendit illi regnum Dei.

Oratio.

DEvs, qui per Sanctum Ioannem de Matha Ordinẽ Sanctiſſimæ Trinitatis ad redimendum de poteſtate Saracenorũ Captiuos cælitus inſtituere dignatus es: præſta quæſumus, vt eius ſuffragantibus meritis, à captiuitate corporis, & animæ te adiuuante liberemur. Per Dñm.

Poſteà fit commem. S. Apolloniæ virg. & m.
Antiph. Veni Sponſa Chriſti, accipe coronã, quã tibi Dominus præparauit in æternum.

℣. Spe-

℣. Specie tua, & pulchritudine tua. ℟. Intẽde, proſperè procede, & regna. Oratio.

DEvs, qui inter cętera potentiæ tuę miracula etiam in ſexu fragili victoriam martyrij cõtuliſti: cõcede propitius, vt qui beatæ Apolloniæ virginis, & martyris tuæ natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dñm.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

ANthérus natióne Græcus Patre Romulo poſt Sanctum Pontianum, Romæ ordinatus eſt Epiſcopus. Is geſta Martyrum diligenter à Notarijs cõquiſiuit, ac in Eccleſia recondidit. Propterea cauſã à Maximo Præfecto martyrio coronatus eſt tertio Nonas Ianuarij, ſepultuſque in Cæmeterio Calixti via Appia, Maximino Principe. Vnica Ordinatione menſe Decembri ordinauit Epiſcopum Fundanæ Ciuitatis in Campania: ſedit in Pontificatu menſem vnum, dies duodecim. ℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem ęternam. ℣. Deſcenditque cum illo in foueam: & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Serm. S. Auguſt. Epiſc. De verb. Dom. 50.

Lectio v.

PAſtor bonus Chriſtus. Quid Petrus? Nonne bonus paſtor? Nonne & ipſe animam ſuam pro ouibus poſuit? Quid Paulus?

Quid cæteri Apoſtoli? Quid eorum tempora conſequētes beati Epiſcopi martyres? Quid etiam iſte Sanctus Anthérus? Nonne omnes paſtores boni, nō mercenarij, de quibus dicitur; Amen dico vobis, perceperunt mercedem ſuam? Omnes ergo illi paſtores boni, non ſolùm quia ſanguinem fuderunt, ſed quia pro ouibus fuderunt. Non enim fuderunt elatione, ſed charitate.

℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: * Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Et voluntate labiorum.

Lectio vj.

NAm & apud Hæreticos, qui propter iniquitates, & errores ſuos aliquid moleſtiarum perpeſſi fuerunt, nomine martyrij ſe iactant: vt hoc pallio dealbati faciliùs furentur, quia lupi ſūt. Si autem vultis ſcire, in quo numero habendi ſunt, paſtorem bonum Paulum Apoſtolum audíte: Quoniam non omnes, qui corpora ſua in paſſione etiā ignibus tradunt, æſtimādi ſunt ſanguinem fudiſſe pro ouibus, ſed potiùs contra oues. Si diſtribúero, inquit, omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meum, vt ardeam: Iam ipſi ſunt. Sed vide quid ſequitur: Charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt. Ecce venítur ad

paſſionem, ecce venítur & ad ſãguinis effuſionem, venítur & ad corporum incenſioné: & tamen nihil prodeſt, quia charitas deeſt. Adde charitatem proſunt omnia: detrahe charitatem, nihil proſunt cætera.

℟. Stola iucunditatis induit eum Dominus:* Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius. ℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et. Gloria Patri. Et. coronam.

IN III. NOCTVRNO

Lectio ſancti Euãgelij ſecundùm Lucam.

Lectio vij. *Cap.* 14.

IN illo tempore dixit Ieſus turbis: Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Papæ.

Homil. 37. in Euangel.

SI cóſideremus, fratres chariſſimi, quæ & quanta ſunt, quę nobis promittuntur in cælis, vileſcunt animo omnia, quæ habentur in terris. Terrena namque ſubſtantia ſupernæ felicitati comparata, pondus eſt, non ſubſidium. Temporalis vita æternæ vitę comparata, mors eſt potius dicenda, quam vita. Ipſe enim quotidianus defectus corruptionis, quid eſt aliud, quam quędã prolixitas mortis? Quæ autem lingua dicere, vel quis intellectus capere ſufficit, illa ſupernæ ciuitatis

quanta ſint gaudia; Angelorum choris intereſſe, cũ beatiſſimis ſpirítibus gloriæ conditóris aſſiſtere, præſentem Dei vultum cernere, incircũſcriptũ lumen vidére, nullo mortis metu áffici, incorruptionis perpetuę munere lætári?

℟. Corona aurea ſuper caput eius: * Expreſſa ſigno ſanctitatis, gloria honoris, & opus fortitudinis.

℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Expreſſa.

Lectio viij.

SEd ad hæc audíta inardeſcit animus: iamque illic cupit aſſiſtere, vbi ſe ſperat ſine fine gaudére. Sed ad magna præmia perueníri non poteſt, niſi per magnos labores. Vnde & Paulus egregius prædicator, dicit: Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Deléctat ergo mentem magnitudo præmiorum, ſed non deterreat certamen laborum. Vnde ad ſe veniẽtibus Veritas dicit: Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus.

℟. Hic eſt verè martyr, qui pro Chriſti nomine ſanguinem ſuum fudit: * Qui minas iudicum non timuit, nec terrenæ dignitatis gloriam quæſiuit, ſed ad cæleſtia regna peruénit.

℣. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas,

& oſtendit illi regnum Dei. Qui. Gloria Patri. Qui.

Pro S. Apollonia virg. & mart. Lectio ix.

Apollonia, virgo Alexandrina, ſub Decio Imperatore, cum ingraueſcēte iàm ætate ad idóla ſiſteretur, vt eis venerationē adhiberet: illis cōtemptis Ieſum Chriſtum verum Deum colendū eſſe prędicabat. Quamobrem omnes ei contúſi ſunt, & euulſi dentes: ac niſi Chriſtum deteſtáta deos coleret, accenſo rogo combuſturos viuam minati ſunt impij carnifices. Quibus illa, ſe quamuis mortem pro Ieſu Chriſti fide ſubiturā, reſpōdit. Itaque comprehenſa, vt combureretur, cum pauliſper, quaſi deliberans quid agendum eſſet, ſtetiſſet, ex illorū manibus elapſa, alacris in ignē ſibi paratum maiori Spiritus ſancti flamma intus accenſa, ſe ìniecit. Vndè breui conſumpto corpore, puriſſimus ſpiritus in cęlum ád ſempiternam martyrij coronā euolauit. Te Deum.

In Laud. pro cōmem. S. Apollonie V. & M.

Antiph. Simile eſt regnum cælorum homini negociatori, quærenti bonas margaritas: inuenta vna pretioſa dedit omnia ſua, & comparauit eam.

℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.

℟. Propterea benedixit te Deus in æternū.

Oratio. Deus, qui inter cætera potētiæ &c. vt ſupra.

In ij. Veſp. à Cap. de S. Teleſphoro Papa, & mart.

Ad Magnif. Antiph. Iſte Sanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram.

Oratio.

Devs, qui nos beati Teleſphori martyris tui, atque Pontificis annua ſolemnitate lætificas: concede propitius, vt cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

Deindè fit commem. S. Anthéri.

Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequátur me. ℣. Iuſtus vt palma florebit. ℟. Sicut cedrus Libani multiplicabitur. Oratio.

Infirmitatem noſtrã reſpice omnipotens Deus, & quia pondus propriæ actionis grauat beati Anthéri martyris tui, atque Pontificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per.

DIE X. FEBRVARII.

In Feſto S. Teleſphori Papæ, & mart. Dupl.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Teleſphorus, natione Grecus, Patria Thurienſis in magna Græcia, ex Preſbytero Romanæ Eccleſiæ (cuius dignum miniſtrum egerat) Pótifex Maximus creatus eſt. Hoc ſupremum munus ita obijt, vt eximius Petri ſucceſſor lectus eſſe videretur; In eius cathedra ſedit ſub Imperatore Antonino Pio, feruente perſecutionis æſtu. Qui

tamen non obſtitit, ne ſedulam operam regẽdæ Chriſti Eccleſię ſolicitus nauarit.

℟. Honeſtum fecit illum Dñs, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: *Et dedit illi claritatem æternam.

℣. Deſcenditque cum illo in foueam: & in vinculis non dereliquit eum. *Et dedit.

Lectio v.

Hinc nouis decretis multa illum egregiè ſanciuiſſe legimus, quæ ad Fidelium mores, Eccleſiaſticorũ libertatem, & ſacros ritus attinent; ſcilicet Quadrageſimale ieiuniũ iam olim ab Apoſtolis traditum, nouo edicto reſtauraſſe, ac mandaſſe, vt in Natali Domini ſanctum Miſſæ ſacrificium ter celebraretur, media nocte, illuceſcente aurora, hora demùm tertia poſt ſolis ortum; Et conſtituiſſe, vt ſacræ Liturgiæ hymnus Angelicus, Gloria in excelſis Deo, adderetur.

℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: *Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

℣. Quoniam pręueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. *Et voluntate.

Lectio vj.

Edixiſſe quoque, ne Sacerdotes à populo arguerentur, vt ſublimis ordinis dignitati conſuleret. Ordinatione quadruplici, menſe Decẽbri, creauit Presbyteros duodecim, Diaconos octo, Epiſcopos treſdecim per diuerſa loca. Cùm

autem in propaganda fide ardentiſſimus eſſet, ac proindè Idolòrum Sacerdotibus inuiſus, captus tandem, capitis abſciſſione, martyrium cõſummauit Nonis Ianuarij, & eius corpus in Vaticano ſepultum eſt.

℞. Stola iucunditatis induit eum Dominus:* Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius.

℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus: & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et coronam. Gloria Patri. Et coronam.

In iij. Nocturno Homilia ſuper Euangel. Si quis vult poſt me venire. de communi vnius mart.

In ij. Veſp. à Cap. fit de S. Agathóne Papa, & Confeſs.

In Hymno mutatur verſus.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum.

Oratio.

DA quæſumus omnipotẽs Deus: vt beati Agathònis confeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolẽnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominum.

Deindè fit commem. S. Teleſphori.

Antiph. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

℣. Iuſtus, vt palma florebit.

℞. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Oratio. Deus, qui nos beati &c. vt ſupra.

DIE XI. FEBRVARII.
In Feſto
S. Agathonis Papæ, & Conf. Dupl.
In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.
Lectio iv.

Agatho, natione Siculus ex doctiſſimo, ac ſanctiſſimo Monacho, Romanus Pontifex creatus eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptuageſimo octauo. Vir ſumma humanitate, eximio animi candore, ſingulari morum ſuauitate, & comitate præditus, cunctorũ amans, cunctis amabiliſſimus. Ita demùm à natura, & gratia comparatus, vt ad ſupremã illam dignitatem gerendam, natus, ſeù factus eſſe videretur.

℟. Inuéni Dauid ſeruũ meum, oleo ſãcto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

Acceptis à Conſtãtino Pogonáto literis ad Donum prædeceſſorẽ ſcriptis, pro conuocando Concilio Oecumenico, ad diuturnum ſchiſma tollendum, quo laborabat Eccleſia, & definiendas fidei controuerſias, quæ toto ferè Oriẽte maximas tempeſtates, atque ruinas excitárant; Prouinciales Synodos in Occidente haberi curauit, in quibus Monothelitárum cauſa diſcuteretur, & damnarentur errores.

℟. Poſui adiutorium ſuper potẽtem, & exaltaui electum de plebe

mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.
℣. Inuéni Dauid ſeruū meum, oleo sāčto meo vnxi eum. Manus.

Lectio vj.

His præmiſſis, legatos ſuos, & Cōcilij Romani, miſit Cōſtantinopolim cum binis literis ad Imperatorem, in quibus prædicta hæreſi doctè, fuſè, ac ſolidè refutata, damnatiſq; primarijs illius ſectatoribus, Sergio ſcilicet, Cyro, Paulo, Pyrrho, Petro, & alijs, Anteceſſores ſuos ab omni erroris labe immunes hucuſque fuiſſe, expreſſis verbis, declarauit. Agathónis igitur auctoritate, ſexta Synodus vniuerſalis congregata eſt, in qua ijdem errores, ijdemque errātes damnati fuerunt. Demùm cū tres annos, & quinque circiter menſes ſediſſet, piè obijt in Domino, & in Baſilica Principis Apoſtolorū ſepulturę mādatus eſt.
℟. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum.
℣. Iſte eſt, qui contempſit vitā mūdi, & peruénit ad cæleſtia regna. Ipſe. Gloria Patri. Ipſe.

In iij. Noct. Homilia ſuper Euangel. Homo peregrè. de communi Conf. Pont.

In ij. Veſp. à Capit. fit de S. Hygíno Pap. & M.

Ad Magnif. Antiph. Iſte Sanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram.

Oratio.

INfirmitatem noſtrã reſpice omnipotens Deus, & quia pondus propriæ actionis grauat, beati Hygíni martyris tui, atque Pontificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per Dominum.

Deinde fit commem. S. Agathónis.

Antiph. Dum eſſet sũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit.

℣. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et oſtendit illi regnum Dei.

Oratio. Da quæſumus &c. vt ſupra.

DIE XII. FEBRVAR.

In Feſto S. Hygíni Pap. & mart. Duplex.

In primo Nocturno Lectiones de ſcriptura occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

HYginus Atheniẽſis, Philoſopho Patre, cum iam Romanæ Eccleſiæ Presbyter eſſet, Cleri ſuffragijs; Teleſphoro ſuffectus eſt. Sedit in ſancta Petri Sede, Imperatore Antonino Pio Auguſto, annos tres, Menſes vndecim, dies viginti octo. Vbi primum Põtifex renunciatus eſt, Clericorum Ordines in ſuos gradus diſtinxit, ac fecit, vt in ijs Eccleſijs, quas titulos vocant, tum primarij Miniſtri, tum alij eiſdem ſubiecti adeſſent, qui fidelibus, cum res poſtularet, ſacra miniſtrarent.

℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: * Et de-

dit illi claritatem ęternam. ℣. Deſcēditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum. E t dedit.

Lectio v.

INſtituit etiam, ne abſque celebratione Miſſæ, Templa, vel Oratoria ſacro ritu conſecrarentur; ne inconſulto Epiſcopo, vel noua conſtruerentur, vel iam conſtructa deſtruerentur, & ne materies ad ſacrum illum vſum congéſta, & deſtinata, in prophanos vſus cōuerterétur: Edixit prætereà, vt Patrini Baptiſmo adeſſent, qui de ſacro fonte infantes leuarent; Ne quis Epiſcopus reus criminis damnaretur, niſi à Comprouincialibus Epiſcopis eius cauſa probè diſcuſſa fuiſſet. Cūcta hæc eius titulo, ac nomine ſancita extant. Tres ordinationes habuit menſe Decembri, in quibus creauit Epiſcopos ſex, Presbyteros quindecim, Diaconos quinque.

℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: *E t voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. E t voluntate.

Lectio vj.

CVm autem paulò antè, Iuſtinus clariſſimus Philoſophus, & Chriſti martyr ſcripſiſſet Apologíam pro Religione Chriſtiana ad Imperatorem Antoninum Pium Auguſtum, obtinuit, vt perſecutio deſęuíret. Hinc à Chriſtianorum cæ-

de,non quidem omninò, plurimùm tamen, publico Principis edicto temperatum eſt. Sanctiſſimo tamen Paſtore, cuius cura, Dominico Gregi conſultum fuerat, parcitum non fuit, nempe hic glorioſo martyrio, ne Anteceſſoribus diſſimilis eſſet, innocentiſſimam vitam terminauit, die vndecima Ianuarij, & ſepultus eſt in Vaticano.

℟. Stola iucunditatis induit eum Dominus:* Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius.

℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ,& intellectus: & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et coronam. Gloria. Et.

In iij. Noct. Homilia ſuper Euangel. Si quis venit ad me. de communi vnius martyr.

In ij. Veſp. à Cap. fit de S. Gregorio II. Papa, & confeſs.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, Paſtor bone in populo ora pro nobis Dñm.

Oratio.

DA quęſumus omnipotens Deus, vt beati Gregorij confeſſoris tui,atq; Pōtificis venerāda ſolemnitas,& deuotionē nobis augeat,& ſalutem. Per.

Deindè fit commem. S. Hygini.

Antiph. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam,& ſequatur me.

℣. Iuſtus vt palma florebit.

℟. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio. Infirmitatem noſtram &c. vt ſupra.

DIE XIII. FEBR.
In Feſto
S. Gregorij II. Papæ, & Conf. Duplex.
In j. Noct. Lect. de Script. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

GRegorius, huius nominis ſecũdus natione Romanus, Patre Marcello, Anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo quarto, mirabili totius Cleri, & Populi concordia ad ſupremum Eccleſię Catholicæ Pontificatum euectus eſt. Hic à pueritia Diuino cultui addictus in noſtro Lateranenſi Patriarchìo ſub beati Sergij oculis, & diſciplina vixerat, Subdiaconi primùm, tum ſacellárij munere functus. Mox Bibliothecæ cura illi credita, ad Diaconatus tandem Ordinem promotus, in Regiam Vrbem, vnà cum Sanctiſſimo Papa Conſtãtino profectus eſt. Ibi ab Imperatore de nõnullis capitibus interrogatus, cùm ſacrarũ literarum peritiſſimus eſſet, & conſtãtiſſimus rerum Eccleſiaſticarũ defenſor, optima & Catholica reſpõſione, Principi ſatisfecit.

℟. Inuéni Dauid ſeruũ meum, oleo sãcto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Nihil proficiet inimícus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

VRbis mœnia cõtra Longobardorũm excurſiones, aliqua ex parte reparauit. Aliquot Baſilicas, temporum iniuria collapſas reſtituit. Vrbana Monaſteriá ferè de-

ſerta, & Monachos in priſtinam formam, & diſciplinam redégit. Imò poſt mortem Honeſtæ Matris, paternã domum in Eccleſiam, & Monaſterium commutauit, quod multis prædijs inſtructum reliquit. Corbinianum, & Bonifaciũ viros Apoſtolicos, ſpiritu plenos in Germaniam miſit, ad prædicandum Gẽtilibus Chriſti Euãgelium, eoſq; ſacris Epiſcopatus Infulis decorauit, poſtquàm innumeram Paganorum multitudinem, ab ijs ad Chriſti fidem conuerſam fuiſſe, accepiſſet. Vt omnes optimi Paſtoris partes impleret, optimis legibus Eccleſiaſticam diſciplinam, & Chriſtianorum mores inſtruxit. Geminam Synodum Romæ habuit, alteram aduerſus illicita coniugia, alteram aduerſus Iconocláſtas.

℟. Poſui adiutorium ſuper potẽtem, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Inuéni Dauid ſeruũ meum, oleo ſãcto meo vnxi eum. Manus.

Lectio vj.

LEonem Iſaurum ſacrarum Imaginum deſtructorem varijs epiſtolis ab illa hæreſi remouere, omnique illum officiorũ genere ſibi demereri ſtuduit; cùm tamen hic ad ſceleris cumulum, optimum Pontificem neci tradere ferro, ſexies, ſemel auro, & muneribus corrumpere, quamuis fruſtra, tentaſſet: Luitprando, cum Exarco ad excidium Vrbis properanti, Sanctiſſimus Ponti-

fex, Dei fretus præſidio, ad prata Neronis occurrit, & pijs monitis Regis animum ita molliuit, vt non iam hoſtis, ſed pius adorator enſem, & coronam Principi Apoſtolorum obtulerit. Cùm autem Imperator deſtructionē machinaretur, eundem diro anathémate perculit, & inito cum Francis fœdere ab impio molimine deterruit. Rebus demùm præclarè geſtis, quibus maximis quibuſque prædeceſſorum ſuorū æquiparatur, piè obijt in Domino, ſexto Pōtificatus anno, & in Baſilica Vaticana cōditus eſt.

℟. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum. ℣. Iſte eſt qui contempſit vitā mundi, & peruénit ad cæleſtia regna. Ipſe. Gloria Patri. Ipſe.

In iij. Noct. Homilia ſuper Euangel. Homo peregrè. de communi Conf. Pont.

In ij. Veſp. à Cap. de S. Ioāne Chryſoſtomo Epiſc. & Conf.

In Hymno mutatur Verſus.

Ad Magnif. Antiph. O Doctor optimè, Eccleſiæ ſanctæ lumen, beate Ioānes Cryſoſtome, diuinæ legis amator, deprecare pro nobis filium Dei.

Oratio.

Eccleſiam tuam, quæſumus Domine, gratia cæleſtis amplificet: quam beati Ioannis Chryſoſtomi confeſſoris tui, atque Pontificis illuſtrare

vo-

voluiſti glorioſis meritis, & doctrinis. Per.

Deindè fit commem. S.Gregorij.

Antiph. Dum eſſet sũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit.

℣. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et oſtendit illi regnum Dei.

Oratio. Da quæſumus &c. vt ſupra.

Poſteà fit commem. S. Valentini Presbyt. & mart.

Aña. Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram.

℣. Gloria, & honore coronaſti eum Dñe.

℟. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Oratio.

Præſta quæſumus omnipotens Deus, vt qui beati Valentini martyris tui natalitia colimus, à cũctis malis imminentibus, eius interceſſione liberemur. Per Dominum.

DIE XIV. FEBRVAR.

In Feſto S. Ioãnis Chryſoſtomi Ep. & Conf. & Eccl. Doct. Dupl.

Omnia vt in Breuiar. die 27. Ianuarij.

Ad Laud. pro comm. S. Valentini mart.

Antiph. Qui odit animam ſuam in hoc mũdo, in vitam æternam cuſtodit eam.

℣. Iuſtus vt palma florebit.

℟. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio. Præſta quæſumus &c. vt ſupra.

In ij. Veſp. fit de S. Ioãne Chryſoſtomo.

Antiph. & Oratio vt ſupra in j. Veſp.

Deindè fit commem. Inuent. Corporum SS. Diodori &c. MM.

Aña. Iſtorum eſt enim regnum Cælorum, qui contempſerunt vitam mundi, & peruenerunt ad præmia regni, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni.

℣. Lætamini in Domino, & exultate iuſti.

℟. Et gloriamini omnes recti corde.

Oratio.

DEvs, qui nos concedis Sanctorum martyrum tuorum Diodóri, Mariáni, & Sociorum Inuentioné colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum ſocietate gaudére. Per Dominum.

Poſteà fit commem. SS. Fauſtini, & Iouitæ Martyr.

Antiph. Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt: nolite timere, multis paſſeribus meliores eſtis vos.

℣. Exultabunt Sancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis. Oratio.

DEvs, qui nos annua Sanctorum martyrum tuorũ Fauſtíni, & Iouitæ ſolemnitate lætificas: concede propitius, vt quorum gaudemus meritis, accendamur exemplis. Per Dominum.

DIE XV. FEBRVAR.

In Feſto Inuentionis Corporum SS. Diodori Presbyt., Mariani Diaconi, & Sociorũ Mart. Semid.

In j. Noct. Lect. de Script. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

SÆuiente in Chriſti fideles Numeriano Cæſare inter eos, quos

perſecutionis rabies abſtulit Mundo, & Cęlo donauit, enituére Chryſantus, & Daria nobiliſſimi coniuges, qui in Arenaria Salariæ viæ effoſſa terra lapidibus obruti, parem martyrij coronã meruére. Ad quem locum, cum ingens Chriſtianorum concurſus, pietatis cauſa, quotidiè conueníret, id impiè ferens iniquus Cæſar, iuſſit Kalendis Decembris, quo die ſolito numeroſior erat conuentus, ab oſtio criptæ amouéri parieté, omneſque qui aderant, ruinis opprími, quos inter eminebant Diodórus Sãctiſſimus Presbyter, & Mariánus Leuita integerrimus, cum innumera promiſcui ordinis, & ſexus glorioſa multitudine, ſtudio, & opera beati Stephani Papæ huius nominis Primi exculta, & ad omnem pietatis normam erudita.

℞. Sancti tui Domine mirabile conſecuti sũt iter, ſeruiẽtes præceptis tuis, vt inueniréntur illæſi in aquis validis: * Terra apparuit arida: & in mari Rubro via ſine impedimento.

℣. Quoniam percuſſit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inũdauerunt. Terra.

Lectio v.

POſt multum verò temporis ſedente Stephano VI. Pontifice omnium virtutum titulis inſignito, & in perquirendis Sanctorum Reliquijs ſtudioſiſſimo, diuina reuelatione ei locus oſtenſus fuit, in quo beatorum martyrum Diodóri, & Sociorum corpora cõ-

debãtur. Quamobrem pia ſedulitate opus aggreditur, effoditur terra, mirifica odoris fragrantia operarios, nec laboribus, nec ieiunijs laxátos recreat, noctuque cæleſtes muſicæ, & Angelorum concentus obaudiuntur, lux mira præfulget, qua ſacro horrore percuſſi, ab ingreſſu Populi reuerentes arcentur. Inuẽtos ſacros Artus ipſe beatus Põtifex, & colligit, & in feretro locat, quod proprijs humeris efferens indictis Litanijs, coactoq; Clero, & multitudine copioſa Populi, plurimis diſcalceatis pedibus proſequentibus, religioſo ordine facum, & lampadárum præeunte, in noſtrum Lateranenſe Patriarchium detulit, & honorifico loco recondidit.

℟. Vérbera carníficũ non timuérunt ſancti Dei, morientes pro Chriſti nomine: * Vt hæredes fierent in domo Domini. ℣. Tradiderunt corpora ſua propter Deum ad ſupplicia. Vt.

Lectio vj.

Nec defuére huic præclaræ Inuentióni diuina prodígia. Nam Franco vir nobilis à Pontifice operi Præfectus, lampadem aqua plenam, paruoq; oleo ſuperimpoſito ardere iuſſit, quæ diebus ſeptem continuò illuxit, nec vllo ventorum turbine valuit extingui, quin etiã, nec minimus, vt aſſolet, in euertenda humo teter odor nares offendit, itaut potius crederentur colligi roſarum, ac liliorum manipuli, quã telluris glebæ tractari.

Adel-

Adelfredus autem, qui non pietatis ergò, ſed turpis lucri gratia, clàm ſacrorum oſſium particulam abſtulerat, diuinam illicò ſenſit vltionem: Nam à duobus venerabilibus viris per viſum acriter increpátus, adſtantibus Tortoribus præacuto enſe ſcindendus traditus, adeò crudeliter tortus ſeptiduo fuit, vt penè ſpiritum exalárit. Sed diuina ignoſcente clementia reſtituto, cum lacrymis ſacro furto priſtinæ redditus ſanitati, quàm ſanctè debeant ſácta tractari, proprio periculo edidicit, vnáque cum cæteris, mirabilia quæ operatur Deus in Sanctis ſuis, agnouit.

℟. Tamquam aurum in fornáce probáuit electos Dominus: & quaſi holocáuſti hoſtiā accépit illos: & in tempore erit reſpectus illorum: * Quoniam donum & pax eſt electis Dei. ℣. Qui confidūt in illum, intelligent veritatē: & fideles in dilectióne acquieſcēt illi. Quoniam. Gloria. Quoniam.

IN III. NOCTVRN.

Lectio S. Euangelij ſecundùm Lucam.

Lectio vij. *Cap. 6.*

IN illo tempore: Deſcendens Ieſus de monte, ſtetit in loco campeſtri, & turba diſcipulorū eius, & multitudo copioſa plebis ab omni Iudæa, & Ieruſalem, & maritima, & Tyri, & Sidónis. Et reliqua.

Homil. S. Ambroſij Ep. Lib. 5. in Luc. cap. 6. poſt init.

ADuérte omnia diligenter quomodo

do & cum Apoſtolis aſcendat,& deſcendat ad turbas. Quomodo enim turba niſi in húmili Chriſtum vidéret? Non ſequitur ad excelſa, non aſcendit ad ſublimia. Denique vbi deſcendit, inuénit infirmos:in excelſis enim infirmi eſſe non poſſunt. Hinc etiam Matthæus docet in inferioribus debiles eſſe ſanatos: Priùs enim vnuſquiſque ſanandus eſt, vt paulátim virtutibus procedentibus, aſcendere poſſit ad mõtem. Et ideò quemque in inferioribus ſanat,hoc eſt, à libidine réuocat, iniuriã cæcitatis auertit. Ad vulnera noſtra deſcendit: vt vſu quodam & copia ſuæ naturæ, comparticipes nos faciat eſſe regni cæleſtis.

℟. Propter teſtamentum Domini, & leges paternas, ſancti Dei perſtitérunt in amore fraternitatis: * Quia vnus fuit ſemper ſpiritus in eis & vna fides. ℣. Ecce quam bonũ, & quam iucũdum habitare fratres in vnũ. Quia.

Lectio viij.

Beati pauperes, quia veſtrum eſt regnum Dei. Quatuor tantùm beatitudines Sanctus Lucas Dominicas poſuit,octo verò Sanctus Matthæus:ſed in illis octo iſtæ quatuor sũt, & in quatuor iſtis illę octo. Hic enim quatuor velut virtutes amplexus eſt cardinales; ille in illis octo myſticum numerum reſerauit. Pro octaua enim multi inſcribuntur Pſalmi; & mandatum accipis octo illis partem dare, fortaſsè benedictionibus. Sicut

enim ſpei noſtræ octaua perfectio eſt, ita octaua ſumma virtutum eſt.

℟. Sancti mei, qui in carne poſiti, certamen habuíſtis: *Mercedem labóris ego reddam vobis. ℣. Veníte benedicti Patris mei percipite regnum. Mercedem. Gloria. Mercedem.

Pro Sanctis Fauſtino, & Iouita Martyr.

Lectio ix.

Fauſtínus, & Iouíta fratres, nobiles Brixiani in multis Italiæ Vrbibus, quò vincti ſæuiente Traiani perſecutione ducebantur, acerbiſſima ſupplicia perpeſſi, fortes in Chriſtianæ fidei confeſſione perſtiterunt. Nàm Brixiæ diù vinculis conſtricti, feris etiã obiecti, in ignemque coniecti, & à beſtijs, & à flamma integri, & incolumes ſeruati ſunt: indè verò ijſdemque catenis colligati Mediolanum venerunt, vbi eorum fides tentata exquiſitiſſimis tormẽtis, tamquam igne aurum in cruciatibus magnis enituit. Poſteà Romã miſſi, ab Euariſto Põtifice confirmati, ibi quoque crudeliſſimè torquentur. Denique perducti Neapolim, in eã etiam vrbe variè cruciati, vinctis manibus pedibuſque, in mare demergũtur: vndè per Angelos mirabiliter erepti ſũt. Quare multos & conſtantia in tormentis, & miraculorum virtute ad Chriſti fidem conuertérunt. Poſtremò reducti Brixiam initio ſuſcepti ab Adriano imperij, ſecúri percuſ-

ſi,

ſi, illuſtrem martyrij coronam acceperunt. Te Deum.

In Laud. pro comm. SS.Fauſtini,&c.MM.

Aña. Iſtorum eſt enim regnum cælorum, qui contempſerunt vitam mundi,& peruenerunt ad præmia regni,& lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

℣. Lætamini in Domino,& exultate iuſti.

℟. Et gloriamini omnes recti corde.

Oratio. Deus, qui nos annua &c. vt ſupra.

In ij. Veſp. à Cap. fit de S.Vincentio Mart.

Ad Magnif.Antiph. Iſte Sanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem,& à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram.

Oratio.

Adeſto Domine ſupplicationibus noſtris, vt qui ex iniquitate noſtra reos nos eſſe cognoſcimus,beati martyris tui Vincētij interceſſione liberemur. Per Dominum noſtrum.

Deindè fit commem. Inuentionis Corporũ SS.Diodori &c.

Antiph. Gaudent in cælis animæ Sanctorũ, qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti,& quia pro eius amore ſanguinem ſuum fuderunt, ideò cum Chriſto exultant ſinè fine.

℣. Exultabunt Sancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis.

Oratio. Deus,qui nos concedis &c. vt ſupra.

DIE XVI.FEBRVAR.

In Feſto S.Vincentij Martyris. Semiduplex.

In j. Noct. Lect. de Script.occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

VIncentius, Oſcæ in Hiſpania citeriore natus, à prima ætate ſtudijs deditus, ſacras literas à Valerio Cæſarauguſtano Epiſcopo didicit: cuius etiam partes ſuſcepit prædicandi Euangelium, quòd Epiſcopus, propter linguæ impedimentum, prædicationis officio fungi non poterat. Ea re ad Daciánum, prouinciæ à Diocletiano, & Maximiano præpoſitũ delata, Vincentius Cęſarauguſtæ cõprehenditur, & vinctus ad Daciánum Valentiam adducitur. Vbi verberibus, & equuleo tortus, multis præsẽtibus, cum nulla aut tormentorum vi, aut acerbitate, vel lenitate verborũ à propoſito deterréri poſſet; in craticula impoſitus, prunis ardentibus ſuppoſitis, ac ferreis vnguibus excarnificatus, candentibuſq; laminis exuſtus, iterum ducitur in carcerem ſtratũ teſtaceis fragmentis, vt eius nudũ corpus, ſomno oppreſsũ, à ſubiectis etiã teſtarum aculeis torqueretur.

℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à seductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem ęternam. ℣. Deſcẽditque cum illo in foueam: & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Lectio v.

VErum, illo in tenebricoſa incluſo cuſtodia, clariſſimus ſplendor obortus totum carcerem illuſtrauit: quæ lux cum

ſumma admiratione omnes, qui aderant, af-feciſſet; res à cuſtode carceris ad Daciánum defertur, qui eductum in molli culcitra collocat: & quem cruciatibus in ſuam ſententiam trahere non poterat, delicijs perducere conatur. Sed inuictus Vincentij animus Ieſu Chriſti fide, ſpeque munîtus vicit omnia: & ignis, ferri, tortorum immanitate ſuperata, victor ad cæleſtem martyrij coronã aduolauit, vndecimo Kalendas Februarij. Cuius corpus, cùm proiectum eſſet inhumatum; coruus, & à volucribus, & à lupo vnguibus, roſtro, alis mirabiliter defendit. Qua re cognita, Dacianus illud in altum mare demergi iubet: ſed indè etiam diuinitùs eiectum ad littus, Chriſtiani ſepeliunt.

℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: * Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Et voluntate labiorum.

De expoſitione S. Ambroſij Epiſcopi in Pſalmum cẽteſimum decimum octauum.

Serm. 21. Lectio vj.

Principes perſecuti ſunt me gratis, & à verbis tuis trepidauit cor meum. Bene hoc Martyr dicit, quòd iniuſtè perſecutionum tormẽta ſuſtineat: qui nihil rapuerit, nullum violentus oppreſſerit, nullius ſanguinem fuderit, nullius torum pu-

putauerit eſſe violandum: qui nihil legibus debeat,& grauiora latronum ſuſtinere cogatur ſupplicia : qui loquatur iuſtè, & non audiatur : qui loquatur plena ſalutis, & impugnetur : vt poſſit dicere ; Cum loquebar illis,impugnabant me gratis. Gratis igitur perſecutionem patitur, qui impugnatur ſinè crimine : impugnatur vt noxius, cum ſit in tali confeſſione laudabilis : impugnatur quaſi veneficus,qui in nomine Domini gloriatur, cum pietas virtutum omnium fundamentum ſit.

℟. Stola iucunditatis induit eum Dominus:* Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius. ℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et. Gloria Patri. Et coronam.

In iij. Noct. Homilia ſuper Euangel. Si quis vult poſt me venire, de comm. vnius mart.

In ij. Veſp. à Cap. fit de S. Martina Virg. & Mart. vt in Breuiario die 30. Ianuarij.

Deindè fit commem. S. Vincentij.

Antiph. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam,& ſequátur me.

℣. Iuſtus vt palma florebit. ℟. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio. Adeſto Domine &c. vt ſupra.

DIE XVII. FEBR.

In Feſto S. Martinæ V. & M. Semidupl.

Omnia vt in Breuiar. die 30. ianuarij.

In ij. Veſp. fit comm. S. Simeonis Epiſcopi, & Martyris.

Ad Magnif. Antiph. Iſte Sanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram.

℣. Gloria, & honore coronaſti eũ Domine.
℟. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Oratio.

INfirmitatem noſtrã reſpice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat, beati Simeonis martyris tui, atq; Pôtificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per.

DIE XXV. vel XXVI. Februarij.

Anno Biſſextili.

In Feſto S. Felicis III. Pap. & Conf. Dup.

Veſp. de S. Matthia Apoſt.

Deinde fit commem. S. Felicis.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex Paſtor bone in populo ora pro nobis Dñm.

℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum.
℟. Stolam gloriæ induit eum. Oratio.

DA quæſumus omnipotens Deus, vt beati Felicis Confeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolẽnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominum.

In j. Noct. Lect. de Script. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

FElix Tertius patria Romanus, natus ex nobiliſſima domo Anicia, & Diui Gregorij Magni Atauus, poſt Simplicium Papam ad Sũmi Pontificatus api-

cem eſt euectus. Hic mira animi conſtantia tametſi Roma ſub Erulis Arrianis propemodum captiua videretur, alijque Patriarchę conciliationem Zenonis Imperatoris approbaſſent, ſolus illi nō cōmunicauit. Eiuſdem de fide edictum promulgātis, audaciā fortiter repreſſit. Petrum Fullonē Patriarchatu Antiocheno deiecit. Acaciū Conſtantinopolitanū Epiſcopum Romam venire coégit, vt contrà eum obiectis, in Apoſtolicæ Sedis iudicio reſponderet, ac in eumdem ſentētia excōmunicationis animaduertit.

℟. Inuéni Dauid ſeruū meum, oleo sācto meo vnxi eū:* Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

Conſtituit, vt Eccleſiæ nonniſi ab Epiſcopis conſecrarētur; ſemel baptizatos, iterū rebaptizari ſub grauibus pœnis prohibuit. Baſilicam Sancti Agapiti conſtruxit. Anno eius Pontificatus tertio, Sanctus Barnabas Apoſtolus, cum Sancti Matthæi Euangelio, in Cypro Anthemio Epiſcopo Salamínæ apparuit; ſicque præuia trina reuelatione corpus Sancti Barnabę cum Euangelio ſupradicto eſt inuētum. Duas fecit Ordinationes menſe Decembri, quibus creauit Romę Presbyteros viginti nouem, Diaconos quinque, Epiſcopos per diuerſa loca triginta. Quinto Kalē-

das Martij, è terris excedēs ad ſuperos euolauit.

℟. Poſui adiutorium ſuper potentē, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣ Inuéni Dauid ſeruū meum, oleo sācto meo vnxi eum. Manus.

Serm. S.Gregorij Pap. Ex homil.38.in Euāg.

Lectio vj.

QVía nonnūquam mentes audientium plus exempla fidelium, quam docentium verba conuertūt, volo vobis aliquid de proximo dicere, quod corda veſtra tāto formidoloſius audiant, quanto eis hoc de propinquo ſonat. Neque enim res lōgè antè geſtas dicimus, ſed eas, de quibus teſtes exiſtunt, eiſque interfuiſſe ſe referunt, memoramus. Tres Pater meus Sorores habuit, quæ cunctæ tres Sacræ Virgines fuerunt; quarum vna Tarſilla, alia Gordiána, alia Emiliána dicebatur: Quadam verò nocte huic Tarſillæ (quæ inter Sorores ſuas virtute continuę orationis, afflictionis ſtudio, abſtinentiæ ſingularis, grauitate vitæ venerabilis, in honore, & culmine ſanctitatis excreuerat) ſicut ipſa narrauit, per viſionē Atauus meus Felix huius Romanæ Eccleſiæ Antiſtes apparuit, eique manſionem perpetuæ claritatis oſtendit, dicēs: Veni, qui in hac te lucis māſione ſuſpicio. Quæ ſubſequenti mox febre correpta ad diem peruénit extremum, & ſicut nobilibus fæminis, viriſque morientibus

multi conueniunt, qui eorum proximos conſolentur, eádem hora eius exitus multi viri, ac fœminæ eius lectulum circumſtetérunt, inter quas mater mea quoque adfuit; cum rurſum illa reſpiciens Ieſum venientem vidit,& cum magna animaduerſione cępit circumſtātibus clamare, dicens, recedite, recedite,Ieſus venit. Cumque in eum intēderet, quem videbat, ſancta illa anima à carne ſoluta eſt, tantáquè ſubitò fragrantia miri odoris aſperſa eſt, vt ipſa quoque ſuauitas cunctis oſtenderet, illuc auctorem ſuauitatis veniſſe.

℟. Iſte eſt qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt,& omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum.

℣. Iſte eſt qui contempſit vitam mundi, & peruénit ad cæleſtia regna. Ipſe. Gloria Patri. Ipſe.

In iij. Noct. Homilia ſuper Euangel. Homo peregrè. vt in commu. Conf. Pont.

In ij. Veſp. ad Magnif. Antiph. Dum eſſet ſūmus Pontifex, terrena non metuit,ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit.

Oratio. Da quæſumus &c. vt ſupra.

FESTA MARTII.

Die ij.

In Feſto S. Simplicij Papæ,& Confeſſ. Duplex.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos,& Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo ora pro nobis Dñm.

Oratio.

DA quęſumus omnipotens Deus, vt beati Simplicij confeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolemnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominũ.

In j. Noct. Lect. de Script. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

SImplicius Tyburtinus Patre Caſtório proximè poſt Sanctum Hilarium Romanę Eccleſiæ Principatum ſuſcepit, ac difficillimis temporibus (cum magna ex parte Chriſtiani Orbis, Catholica Fides ob cunctos ferè Principes hæreſi infectos, nutaret) ſumma vigilantia gubernauit. Leoni Imperatori petenti, vt rata haberentur cõceſſa ab Epiſcopis Synodi Calcedonenſis, Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ priuilegia, vehementiùs reſtitit, miſſo etiam eã ob cauſam Conſtantinopolim ſuo Legato. Eádem paſtorali ſolicitudine plurimùm laborauit, vt Timotheus Elúrus, Alexandrinæ Eccleſiæ inuáſor, qui Conſtantinopoli liberè degẽs, adnitebatur quam maximè propagare hæreſim, nouumque Zenónis Imperatoris opera cogi concilium, pelleretur in exilium, ſicque integritati ſuæ Alexandrina redderetur Eccleſia. Reliquorum item perduellium pro noua Synodo indicenda conatibus, fortiter obſtitit, aſſerens noua Concilia non facilè conuocãda, niſi cum aliquid in prauis ſenſibus nouum, aut in aſſertione

dogmatum emerſiſſet ambiguum.

℟. Inuéni Dauid ſeruū meum, oleo sācto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

Damnauit iterum Petrum Moggū alterum Alexandrinæ Sedis inuaſorem, curauitque, vt ex Vrbe pelleretur, nè aliquos modicæ fidei inficeret, & ad peruerſitatis ſuæ factionē pertraheret. Timotheo Solofaciolo legitimo eiuſdem Eccleſiæ Antiſtiti, iuxtà priſtinum inſtitutū per ſuos Legatos erroris ſui condonationē expetēti, idcircò quod timore perterritus Dioſcorum ad Altare nominaſſet, veniā impertijt. Antiocheni Epiſcopi electionē ad ſeditiones vitandas Cōſtantinopoli in Concilij Nicæni præiudiciū peractam, ea lege ratā habuit, vt deinceps ſecundum Patrum diffinitiones, Orientali Cōprouincialium Epiſcoporum Synodo, creatio Antiocheni Pōtificis reſeruaretur. Oblationes Eccleſię ita partiendas eſſe præcepit, vt vna dumtaxàt portio Epiſcopo, vna itidem Clero, duæ verò in Eccleſiæ fabricam, & peregrinos, ac pauperes erogarentur. Zenónem Epiſcopum Hiſpalenſem, Vicaria Sedis Apoſtolicæ auctoritate fulciuit, ne Apoſtolicę inſtitutionis decreta, & Sanctorum terminos Patrum, in Hiſpanijs tranſcendi permitteret.

℟. Po-

℟. Poſui adiutorium ſuper potētem, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.
℣. Inuéni Dauid ſeruū meum, oleo ſācto meo vnxi eum. Manus.

Lectio vj.

Statuit in Vrbe Hebdomadas, vt propter baptiſmum, & pœnitentiam petentes, Presbyteri quidē de Regione prima apud Sanctum Paulū, de tertia apud Sanctū Laurentium, & de ſeptima apud Sanctum Petrum manerent. Dedicauit Baſilicas S. Stephani in Cælio Monte, Sancti Andreæ Apoſtoli iuxtà Sanctam Mariam, item aliam S. Stephani, iuxtà Sanctum Laurentium, ac poſtremò Sanctæ Bibianæ martyris aliam, intrà Vrbem iuxtà Palatium Licinianum; itemque vaſa complura tùm argentea, tùm aurea Romanæ contulit Eccleſiæ. Demùm Zenone Imperatore, & Odoácre Italiæ Rege, migrauit ad Dominū. Habuit Ordinationes tres menſe Decembri, quibus creauit Preſbyteros quinquaginta octo, Diaconos vndecim, Epiſcopos per diuerſa loca triginta ſex. Sacerdotium adminiſtrauit annos quindecim, menſes quinque, & dies decem.

℟. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum.
℣. Iſte eſt qui contempſit vitā mundi, & peruénit ad cæleſtia regna. Ipſe. Gloria. Ipſe.

In

In iij. Noct. Homilia ſuper Euangel. Homo peregrè, vt in comm. Conf. Pont.

In ij. Veſp. ad Magnif. Antiph. Dum eſſet ſũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit.

Oratio. D a quæſumus &c. vt ſupra.

DIE IV. MARTII.

In Feſto S. Lucij Papæ, & Mart. Duplex.

Ad Magnif. Antiph.

Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram.

Oratio.

DEvs, qui nos beati Lucij martyris tui, atque Pontificis annua ſolemnitate lætificas: concede propitius, vt cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione gaudeamus. Per.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

LVcius Romanus Patre Porphyrio poſt Sancti Cornelij conſumationem, Romanæ Eccleſię Epiſcopatum tenuit. Sanxit, vt duo Presbyteri, ac tres Diaconi Eccleſiaſtici cauſa teſtimonij quouis loco Epiſcopũ non defererent. Pacem lapſis dandam, & pœnitentia acta communicationis fructum negandum non eſſe, ſpiritu Dei plenus (vt S. Cyprianus ſcripſit) literis ſuis ſignificat. Ob Chriſti fidem exilio relegatus, & poſtmodum ad Eccleſiam ſuam incolumis redire permiſſus, tãdem omni Eccleſiæ facultate

Archidiacono ſuo Stephano prius tradita, capite truncatus eſt quarto Nonas Martij, Gallo, & Voluſiano Principibus. Duas habuit Ordinationes mẽſe Decembri, quibus Presbyteros quatuor, Epiſcopos per diuerſa loca ſeptem creauit. Eius corpus primo via Appia ad Sãctum Sixtum, in Cœmeterio Calixti ſepultum, indè à Paſchali Papa in Sanctæ Ceciliæ Titulum vnà cum eiuſdem Virginis, & Sociorũ Corporibus trãslatum, ibi ſub ſancto Altari collocatum fuit.

℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem æternam. ℣. Deſcẽditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

De Epiſtolà S. Cypriani Epiſcopi, & Martyris, & Collegarum eius ad S. Lucium Papam, & Martyrem.

Lectio v.

NVper quidem tibi frater chariſſime gratulati ſumus, cum te honore geminato in Eccleſiæ ſuæ adminiſtratione, confeſſorem pariter, & Sacerdotem cõſtituit diuina dignatio: Sed & nunc non minus tibi, & comitibus tuis, atq; vniuerſæ fraternitati gratulamur, quod cũ eadem gloria, & laudibus veſtris, reduces vos denuò ad ſuos fecerit, benigna Domini, & larga protectio; Vt paſcẽdo gregi Paſtor, & gubernandæ naui Gubernator, & plebi regendæ Rector red-

deretur: Et appareret relegationem veſtram, ſic diuinitùs eſſe diſpoſitam, non vt Epiſcopus relegatus, & pulſus, Eccleſiæ deeſſet, ſed vt ad Eccleſiã maior rediret; neque enim in tribus pueris minor fuit martyrij dignitas, quia morte fruſtrata, de camino ignis incolumes exiérunt; aut nõ conſũmatus Daniel extitit in ſuis laudibus, quia qui leonibus miſſus fuerat ad prædam, protectus à Domino, vixit ad gloriam. In Confeſſoribus Chriſti dilàta martyria, non merita confeſſionis minuunt, ſed magnália diuinæ protectionis oſtendũt.

℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: * Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Et voluntate.

Lectio vj.

Repręſentatum videmus in vobis, quod apud Regem, fortes atque illuſtres pueri prædicauerunt, ipſos quidem paratos eſſe ardére flammis, ne Dijs eius ſeruirent, aut imaginem quam fecerat, adorarent; Deum tamen, quem colebant, quemque & nos colimus potentem eſſe, vt eos de camino ignis eximeret, & de Regis manibus, ac de pœnis præſentibus liberaret; quod inuenímus in cõfeſſionis veſtræ fide, & in Domini circà vos protectione nunc geſtum: vt cum vos parati fueritis, & prõpti

om-

omne ſubíre ſuppliciũ, Dominus tamen vos pœnæ ſubtraheret, & Eccleſiæ reſeruaret. Regrediétibus vobis, breuiata non eſt in Epiſcopo confeſſionis ſuæ dignitas, ſed magis creuit Sacerdotális auctoritas, vt Altari Dei aſſiſtat Antiſtes, qui ad confeſſionis arma ſumenda, & facienda martyria, non verbis plebem, ſed factis cohortétur, & imminente Antichriſto, paret ad prælium milites, non ſolùm ſermonis, & vocis incitamẽto, ſed fidei, & virtutis exemplo.

℟. Stola iucunditatis induit eum Dominus:* Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius.

℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus: & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et coronam. Gloria Patri. Et coronam.

In iij. Noct. Homilia ſuper Euangel. Si quis vult venire poſt me. vt in communi vnius martyr.

In ij. Veſp. ad Magnif. Antiph. Quí vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuã, & ſequatur me.

Oratio. Deus, qui nos beati Lucij &c. vt ſup.

Deindè fit commem. S. Caſimiri Conf.

Antiph. Símilabo eum viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram.

℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum.

℟. Stolam gloriæ induit eum. Oratio.

DEvs, qui inter regales delicias, & mundi illecebras, ſan-

ctum Caſimirũ virtute conſtantiæ roboraſti: quæſumus, vt eius interceſſione fideles tui terrena deſpiciant, & ad cæleſtia sẽper aſpirent. Per Dominum.

DIE V. MARTII.

In Feſto S. Caſimiri Conf. Semidupl.

Omnia vt in Breuiario die 4. currentis.

DIE XII. MARTII.

In Feſto S. Gregorij Papæ, & Confeſſoris, & Eccleſiæ Doctoris. Duplex.

Omnia vt in Breuiario.

FINIS PARTIS HYEMALIS.



PROPRIVM SANCTORVM AD VSVM CLERI ROMANI LATERANENSIS.

Pars Verna.



COMMEMORATIO SALVATORIS, ET VTRIVSQVE IOANNIS;

Sacroſanctæ Archibaſilicæ Titularium.

Antiphona ad Veſp. & Laudes.

SALVATOR mundi ſalua nos omnes, huius Aulæ ſeruulos, & Præcurſoris inclyti, Diſcipulique dilecti deuota memoria, vota noſtra perducat in patriam.

AD VESPERAS.

℣. Mirabilis Deus. ℟. In Sanctis ſuis.

AD LAVDES.

℣. Saluos fac ſeruos tuos. ℟. Deus meus ſperantes in te.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui hanc Sacratiſſimam Conſtantinianam Baſilicam in tuo, & vtriuſque Ioannis nomine dedicatam, cunctarum Vrbis, & Orbis Eccleſiarum decoraſti primatu: concede nobis famulis tuis, vt amborum meritis, & precibus, à noſtris reatibus expiati, ad te Saluatorem noſtrum peruenire valeamus. Qui viuis &c.

SAcroſancta Lateranenſis Eccleſia, ſicut SALVATORIS eſt inſignita vocabulo, qui nimirum omnium eſt CAPVT Electorum; ita MATER & quidam apex, & vertex eſt OMNIVM per Orbem ECCLESIARVM Petr. Dam. lib. 2. par. 1. ad Card.

FESTA FEBRVARII.

Die ix.

IN FESTO S. ANTHERI PAPÆ, ET MARTYRIS.

DVPLEX.

Veſp. de S.Ioanne de Matha conf.non Pont. à Cap.de S.Anthéro.

Ad Magnif.Antiph.

Iſte Sanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem,& à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram.

Oratio.

INfirmitatem noſtrã reſpice omnipotens Deus, & quia pondus propriæ actionis grauat; beati Anthéri martyris tui, atque Pontificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per.

Deinde fit commem. S.Ioannis de Matha.

Antiph. Hic vir deſpiciens mundum, & terrena triumphans, diuitias cælo condidit ore manu.

℣. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et oſtendit illi regnum Dei.

Oratio.

DEvs, qui per Sanctum Ioannem de Matha, Ordinẽ Sanctiſſimæ Trinitatis ad redimendum de poteſtate Saracenorũ Captiuos cælitus inſtituere dignatus es: præſta quæſumus, vt eius ſuffragantibus meritis, à captiuitate corporis,

& animæ te adiuuante liberemur. Per Dñm.

Poſteà fit commem. feriæ.

Poſtremò fit comm. S. Apolloniæ V. & M.

Antiph. Veni Sponſa Chriſti, accipe coronã, quã tibi Dominus pręparauit in æternum.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua.

℟. Intende, proſperè, procede, & regna.

Oratio.

DEus, qui inter cętera potentiæ tuę miracula etiam in ſexu fragili victoriam martyrij cõtuliſti: cõcede propitius, vt qui beatæ Apolloniæ virginis, & martyris tuæ natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum noſtrum.

In j. Noct. Lect. A Mileto &c. vt in communi vnius Mart.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

ANthérus natione Græcus Patre Romulo, poſt Sanctum Pontiánum, Romæ ordinatus eſt Epiſcopus. Is geſta Martyrum diligenter à Notarijs cõquiſiuit, ac in Eccleſia recondidit. Propter eã causã à Maximo Præfecto, martyrio coronatus eſt tertio Nonas Ianuarij, ſepultuſque in Cæmeterio Calixti via Appia, Maximino Principe. Vnica Ordinatione mẽſe Decembri ordinauit Epiſcopum Fundanæ Ciuitatis in Campania. Sedit in Põtificatu menſem vnum, dies duodecim.

℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: *Et dedit illi claritatem æternam.

nam. ℣. Deſcenditque cum illo in foueam: & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Sermo Sãcti Auguſtini Epiſcopi.

De verb. Dom. 50.

Lectio v.

PAſtor bonus Chriſtus. Quid Petrus? Nonne bonus paſtor? Nonne & ipſe animam ſuam pro ouibus poſuit? Quid Paulus? Quid cæteri Apoſtoli? Quid eorum tempora cõſequẽtes beati Epiſcopi martyres? Quid etiam iſte Sanctus Anthérus? Nonne omnes paſtores boni, nõ mercenarij, de quibus dicitur; Amen dico vobis, perceperunt mercedem ſuam? Omnes ergo illi paſtores boni, non ſolùm quia ſanguinem fuderunt, ſed quia pro ouibus fuderunt. Non enim fuderunt elatione, ſed charitate.

℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: * Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Et voluntate.

Lectio vj.

NAm & apud Hæreticos, qui propter iniquitates, & errores ſuos aliquid moleſtiarum perpeſſi fuerunt, nomine martyrij ſe iactant: vt hoc pallio dealbati faciliùs furentur, quia lupi sũt. Si autem vultis ſcire, in quo numero habendi ſunt, paſtorem bonum Paulum Apoſtolum audite: Quoniam non omnes, qui corpora ſua in paſſione etiã

ignibus tradunt, æſtimãdi ſunt ſanguinem fudiſſe pro ouibus, ſed potiùs contra oues. Si diſtribúero, inquit, omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meum, vt ardeam: Iam ipſi ſunt. Sed vide quid ſequitur: Charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt. Ecce venítur ad paſſionem, ecce venítur & ad ſãguinis effuſionem, venítur & ad corporum incenſionẽ: & tamen nihil prodeſt, quia charitas deeſt. Adde charitatem proſunt omnia: detrahe charitatem, nihil proſunt cætera.

℞. Stola iucunditatis induit eum Dominus:* E t coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius.

℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus: & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. E t coronam. Gloria Patri. Et coronam.

In iij. Noct. Homilia ſuper Euangel. Si quis venit ad me. 9. lect. de Homil. fer. occurr. de qua fit commem. in Laudibus.

Deindè pro cõmem. S. Apolloniæ V. & M. Antiph. Simile eſt regnum cælorum homini negociatori, quærenti bonas margaritas: inuenta vna pretioſa dedit omnia ſua, & comparauit eam.

℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.

℞. Propterea benedixit te Deus in æternũ.

Oratio. Deus, qui inter cætera potẽtiæ &c. vt ſupra.

In ij. Veſp. à Cap. de S. Teleſphoro Papa & mart.

Ad Magnif. Antiph.
Iſte Sanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram.

Oratio.

DEvs, qui nos beati Teleſphori martyris tui, atque Pontificis annua ſolemnitate lætificas: concede propitius, vt cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

Deindè fit commem. S. Anthéri.
Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequátur me. ℣. Iuſtus vt palma florebit. ℞. Sicut cedrus Libani multiplicabitur. Oratio.

INfirmitatem noſtrā reſpice omnipotens Deus, & quia pondus propriæ actionis grauat beati Anthéri martyris tui, atque Pontificis interceſſioglorioſa nos protegat. Per.

Poſteà fit comm. fer.

DIE X. FEBRVARII.

In Feſto S. Teleſphori Papæ, & mart. Dupl.

In j. Noct. Lect. A Mileto &c. vt in communi vnius Mart.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

TEleſphorus, natione Græcus, Patria Thurienſis in magna Græcia, ex Preſbytero Romanæ Eccleſiæ (cuius dignum miniſtrum egerat) Pōtifex Maximus creatus eſt. Hoc ſupremum munus ita obijt, vt eximius Petri ſucceſſor lectus eſſe videretur; In eius cathedra ſedit ſub Imperatore Anto-

nino Pio, feruente perſecutionis æſtu. Qui tamen non obſtitit, ne ſedulam operam regẽdæ Chriſti Eccleſiæ ſolicitus nauárit.

℞. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem ęternam. ℣. Deſcẽditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Lectio v.

HInc nouis decretis multa illum egregiè ſanciuiſſe legimus, quæ ad fidelium mores, Eccleſiaſticorũ libertatem, & ſacros ritus attinent; ſcilicet Quadrageſimale ieiuniũ iam olim ab Apoſtolis traditum, nouo edicto reſtauraſſe, ac mandaſſe, vt in Natali Domini ſanctum Miſſæ ſacrificium ter celebraretur, media nocte, illuceſcente Aurora, hora demùm tertia poſt ſolis ortum; Et conſtituiſſe, vt ſacræ Liturgíæ hymnus Angelicus, Gloria in excelſis Deo, adderetur.

℞. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: * Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Et voluntate.

Lectio vj.

EDixiſſe quoque, ne Sacerdotes à populo arguerentur, vt ſublimis ordinis dignitati conſuleret. Ordinatione quadruplici, mẽſe Decẽbri, creauit Presbyteros duodecim, Diaconos octo,

Epiſcopos tredecim per diuerſa loca. Cùm autem in propaganda fide ardentiſſimus eſſet, ac proindè Idolórum Sacerdotibus inuiſus, captus tandem, capitis abſciſſione, martyrium cōſummauit Nonis Ianuarij. Eius corpus in Vaticano ſepultum eſt.

℟. Stola iucunditatis induit eum Dominus:* Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius.

℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus: & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et coronam. Gloria. Et.

In iij. Nocturno Homilia ſuper Euangel. Si quis vult poſt me venire, de communi vnius mart. 9. Lect. de Homil. fer. occurr. de qua fit comm. in Laud.

In ij. Veſp. à Cap. fit de S. Agathóne Papa, & Confeſs.

In Hymno mutatur Verſus.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutū opifex, Paſtor bone in populo ora pro nobis Dñm.

Oratio.

Da quęſumus omnipotēs Deus, vt beati Agathónis confeſſoris tui, atq; Pontificis veneranda ſolemnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominum.

Deindè fit commem. S. Teleſphori.

Antiph. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

℣. Iuſtus vt palma florebit.

℟. Sicut cedrus Libanī multiplicabitur.

Oratio. Deus, qui nos beati &c. vt ſupra.

Poſteà fit comm. fer.

DIE XI. FEBRVAR.

In Feſto S. Agathónis Papæ, & Conf. Dupl.

In j. Noct. Lect. Fidélis ſermo &c. de communi Conf. Pont.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Agatho, natione Siculus ex doctiſſimo, ac ſanctiſſimo Monacho, Romanus Pontifex creatus eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptuageſimo octauo. Vir ſumma humanitate, eximio animi candore, ſingulari morum ſuauitate, & comitate præditus, cunctorū amans, cunctis amabiliſſimus. Ita demùm à natura, & gratia comparatus, vt ad ſupremā illam dignitatem gerendam, natus, ſeù factus eſſe videretur.

℟. Inuéni Dauid ſeruū meum, oleo sācto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

Acceptis à Cōſtantino Pogonáto literis ad Donum prædeceſſorē ſcriptis, pro conuocando Concilio Oecumenico, ad diuturnum ſchiſma tollēdū, quo laborabat Eccleſia, & definiendas fidei cōtrouerſias, quę toto ferè Oriente maximas tempeſtates, atque ruinas excitárant, Prouinciales Synodos in Occidēte haberi curauit, in quibus Monothelitárum cauſa diſcuteretur, & damnarentur errores.

℟. Po-

℟. Poſui adiutorium ſuper potētem,& exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.
℣. Inuéni Dauid ſeruū meum,oleo ſācto meo vnxi eum. Manus.

Lectio vj.

His præmiſſis, Legatos ſuos,& Cōcilij Romani,miſit Cōſtantinopolim cum binis literis ad Imperatorem, in quibus prædicta hæreſi doctè, fuſè, ac ſolidè refutata, damnatiſq; primarijs illius ſectatoribus,Sergio ſcilicet,Cyro,Paulo, Pyrrho, Petro, & alijs,Anteceſſores ſuos ab omni erroris labe immunes hucuſque fuiſſe,expreſſis verbis, declarauit.Agathónis igitur auctoritate,ſexta Synodus vniuerſalis congregata eſt, in qua ijdem errores, ijdemque errātes damnati fuerunt. Demùm cū tres annos, & quinque circiter menſes ſediſſet,piè obijt in Domino, & in Baſilica Principis Apoſtolorū ſepulturę mādatus eſt.
℟. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt,& omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum.
℣. Iſte eſt,qui contempſit vitā mūdi, & peruénit ad cæleſtia regna. Ipſe. Gloria Patri, Ipſe.

In iij. Noct. Homilia ſuper Euangel. Homo peregrè. de communi Conf.Pont. 9.Lect. de Homilia feriæ occurr. de qua fit commem. in Laudibus.

In ij. Veſp. à Cap. fit de S. Hygíno Papa, & Martyr.

Ad Magnif. Antiph. Iſte Sanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram.

Oratio.

INfirmitatem noſtrã reſpice omnipotens Deus, & quia pondus propriæ actionis grauat, beati Hygíni martyris tui, atq; Pontificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per.

Deindè fit commem. S. Agathónis.

Antiph. Dum eſſet ſũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus inigrauit.

℣. Iuſtũ deduxit Dóminus per vias rectas.

℞. Et oſtendit illi regnum Dei.

Oratio. Da quæſumus &c. vt ſupra.

Poſteà fit comm. fer.

DIE XII. FEBRVAR.

In Feſto S. Hygíni Pap. & mart.

Duplex.

In primo Nocturno Lectiones. A Mileto. de comm. vnius Mart.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

HYgínus Athenieñſis, Philoſopho Patre, cum iam Romanæ Eccleſiæ Presbyter eſſet, Cleri ſuffragijs, Teleſphoro ſuffectus eſt. Sedit in ſancta Petri Sede, Imperatore Antonino Pio Auguſto, annos tres, Menſes vndecim, dies viginti octo. Vbi primum Põtifex renunciatus eſt, Clericorum Ordines in ſuos gradus diſtinxit, ac fecit, vt in ijs Eccleſijs, quas titulos vocant, tum primarij Miniſtri, tum alij eiſdem ſubiecti adeſſent, qui fidelibus, cum res

poſtularet, ſacra miniſtrarent.

℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: *Et dedit illi claritatem æternam. ℣. Deſcēditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Lectio v.

INſtituit etiam, ne abſque celebratione Miſſæ, Templa, vel Oratoria ſacro ritu conſecrarentur; ne inconſulto Epiſcopo, vel noua conſtruerentur, vel iam conſtructa deſtruerentur, & ne materies ad ſacrum illum vſum congeſta, & deſtinata, in prophanos vſus cōuerterētur: Edixit præterea, vt Patrini Baptiſmo adeſſent, qui de ſacro fonte infantes leuarent; Ne quis Epiſcopus reus criminis damnaretur, niſi à Comprouincialibus Epiſcopis eius cauſa probè diſcuſſa fuiſſet. Cūcta hæc eius titulo, ac nomine ſancita extant. Tres ordinationes habuit menſe Decembri, in quibus creauit Epiſcopos ſex, Presbyteros quindecim, Diaconos quinque.

℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: *Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Et voluntate.

Lectio vj.

CVm autem paulò antè, Iuſtinus clariſſimus Philoſophus, & Chriſti martyr ſcrip-

ſiſſet Apologiam pro Religione Chriſtiana ad Imperatorem Antoninum Pium Auguſtum, obtinuit, vt perſecutio deſęuíret. Hinc à Chriſtianorum cæde, non quidem omninò, plurimùm tamen, publico Principis edicto temperatum eſt. Sanctiſſimo tamen Paſtore, cuius cura, Dominico Gregi conſultum fuerat, parcitum non fuit, nempe hic glorioſo martyrio, ne Anteceſſoribus diſſimilis eſſet, innocentiſſimam vitam terminauit, die vndecima Ianuarij, & ſepultus eſt in Vaticano.

℟. Stola iucunditatis induit eum Dominus:* Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius.

℣. Cibauit illum Dominus panę vitæ, & intellectus: & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et coronam. Gloria. Et.

In iij. Noct. Homilia ſuper Euangel. Si quis venit ad me. de communi vnius martyris. 9. Lect. de Homil. feriæ occurr. de qua fit commem. in Laud.

In ij. Veſp. à Cap. fit de S. Gregorio II. Papa, & Confeſs.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, Paſtor bone in populo, ora pro nobis Dñm.

Oratio.

DA quęſumus omnipotens Deus, vt beati Gregorij confeſſoris tui, atque Pontificis venerãda ſolemnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominum.

Deindè fit commem. S. Hygini.

Antiph. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam,& ſequatur me.

℣. Iuſtus vt palma florebit.

℟. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio. Infirmitatem noſtram &c. vt ſupra.

Poſteà fit commem. feriæ.

DIE XIII. FEBR.

In Feſto S. Gregorij II. Papæ, & Conf. Duplex.

In j. Noct. Lect. Fidelis ſermo &c. de communi Conf. Pont.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

GRegorius, huius nominis ſecũdus natione Romanus, Patre Marcello, Anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo quarto, mirabili totius Cleri, & Populi concordia ad ſupremum Eccleſię Catholicæ Pontificatum euectus eſt. Hic à pueritia Diuino cultui addictus in noſtro Lateranenſi Patriarchio ſub beati Sergij oculis, & diſciplina vixerat, Subdiaconi primùm, tum Sacellárij munere functus. Mox Bibliothecæ cura illi credita, ad Diaconatus tandem Ordinem promotus, in Regiam Vrbem, vnà cum Sanctiſſimo Papa Conſtãtino profectus eſt. Ibi ab Imperatore de nõnullis capitibus interrogatus, cùm ſacrarũ literarum peritiſſimus eſſet, & conſtãtiſſimus rerum Eccleſiaſticarũ defenſor, optima & catholica reſpõſione, Principi ſatisfecit.

℟. Inuéni Dauid ſeruũ meum, oleo sãcto meo vnxi eum: * Manus

enim

enim mea auxiliabitur ei. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

VRbis mœnia cōtra Longobardorum excurſiones, aliqua ex parte reparauit. Aliquot Baſilicas, temporum iniuria collapſas reſtituit. Vrbana Monaſteria ferè deſerta, & Monachos in priſtinam formam, & diſciplinam redégit. Imò poſt mortem Honeſtæ Matris, paternā domum in Eccleſiam, & Monaſterium commutauit, quod multis prædijs inſtructum reliquit. Corbiniánum, & Bonifaciū viros Apoſtolicos ſpiritu plenos, in Germaniam miſit, ad prædicandum Gētilibus Chriſti Euāgelium, eoſq; ſacris Epiſcopatus Infulis decorauit, poſtquàm innumeram Paganorum multitudinem, ab ijs ad Chriſti fidem conuerſam fuiſſe, accepiſſet. Vt omnes optimi Paſtoris partes impleret, optimis legibus Eccleſiaſticam diſciplinam, & Chriſtianorum mores inſtruxit. Geminam Synodum Romæ habuit, alteram aduerſus illicita coniugia, alteram aduerſus Iconocláſtas.

℟. Poſui adiutorium ſuper potentē, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Inuéni Dauid ſeruū meum, oleo sācto meo vnxi eum. Manus.

Lectio vj.

LEonem Iſaurum ſacrarum Imaginum deſtructorem, varijs epiſtolis ab illa

hæreſi remouere, omnique illum officiorũ genere ſibi demereri ſtuduit;cùm tamen hic ad ſceleris cumulum, optimum Pontificem neci tradere, ferro ſexies, ſemel auro, & muneribus corrumpere, quamuis fruſtrà, tentaſſet: Luitprando, cum Exarco ad excidium Vrbis properanti, Sanctiſſimus Pontifex, Dei fretus præſidio, ad prata Neronis occurrit, & pijs monitis Regis animum ita molliuit, vt non iam hoſtis ſed pius adorator, enſem & coronam Principi Apoſtolorum obtulerit. Cùm autem Imperator deſtructionẽ machinaretur, eundem diro anathémate perculit, & inito cum Francis fœdere, ab impio molimine deterruit. Rebus demùm præclarè geſtis, quibus maximis quibuſque prædeceſſorum ſuorũ æquiparatur, piè obijt in Domino, ſexto Pontificatus anno, & in Baſilica Vaticana cõditus eſt.

℞. Iſte eſt qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum. ℣. Iſte eſt, qui contempſit vitam mundi, & peruénit ad cæleſtia regna. Ipſe. Gloria Patri. Ipſe.

In iij. Noct. Homilia ſuper Euangel. Homo peregrè. de communi Conf. Pont. 9. Lect. de Homil. fer. occurr. de qua fit comm. in Laud.

In ij. Veſp. à Cap. de S. Ioãne Chryſoſtomo Epiſc. & Conf.

In Hymn. mutatur ℣.

Ad Magnif. Antiph.
O Doctor optimè, Eccleſiæ ſanctæ lumen, beate Ioānes Cryſoſtome, diuinæ legis amator, deprecare pro nobis filium Dei.

Oratio.

Eccleſiam tuam, quæſumus Domine, gratia cæleſtis amplificet: quam beati Ioannis Chryſoſtomi confeſſoris tui, atque Pontificis illuſtrare voluiſti glorioſis meritis, & doctrinis. Per.

Deindè fit commem. S. Gregorij.
Antiph. Dum eſſet sũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit.
℣. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas.
℞. Et oſtendit illi regnum Dei.
Oratio. Da quæſumus &c. vt ſupra.

Poſteà fit comm. fer.
Poſtremò S. Valentini Presbyt. & mart.
Aña. Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram.
℣. Gloria, & honore coronaſti eum Dñe.
℞. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Oratio.

Præſta quæſumus omnipotens Deus, vt qui beati Valentini martyris tui natalitia colimus, à cũctis malis imminentibus eius interceſſione liberemur. Per Dominum.

DIE XIV. FEBRVAR.
In Feſto S. Ioãnis Chryſoſtomi Ep. & Conf. & Eccl. Doct. Dupl.
In primo Noct. Lect. Sapientia omnium &c.

vt in communi Doct. In ij. & iij. Noct. vt in Breu. die 27. Ianuarij. 9. Lect. de Homil. fer. occurrent. de qua fit comm. in Laud.

Poſteà pro commem. S. Valentini Mart:

Antiph. Qui odit animam ſuam in hoc mũdo, in vitam æternam cuſtodit eam.

℣. Iuſtus vt palma florebit.

℟. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio. Præſta quæſumus &c. vt ſupra.

In ij. Veſp. fit de S. Ioãne Chryſoſtomo.

Antiph. & Oratio vt ſupra in j. Veſp.

Deindè fit commem. Inuention. Corporum SS. Diodóri &c. MM.

Aña. Iſtorum eſt enim regnum cælorum, qui contempſerunt vitam mundi, & peruenerunt ad præmia regni, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

℣. Lætamini in Domino, & exultate iuſti.

℟. Et gloriamini omnes recti corde.

Oratio.

DEvs, qui nos concedis Sanctorum martyrum tuorum Diodóri, Mariáni, & Sociorum Inuentionẽ colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum ſocietate gaudére. Per Dominum.

Poſteà fit comm. fer.

Poſtremò SS. Fauſtini, & Iouitæ Martyr.

Antiph. Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt: nolite timere, multis paſſeribus meliores eſtis vos.

℣. Exultabunt Sancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis. Oratio.

DEvs, qui nos annua Sanctorum

martyrum tuorũ Fauſtíni, & Iouítæ ſolemnitate lætificas: concede propitius, vt quorum gaudemus meritis, accendamur exemplis. Per Dominum.

DIE XV. FEBRVAR.

In Feſto Inuẽtionis Corporum SS. Diodóri Presb., Mariani Diaconi, & Socior. MM. Semid.

In j. Noct. Lect. Fratres Debitores &c. vt in comm. plur. Mart.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

SÆuiente in Chriſti fideles Numeriano Cæſare, inter eos quos perſecutionis rabies abſtulit Mundo, & Cęlo donauit, enituére Chryſantus, & Daría nobiliſſimi coniuges, qui in Arenaria Salariæ viæ effoſſa terra, lapidibus obruti, parem martyrij coronã meruére. Ad quem locum, cum ingens Chriſtianorum concurſus, pietatis cauſa, quotidiè conueníret, id impiè ferens iniquus Cæſar, iuſſit Kalendis Decembris, quo die ſolito numeroſior erat conuentus, ab oſtio cryptę amouéri parietem, omneſq; qui aderant, ruinis opprími, quos inter eminebant Diodórus Sãctiſſimus Presbyter, & Mariánus Leuíta integerrimus, cum innumera promiſcui ordinis, & ſexus glorioſa multitudine, ſtudio, & opera beati Stephani Papæ huius nominis Primi exculta, & ad omnem pietatis normam erudita.

℟. Sancti tui Domine mirabile cõſecuti ſunt iter, ſeruiẽtes præcep-

tis

tis tuis, vt inuenirétur illæſi in aquis validis:* Terra apparuit arida: & in mari Rubro via ſine impedimento. ℣. Quoniam percuſſit petram, & fluxerunt aquæ,& torrẽtes inundauerunt. Terra.

Lectio v.

POſt multum verò temporis ſedente Stephano VI. Pontifice omnium virtutum titulis inſignitò,& in perquirendis Sanctorum Reliquijs ſtudioſiſſimo, diuina reuelatione ei locus oſtenſus fuit, in quo beatorum martyrum Diodóri, & Sociorum corpora cõdebãtur. Quamobrem pia ſedulitate opus aggreditur, effoditur terra, mirifica odoris fragrantia operarios, nec laboribus, nec ieiunijs laxátos recreat, noctúque cæleſtes muſicæ,& Angelorum cõcentus obaudiuntur, lux mira præfulget, qua ſacro horrore perculſi, ab ingreſſu Populi reuerentes arcentur. Inuentos ſacros Artus ipſe beatus Põtifex,& colligit, & in ferẽtrò locat, quod proprijs humeris efferens indictis Litanijs, coactoq;Clero,& multitudine copioſa Populi, plurimis diſcalceatis pedibus proſequentibus, religioſo ordine facum, & lampadárum præeunte, in noſtrum Lateranenſe Patriarchium detúlit, & honorifico loco recondidit.

℟. Vérbera carníficũ non timuérunt ſancti Dei, morientes pro Chriſti nomine;* Vt hærédes fierent in domo Domini. ℣. Tradiderunt corpora ſua

propter Deum ad ſupplicia. Vt hæredes.

Lectio vj.

Nec defuére huic præclaræ Inuentióni diuina prodígia. Nam Franco vir nobilis à Pontifice operi Præfectus, lampadem aqua plenam, paruóq; oleo ſuperimpoſito ardere iuſſit, quæ diebus ſeptem continuò illuxit, nec vllo ventorum turbine valuit extingui, quin etiã, nec minimus, vt aſſolet, in euertenda humo teter odor nares offendit, itaut potius crederentur colligi roſarum, ac liliorum manipuli, quã telluris glebæ tractari. Adelfrédus autem, qui non pietatis ergò, ſed turpis lucri gratia clàm ſacrorum oſſium particulam abſtulerat, diuinam illicò ſenſit vltionem: Nam à duobus venerabilibus viris per viſum acriter increpátus, adſtantibus Tortoribus præacuto enſe ſcindendus traditus, adeò crudeliter tortus ſeptiduò fuit, vt penè ſpiritum exalárit. Sed diuina ignoſcente clementia reſtituto, cum lacrymis ſacro furto priſtinæ redditus ſanitati, quàm ſanctè debeant ſãcta tractari, proprio periculo edidicit, vnáque cum cæteris, mirabilia quæ operatur Deus in Sanctis ſuis, agnouit.

℟. Tamquam aurum in fornace probáuit electos Dominus: & quaſi holocáuſti hoſtiã accépit illos: & in tempore erit reſpectus illorum: * Quoniam donum & pax eſt electis Dei. ℣. Qui confidũt in illum, intelligent veri-

ritatẽ: & fideles in dilectióne acquieſcẽt illi. Quoniam. Gloria Patri. Quoniam.

In iij. Noct. Homilia ſuper Euang. Deſcendens Ieſus de Monte &c. vt in comm. plur. Mart. 9. Lect. de Homilia feriæ occurrent. de qua fit commem. in Laudibus.

Poſteà pro commem. SS. Fauſtini &c. MM.

Aña. Iſtorum eſt enim regnum cælorum, qui contempſerunt vitam mundi, & peruenérunt ad præmia regni, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

℣. Lætamini in Domino, & exultate iuſti.

℟. Et gloriamini omnes recti corde.

Oratio. Deus, qui nos annua &c. vt ſupra.

In ſecundis Veſperis à Capit. fit de S. Vincentio Mart.

Ad Magnif. Antiph. Iſte Sanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram.

Oratio.

Adeſto Domine ſupplicationibus noſtris, vt qui ex iniquitate noſtra reos nos eſſe cognoſcimus, beati martyris tui Vincẽtij interceſſione liberemur. Per Dominum.

Deindè fit commem. Inuentionis Corporũ SS. Diodóri &c.

Antiph. Gaudent in cælis animę Sanctorũ, qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti, & quia pro eius amore ſanguinem ſuum fudérunt, ideò cum Chriſto exultant ſinè fine.

℣. Exultabunt Sancti in gloria. ℟. Lętabuntur in cubilibus ſuis.

Oratio. Deus,qui nos concedis &c. vt ſupra.

Poſteà fit comm. fer.

DIE XVI. FEBRVAR.

In Feſto S. Vincentij Martyris.

Semiduplex.

In j. Noct. Lect. Fratres debitores &c. vt in comm. plur. Mart.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Vincentius, Oſcæ in Hiſpania citeriore natus, à prima ætate ſtudijs deditus, ſacras literas à Valerio Cæſarauguſtano Epiſcopo didicit: cuius etiam partes ſuſcepit prædicandi Euangelium, quòd Epiſcopus, propter linguæ impedimentum, prædicationis officio fungi non poterat. Ea re ad Daciánum, prouinciæ à Diocletiano, & Maximiano præpoſitũ delata, Vincentius Cæſarauguſtæ cõprehenditur, & vinctus ad Daciánum Valentiam adducitur. Vbi verberibus, & equuleo tortus, multis præsẽtibus, cum nulla aut tormentorum vi, aut acerbitate, vel lenitate verborũ à propoſito deterréri poſſet; in craticula impoſitus, prunis ardentibus ſuppoſitis, ac ferreis vnguibus excarnificatus, candentibuſq; laminis exuſtus, iterum ducitur in carcerem ſtratũ teſtaceis fragmentis, vt eius nudũ corpus ſomno oppreſsũ, à ſubiectis etiã teſtarum aculeis torquerétur.

℞. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à seductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem æternam. ℣. Deſcẽditque

cum illo in foueam: & in vinculis non dereliquit eum. Et. Lect. v.

VErum, illo in tenebricoſa incluſo cuſtodia, clariſſimus ſplendor obortus totum carcerem illuſtrauit: quæ lux cum ſumma admiratione omnes, qui aderant, affeciſſet; res à cuſtode carceris ad Daciánum defertur, qui eductum in molli culcitra collocat: & quem cruciatibus in ſuam ſententiam trahere non poterat, delicijs perducere conatur. Sed inuictus Vincentij animus Ieſu Chriſti fide, ſpeque munîtus vicit omnia: & ignis, ferri, tortorum immanitate ſuperata, victor ad cæleſtem martyrij coronã aduolauit, vndecimo Kalendas Februarij. Cuius corpus, cum proiectum eſſet inhumatum; Coruus, & à volucribus, & à lupo vnguibus, roſtro, alis mirabiliter defendit. Qua re cognita, Daciánus illud in altum mare demergi iubet: ſed indè etiam diuinitùs eiectum ad littus, Chriſtiani ſepeliunt.

℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: *Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Et voluntate labiorum.

De expoſitione S. Ambroſij Epiſcopi in Pſalmum cẽteſimum decimum octauum. Serm. 21. Lectio vj.

PRincipes perſecuti ſunt me gratis, & à ver-

à verbis tuis trepidauit cor meum. Benè hoc Martyr dicit, quòd iniuſtè perſecutionum tormēta ſuſtineat: qui nihil rapúerit, nullum violentus oppreſſerit, nullius ſanguinem fuderit, nullius torum putauerit eſſe violandum: qui nihil legibus debeat, & grauiora latronum ſuſtinere cogatur ſupplicia: qui loquatur iuſtè, & non audiatur: qui loquatur plena ſalutis, & impugnetur: vt poſſit dicere; Cum loquebar illis, impugnabant me gratis. Gratis igitur perſecutionem patitur, qui impugnatur ſinè crimine: impugnatur vt noxius, cum ſit in tali confeſſione laudabilis: impugnatur quaſi veneficus, qui in nomine Domini gloriatur, cum pietas virtutum omnium fundamentum ſit.

℟. Stola iucunditatis induit eum Dominus: * Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius. ℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et. Gloria. Et.

In iij. Noct. Homilia ſuper Euangel. Si quis vult poſt me venire, de comm. vnius Mart. 9. Lect. de Homil. feriæ occurr. de qua fit commem. in Laudibus.

In ij. Veſp. à Cap. fit de S. Martina Virg. & Mart. vt in Breuiario die 30. Ianuarij.

Deindè fit commem. S. Vincentij:

Antiph. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequátur me.

℣. Iuſtus vt palma florebit. ℟. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio. A deſto Domine &c. vt ſupra.

Poſteà fit commem. feriæ.

DIE XVII. FEBR.

In Feſto S. Martinæ Virg. & M. Semiduplex.

Omnia vt in Breuiar. die 30. Ianuar. exceptis ſequent.

In primis Veſper. fit commem. feriæ.

In primo Nocturno Lect. De Virginibus præceptum &c. vt in communi Virg.

In iij. Noct. 9. Lect. de Homilia feriæ occurr. de qua fit commem. in Laudibus.

In ij. Veſp. fit comm. feriæ.

Deindè pro cômem. S. Simeonis Epiſcopi, & Martyris.

Ad Magnit. Antiph.

Iſte Sanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram.

℣. Gloria, & honore coronaſti eũ Domine. ℟. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Oratio.

Infirmitatem noſtrã reſpice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat, beati Simeonis martyris tui, atq; Põtificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per.

DIE XXV. vel XXVI. Februarij.

Anno Biſſextili.

In Feſto S. Felicis III. Pap. & Confeſs. Duplex.

Veſp. de S. Matthia Apoſtolo.

Deindè fit commem. S. Felicis.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex Paſtor bone in populo ora pro nobis Dñm.

℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum. ℟. Stolam gloriæ induit eum. Oratio.

DA quæſumus omnipotens Deus, vt beati Felicis confeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolẽnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominum.

Poſteà fit comm. fer.

In j. Noct. Lect. Fidélis ſermo &c. de communi Conf. Pont.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

FElix Tertius patria Romanus, natus ex nobiliſſima domo Anicia, & Diui Gregorij Magni Atauus, poſt Simplicium Papam ad Sũmi Pontificatus apicem eſt euectus. Hic mira animi conſtantia tametſi Roma ſub Erúlis Arrianis propemodum captiua videretur, alijque Patriarchę conciliationem Zenónis Imperatoris approbaſſent, ſolus illi nõ cõmunicauit. Eiuſdem de fide edictum promulgãtis, audaciã fortiter repreſſit. Petrum Fullónẽ Patriarchatu Antiochéno deiecit. Acaciũ Conſtantinopolitanũ Epiſcopum Romam venire coégit, vt contrã eum obiectis, in Apoſtolicæ Sedis iudicio reſponderet, ac in eumdem ſentẽtia excõmunicationis animaduertit.

℟. Inuéni Dauid ſeruũ meum, oleo sãcto meo vnxi eũ:* Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius

ini-

iniquitatis non noccebit ei. Manus.

Lectio v.

COnſtituit, vt Eccleſiæ nonniſi ab Epiſcopis conſecrarẽtur; ſemel baptizatos, iterũ rebaptizari ſub grauibus pœnis prohibuit. Baſilicam Sancti Agapiti conſtruxit. Anno eius Pontificatus tertio, Sanctus Barnabas Apoſtolus, cum Sancti Matthæi Euangelio, in Cypro Anthemio Epiſcopo Salamínæ apparuit; ſicque præuia trina reuelatione, corpus Sancti Barnabę cum Euangelio ſupradicto eſt inuẽtum. Duas fecit Ordinationes menſe Decembri, quibus creauit Romę Presbyteros viginti nouem, Diaconos quinque, Epiſcopos per diuerſa loca triginta. Quinto Kalẽdas Martij, è terris excẽdẽs ad ſuperos euolauit.

℟. Poſui adiutorium ſuper potentẽ, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣ Inuéni Dauid ſeruũ meum, oleo sãcto meo vnxi eum. Manus.

Serm. S. Gregorij Pap. Ex homil. 38. in Euãg.

Lectio vj.

QVia nonnũquam mentes audientium plus exempla fidelium, quam docentium verba conuertũt, volo vobis aliquid de proximo dicere, quod corda veſtra tãto formidoloſius audiant, quanto eis hoc de propinquo ſonat. Neque enim res lõgè antè geſtas dicimus, ſed eas, de quibus teſtes exiſtunt, eiſque interfuiſſe ſe referunt, memora-

mus. Tres Pater meus Sorores habuit, quæ cunctæ tres Sacræ Virgines fuerunt; quarum vna Tarſilla, alia Gordiána, alia Emiliána dicebatur: Quadam verò nocte huic Tarſillæ (quæ inter Sorores ſuas virtute continuę orationis, afflictionis ſtudio, abſtinentiæ ſingularis, grauitate vitæ venerabilis, in honore, & culmine ſanctitatis excreuerat) ſicut ipſa narrauit, per viſionẽ Atauus meus Felix, huius Romanæ Eccleſiæ Antiſtes apparuit, eique manſionem perpetuæ claritatis oſtendit, dicẽs: Veni, quia in hac te lucis mãſione ſuſpicio. Qua ſubſequenti mox febre correpta ad diem peruénit extremum, & ſicut nobilibus fœminis, viriſque morientibus multi conueniunt, qui eorum proximos conſolentur, eádem hora eius exitus multi viri, ac fœminæ eius lectulum circumſtetérunt, inter quas mater mea quoque adfuit; cum rurſum illa reſpiciens Ieſum venientem vidit, & cum magna animaduerſione cępit circumſtãtibus clamare, dicens, recedite, recedite, Ieſus venit. Cumque in eum intenderet quem videbat, ſancta illa anima à carne ſoluta eſt, tantáquè ſubitò fragrantia miri odoris aſperſa eſt, vt ipſa quoque ſuauitas cunctis oſtenderet, illuc auctorem ſuauitatis veniſſe.

℟. Iſte eſt qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe inter-

tercedat pro peccatis omnium populorum. ℣. Iſte eſt qui contempſit vitam mundi, & peruénit ad cæleſtia regna. Ipſe. Gloria Patri. Ipſe.

In iij. Noct. Homilia ſuper Euangel. Homo peregrè. vt in communi Conf. Pont. 9. Lect. de Homil. fer. occurr. de qua fit commem. in Laudibus.

In ij. Veſp. ad Magnif. Antiph. Dum eſſet ſũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit.

Oratio. Da quæſumus &c. vt ſupra.

Deindè fit comm. fer.

FESTA MARTII.
Die ij.

In Feſto S. Simplicij Pap. & Cōf. Dup.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo ora pro nobis Dñm.

Oratio.

Da quęſumus omnipotens Deus, vt beati Simplicij confeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolemnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominũ.

Deindè fit comm. fer.

In j. Noct. Lect. Fidélis ſermo &c. de communi Conf. Pont.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Simplicius Tyburtinus Patre Caſtório proximè poſt Sanctum Hilarum Romanæ Eccleſiæ Principatum ſuſcepit, ac difficillimis temporibus (cum magna ex parte Chriſtiani Orbis, Catholica Fides ob cunctos ferè Principes hæreſi infectos, nutaret) ſumma vigilantia gubernauit.

Leoni Imperatori petenti, vt rata haberentur cōceſſa ab Epiſcopis Synodi Calcedonenſis, Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ priuilegia, vehementiùs reſtitit, miſſo etiam eā ob cauſam Conſtantinopolim ſuo Legato. Eádem paſtorali ſolicitudine plurimùm laborauit, vt Timotheus Elúrus, Alexandrinæ Eccleſiæ inuáſor, qui Conſtantinopoli liberè degēs, adnitebatur quam maximè propagare hæreſim, nouumque Zenónis Imperatoris opera cogi concilium, pelleretur in exilium, ſicque integritati ſuæ Alexandrina redderetur Eccleſia. Reliquorum item perduelliū, pro noua Synodo indicenda conatibus, fortiter obſtitit, aſſerens noua Concilia non facilè conuocāda, niſi cum aliquid in prauis ſenſibus nouum, aut in aſſertione dogmatum emerſiſſet ambiguum.

℟. Inuéni Dauid ſeruū meum, oleo sācto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

Damnauit iterum Petrum Moggū alterum Alexandrinæ Sedis inuaſorem, curauitque, vt ex Vrbe pelleretur, nè aliquos modicæ fidei inficeret, & ad peruerſitatis ſuæ factionē pertraheret. Timotheo Solofacíolo legitimo eiuſdem Eccleſiæ Antiſtiti, iuxtà priſtinum inſtitútū, per ſuos Legatos erroris ſui condonationē ex-

petẽti, idcircò quod timore perterritus Dioſcorum ad Altare nominaſſet, veniã impertijt. Antiochéni Epiſcopi electionẽ ad ſeditiones vitandas Cõſtantinopoli in Concilij Nicæni præiudiciũ peractam, ea lege ratã habuit, vt deinceps ſecundum Patrum diffinitiones, Orientali Cõprouincialium Epiſcoporum Synodo, creatio Antiochéni Põtificis reſeruaretur. Oblationes Eccleſię ita partiendas eſſe præcepit, vt vna dumtaxàt portio Epiſcopo, vna itidem Clero, duæ verò in Eccleſiæ fabricam, & peregrinos, ac paupes erogarentur. Zenónem Epiſcopum Hiſpalenſem, Vicaria Sedis Apoſtolicæ auctoritate fulciuit, ne Apoſtolicę inſtitutionis decreta, & Sanctorum terminos Patrum, in Hiſpanijs tranſcendi permitteret.

℟. Poſui adiutorium ſuper potẽtem, & exaltaui electum de plebe mea: *Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Inuéni Dauid ſeruũ meum, oleo sãcto meo vnxi eum. Manus.

Lectio vj.

STatuit in Vrbe Hebdomadas, vt propter baptiſmum, & pœnitentiam petentes, Presbyteri quidẽ de Regione prima apud Sanctum Paulũ, de tertia apud Sanctũ Laurentium, & de ſeptima apud Sanctum Petrum manerent. Dedicauit Baſilicas S. Stephani in Cælio Monte, Sancti Andreæ Apoſtoli iuxtà Sanctam Mariam, item aliam S. Stephani, iuxtà San-

ctum Laurentium, ac poſtremò Sanctæ Bibianæ martyris aliam, intrà Vrbem iuxtà Palatium Licinianum; itemque vaſa complura tùm argentea, tùm aurea Romanæ contulit Eccleſiæ. Demùm Zenóne Imperatore,& Odoácre Italiæ Rege, migrauit ad Dominũ. Habuit Ordinationes tres menſe Decembri, quibus creauit Preſbyteros quinquaginta octo, Diaconos vndecim, Epiſcopos per diuerſa loca triginta ſex. Sacerdotium adminiſtrauit annos quindecim, menſes quinque, & dies decem.

℟. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt,& omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum. ℣. Iſte eſt qui contempſit vitã mundi,& peruénit ad cæleſtia regna. Ipſe. Gloria Patri. Ipſe.

In iij. Noct. Homilia ſuper Euangel. Homo peregrè vt in comm. Conf. Pont. 9. Lect. de Homil. feriæ occurr. de qua fit comm. in Laud.

In ij. Veſp. ad Magnif. Antiph. Dum eſſet ſũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit.

Oratio. Da quæſumus &c. vt ſupra.

Deindè fit comm. fer.

DIE IV. MARTII.

In Feſto S. Lucij Papæ, & Mart. Duplex.

Ad Magnif. Antiph. Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram.

Oratio.

DEvs, qui nos beati Lucij martyris tui, atque Pontificis annua ſolemnitate lætificas: concede propitius, vt cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione gaudeamus. Per.

Deindè fit comm. fer.

In j. Noct. Lect. A Mileto &c. de communi vnius Mart.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

LVcius Romanus Patre Porphyrio poſt Sancti Cornelij conſummationē, Romanæ Eccleſię Epiſcopatum tenuit. Sanxit, vt duo Presbyteri, ac tres Diaconi Eccleſiaſtici cauſa teſtimonij quouis loco Epiſcopū non deſererent. Pacem lapſis dandam, & pœnitentia acta communicationis fructum negandum non eſſe, ſpiritu Dei plenus (vt S. Cyprianus ſcripſit) literis ſuis ſignificat. Ob Chriſti fidem exilio relegatus, & poſtmodum ad Eccleſiam ſuam incolumis redire permiſſus, tādem omni Eccleſiæ facultate Archidiacono ſuo Stephano priùs tradita, capite truncatus eſt quarto Nonas Martij, Gallo, & Voluſiáno Principibus. Duas habuit Ordinationes mēſe Decembri, quibus Presbyteros quatuor, Epiſcopos per diuerſa loca ſeptem creauit. Eius corpus primo via Appia ad Sāctum Sixtum, in Cęmeterio Calixti ſepultum, indè à Paſchali Papa in Sanctæ Ceciliæ Titulum vnà cum eiuſdem Virginis, & Sociorū Corporibus trāslatum, ibi

ſub ſancto Altari collocatum fuit.

℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem ęternam. ℣. Deſcēdirque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

De Epiſtola S.Cypriani Epiſcopi, & Martyris, & Collegarum eius, ad S.Lucium Papam, & Martyrem.

Lectio v.

NVper quidem tibi frater chariſſime gratulati ſumus, cum te honore geminato in Eccleſiæ ſuæ adminiſtratione, confeſſorem pariter, & Sacerdotem cōſtituit diuina dignatio: Sed & nunc non minus tibi, & comitibus tuis, atq; vniuerſæ fraternitati gratulamur, quod cū eádem gloria, & laudibus veſtris, reduces vos denuò ad ſuos fecerit, benigna Domini, & larga protectio; Vt paſcēdo gregi Paſtor, & gubernandæ naui Gubernator, & plebi regendæ Rector redderetur: Et appareret relegationem veſtram, ſic diuinitùs eſſe diſpoſitam, non vt Epiſcopus relegatus, & pulſus, Eccleſiæ deeſſet, ſed vt ad Eccleſiā maior redíret; neque enim in tribus pueris minor fuit martyrij dignitas, quia morte fruſtrata, de camino ignis incolumes exiérunt; aut nō conſūmatus Daniel extitit in ſuis laudibus, quia qui leonibus miſſus fuerat ad prædam, protectus à Domino, vixit ad gloriam. In Confeſſo-

tribus Chriſti diláta martyria, non merita confeſſionis minuunt, ſed magnália diuinæ protectionis oſtendũt.
℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: * Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.
℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Et voluntate.

Lectio vj.

REpræſentatum videmus in vobis, quod apud Regem, fortes atque illuſtres pueri prædicauerunt, ipſos quidem paratos eſſe ardére flammis, ne Dijs eius ſeruirent, aut imaginem quam fecerat, adorarent; Deum tamen, quem colebant, quemque & nos colimus potentem eſſe, vt eos de camino ignis eximeret, & de Regis manibus, ac de pœnis præſentibus liberaret; quod inuenímus in cõfeſſionis veſtræ fide, & in Domini circà vos protectione nunc geſtum: vt cum vos parati fueritis, & prõpti omne ſubíre ſuppliciũ, Dominus tamen vos pœnæ ſubtraheret, & Eccleſiæ reſeruaret. Regrediẽtibus vobis, breuiata non eſt in Epiſcopo confeſſionis ſuæ dignitas, ſed magis creuit ſacerdotális auctoritas, vt Altari Dei aſſiſtat Antiſtes, qui ad confeſſionis arma ſumenda, & facienda martyria, non verbis plebem, ſed factis cohortétur, & imminente Antichriſto, paret ad prælium milites, non ſolùm ſermonis, & vocis incitamẽ-

to, ſed fidei, & virtutis exemplo.

℟. Stola iucunditatis induit eum Dominus: * Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius.

℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus: & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et coronam. Gloria Patri. Et coronam.

In iij. Noct. Homilia ſuper Euangel. Si quis vult venire poſt me. vt in communi vnius martyr. 9. Lect. de Homil. feriæ occurr. de qua fit commem. in Laudibus.

In ij. Veſp. ad Magnif. Antiph. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuã, & ſequatur me.

Oratio. Deus, qui nos beati Lucij &c. vt ſup.

Deindè fit commem. S. Caſimiri Conf.

Antiph. Similabo eum viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram.

℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum.

℟. Stolam gloriæ induit eum. Oratio.

DEvs, qui inter regales delicias, & mundi illecebras, ſanctum Caſimirũ virtute conſtantiæ roboraſti: quæſumus, vt eius interceſſione fideles tui terrena deſpiciant, & ad cæleſtia ſẽper aſpirent. Per Dominum.

Poſteà fit comm. Fer.

DIE V. MARTII.

In Feſto S. Caſimiri Cõfeſſoris Semidúplex.

Omnia vt in Breuiario die 4. currentis except. ſequen.

In vtriſquè Veſper. fit commem. feriæ.

In primo Noct. Lect. Iuſtus ſi morte &c. de comm. Conf. nō Pont.

In iij. Noct. 9. Lect. de Homil. fer. occurr. de qua fit comm. in Laud.

DIE XII. MARTII.

In Feſto S. Gregorij Papæ, & Conf. & Eccl. Doct. Duplex.

Omnia vt in Breuiar. exceptis ſequen.

In vtriſq; Veſperis fit commem. feriæ.

In iij. Noct. 9. lect. de Homil. fer. occurr. de qua fit comm. in Laud.

DIE XV. MARTII.

In Feſto S. Zachariæ Papæ, & Conf. Duplex.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, Paſtor bone in populo ora pro nobis Dñm.

Oratio.

DA quęſumus omnipotēs Deus, vt beati Zacharię confeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolemnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominum.

Deindè fit comm. fer.

In j. Noct. Lect. Fidelis ſermo. de communi Conf. Pont.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

ZAcharías natione Græcus Patre Polychronio, Gregorio Tertio ex hac luce ſubtracto ad B. Petri Cathedrā eſt euectus. Vir fuit mitiſſimi ingenij, miræ ſuauitatis, & gratiæ; Cleri, ac Populi Romani amator, ad iram tardus, ad miſericordiam, & clemētiam promptiſſimus, nulli malum pro malo reddens, ſed vincens in bono malū; Adeòut quos habuerat æmulos, & inimicos, eoſdē

initio Pontificatus, honoribus, & præmijs affecerit. Pontifex creatus, vt Italiam armis Longobardorũ vexatam, ſuæ tranquillitati reſtitueret, ad Luitprandum Regem Interamnæ degentem, & Legatos miſit, & ipſe profectus eſt; Vbi, & orationis elegantia, & vitæ ſanctitate ſic Regem demulſit, vt quas Ciuitates, Oppida, & Patrimonia ab Eccleſia abſtulerat, eidem reſtituerit.

℟. Inuéni Dauid ſeruũ meum, oleo sãcto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

Sed & Ticinum vſq; profectus eumdem inflexit, vt à Rauennæ tùm oppreſſione ceſſaret. Rachim adijt, Peruſiam acri obſidione prementem, quem tanta orationis maieſtate permóuit, vt & ab omni oppugnatione deſiſteret, & Religionis amore ſuccenſus, regiam dignitatem, & paludamẽtum, Monachali inſtituto, & habitu permutaret. Conſúltus à Francis, Regnum illud à Chilperíco viro ſtupido, & ignáuo, ad Pipínum pietate, & fortitudine prꝗſtantem, auctoritate Apoſtolica tranſtulit. Multas Synodos, & Cõcilia celebrauit, pro Eccleſiaſticæ diſciplinæ reſtauratione.

℟. Poſui adiutorium ſuper potentẽ, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Inuéni Dauid ſeruũ

meum, oleo sãcto meo vnxi eum. M anus.

Lectio vj.

Romæ omnia loca ſacra aut reparauit, aut ditiora effecit. Sanctorum Imagines vetuſtate exolétas renouauit, & noſtrum Lateranènſe Patriarchíum, quod magna in penuria inuenerat, penè à nouo reſtaurauit, ac multas Reliquias ibi inuentas diuerſis Eccleſijs diſtribuit. Pauperibus alendis redditus aſſignauit. Bibliothecam S. Petri conſtruxit, Baſilicam S. Georgij in Velábro cōdidit: Ædificauit & Oratorium diuæ Cæciliæ via Tiburtina. Clerum valdè dilexit, & donatiuum ſingulis Presbyteris, & Diaconis erogauit. Sācti Gregorij Dialogorum libros in Græcum tranſtulit, rebuſque varijs, pro Eccleſię vtilitate non minùs piè, quàm proſperè geſtis, ſanctitatis laurea eſt coronatus.

℟. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum. ℣. Iſte eſt, qui contempſit vitā mūdi, & peruénit ad cæleſtia regna. Ipſe. Gloria. Ipſe.

In iij. Noct. Homilia ſuper Euangel. Homo peregrè. vt in comm. Cōf. Pont. Nona Lect. dicitur de homil. feriæ occurr. de qua fit cōm. in Laudibus.

In ij. Veſp. ad Magnif. Antiph. Dum eſſet ſūmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit.

Oratio. D a quæſumus &c. vt ſupra.

Deindè fit comm. fer.

DIE XXVIII. MART.

In Feſto S. Sixti III. Papæ, & Conf. Duplex.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, Paſtor bone in populo, ora pro nobis Dñm.

Oratio.

DA quęſumus omnipotens Deus, vt beati Sixti confeſſoris tui, atque Pontificis venerāda ſolemnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominum.

Deindè fit commem. feriæ.

Si hoc Feſtum contingat transferri in tempus Paſch. Lect. j. Noct. erunt de ſcript. occurr. cum 9. Lect. de communi, & in ℟℟. additur Alleluia.

In primo Noct. Lect. Fidelis ſermo. de cōmuni Conf. Pont.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

SIxtus huius nominis Tertius, Patria Romanus filius Sixti, defuncto Sancto Cæleſtino Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus præficitur, totius Vrbis pace, & conſenſione mirabili. Eum adhuc Presbyterum Sanctus Auguſtinus eximiè commēdauit, tùm quod prior Anathéma Pelagianis in populo frequentiſſimo pronunciarit, tùm quod ſuis quoq; ſcriptis aduerſus eorum errorem, vehementer pugnárit. Vt autem Romani Sacerdotij gubernacula ſuſcepit, decretum Epheſinæ Synodi aduerſus Neſtórium habitum, volumine deſcribens, ad

Orientis, & Occidentis dedit Eccleſias, cõfirmãs duabus in Chriſto manentibus perfectè naturis, vnam filij Dei credendam eſſe perſonam. Qua de re, & ad Neſtoriũ ipſum, & ad Orientis Epiſcopos, ad eius errorem ſuccidendum ſententias direxit, hæc inter cætera ſcribens Antiocheno Epiſcopo: Nihil vltrà liceat nouitati, quia nihil addi conuenit vetuſtati: perſpicua Maiorum fides, & credulitas, nulla cœni permixtione turbetur.

℟. Inuéni Dauid ſeruũ meum, oleo ſãcto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

IS à B. Petro Apoſtolo ſibi per viſum apparente, vna cum Sãcto Apollinare eius diſcipulo, primo Eccleſię Rauennatis Epiſcopo, quem eiuſdem Eccleſiæ Pontificem ordinare deberet, admonitus; Petrum Eccleſiæ Forocornelienſis Diaconum, præter Rauennatum ſententiam, illis præfecit Antiſtitem, quem cognomento Chryſologum admiranda morum ſanctitudo, & doctrina inſignis mirificè commendarunt. Cùm autẽ Sixtus Eccleſiæ prędium abnuerit alienari, ſtuderetque ſubleuare grauatos, odium in ſe conuertit Anícij Baſſi Excõſulis, & Mariáni Patricij, à quibus turpi calumnia exagitatus, ſponte voluit ſuã

in Synodo cauſam iudicari. Itaque in Baſilica Heleniána, quæ dicitur Seſſoriánum Atrium, quinquaginta ſex Epiſcoporum Cōcilio coacto, præſente Valentiniáno Imperatore, cū vniuerſo Clero, atque Senatu, Sixtus declaratus eſt innocens, Baſſus verò, & Mariniánus calumniatores damnati, atque proſcripti; bonis præterea Baſſi Eccleſię adiudicatis, quem intrà tres menſes diuina vltione defunctum, Sixtus reddens bona pro malis, cum linteaminibus, & aromatibus manibus ipſe cōtrectans, recondidit, ſepeliuitque apud beatum Petrum Apoſtolum, in Sepulchro Maiorum ſuorum.

℟. Poſui adiutorium ſuper potētem, & exaltaui electum de plebe mea: *Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Inuéni Dauid ſeruū meum, oleo sācto meo vnxi eum. Manus.

Lectio vj.

Venerādus hic Pōtifex complura in Vrbe magnifica præſtitit, nàm argentea, & aurea vaſa, poſſeſſioneſque complures Eccleſijs contulit. Refecit Baſilicam S. Marię Maioris ad Præſepe, quā, & metallis aureis, ſacriſq; Imaginibus decorauit. Fecit, & in Conſtantiniana noſtra Baſilica ornamentum ſupra fontem, quod anteà non erat, nàm marmorea Epiſtylia, & porphyreticas columnas, quas Conſtātinus Auguſtus congregatas dimiſerat, erigi curauit, ac verſibus exornauit. Eius

item rogatu, Valentiniánus Auguſtus argẽteum faſtigium à Barbaris ſublatum, in eadem Conſtantiniana Baſilica reſtituit: Cuius Imperatoris,. & Theodóſij Principatu Sixtus viam vniuerſæ carnis ingreſſus quieuit in Domino, ſepultuſque eſt via Tiburtina in Crypta iuxtà Corpus S. Laurentij martyris. Vna Ordinatione mẽſe Decembri, creauit Presbyteros vigintiocto, Díaconos duodecim, Epiſcopos per diuerſa loca quinquaginta duos & rexit Eccleſiam annos ſeptem, mẽſes vndecim.

℟. Iſte eſt qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum. ℣. Iſte eſt qui cõtempſit vitam mundi, & peruénit ad cæleſtia regna. Ipſe. Gloria Patri. Ipſe.

In iij. Noct. Homilia ſuper Euangel. Homo peregrẽ. vt in communi Conf. Pont. Nona Lect. de homil. fer. occurr. de qua fit comm. in Laudibus.

In ij. Veſp. ad Magnif. Antiph. Dum eſſet ſũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit.

Oratio. Da quæſumus &c. vt ſupra.

Deinde fit comm. fer.

FESTA APRILIS.

Die prima.

In Feſto S. Venantij Epiſc. & Mart. Duplex.

Ad Magnif. Antiph. Iſte Sanctus pro lege Dei ſui certauit vſque

ad mortem,& à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram.

Oratio.

DEvs, qui nos beati Venantij martyris tui, atque Pontificis annua ſolemnitate lætificas: concede propitius, vt cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

Deindè fit comm. fer. Si hoc officium trāſferatur ad tempus Paſchale; omnia erunt de communi vnius mart. temp. Paſch. Ad Matut: in primo Nocturno Lect. de ſcriptura occurrente. In ij. Nocturno Lect. vt infrà. In iij. Nocturno Homil. ſuper Euang. Ego ſum vitis vera &c. de communi Martyrum temp. Paſchali.

In j. Noct. Lectiones A Mileto. de communi vnius mart.

IN II. NOCTVRNO.

Sermo S. Fulgentij Epiſcopi.

De S. Cypriano.

Lectio iv.

CLaram tanti Martyris natalis diē beati ſcilicet Venātij, quo terrenis, ac moribundis membris exútus, ad æternæ præmia vitæ tranſmigráuit, & ſacerdotij eius doctrinam, ac martyrij nobis victoriam commēdauit, fecitque ex temporali quondam triſtitia liberiorem. Dùm enim inter periculum cruentæ mortis, & gloriam deuoti certaminis Epiſcopatus confitendo patitur, Eccleſia orando compatitur. Quis neſciat, hunc ipſum, qui nunc annua circūſtitutione feſtus

no-

nobis reuoluitur dies, Chriſtianis, ac religioſis mentibus illo tunc tempore fuiſſe ſolicitũ, dum aduerſus diabolum ab Antiſtite, ſuſcepto culmine, pia plebis expectatio trepidaret? atque ita fides reſiſteret perſequenti, ne caro ſuccũberet blandienti? ita paſtor præcederet, ne ouile deſereret, deſertum lupus inuaderet? ℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem ęternam. ℣. Deſcẽditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit illi claritatem.

Lectio v.

Dolebat Eccleſia ſubtractum interim ſuo conſortio tàm clariſſimum ſacerdotem: ſed tamen gaudebat proſtrato aduerſario Chriſti martyrẽ extitiſſe victorem. Erat in memoria doctrina laudabilis, verſabatur antè oculos virtus mirabilis, quando Sanctus, Deo ſeruabat quod docuerat, & quid cæteri facere deberẽt, non iam verbis, ſed operibus demonſtrabat; fidem ſermonum exemplis rerum, valida ſoliditate confirmans, credens, & confitens pro omnium ſalute Chriſtũ mortuũ, ac ſe pro eius nomine non ſubtrahere occidendum. Cuius enim ſanguine, tũc indignus redemptus fuerat, dignum ſuum ſanguinẽ pro illo fundebat, & cuius ſanguinem in hac vita fideliter biberat, ab ipſo ſibi ęter-

nam vitam reddi poſſe crediderat.

℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: * Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Et.

Lectio vj.

INterritus contēpſit principum iuſſa, & iudicum edictum. Paratus excepit percuſſoris ictum, & animum ſoli Deo ſubditum, etiā ipſa mors ſeruauit inuictum. Denique nihil eum reuocauit à paſtoris, gregiſque cuſtodia, apparitor violentus, perſecutionis tempus, iudicis metus, imminens gladius, proximus mortis occaſus. Proindè conſiderātes eius luctam, perſeuerantiam, victoriam pariter & coronam, & quid euaſerit, quò peruenerit, dulci mentis ſpeculo refouētes, annua deuotione cantemus: Benedictus Dominus, qui non dedit nos in venationem dētibus eorum: laqueus contrítus eſt, & nos liberati ſumus.

℟. Stola iucunditatis induit eum Dominus:* Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius.

℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus: & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et coronam. Gloria. Et.

In iij. Noct. Homilia ſuper Euangel. Si quis vult venire poſt me. de comm. vnius Mart. 9. Lect. de Homil. feriæ occurr. de qua fit commem. in Laudibus.

In ij. Veſp. à Capit. fit de S. Franciſco de Paula Conf.

Ad Magnif. Antiph.

Similabo eum viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram. Oratio.

DEvs humiliũ celſitudo, qui Beatum Franciſcum confeſſorem, Sanctorum tuorum gloria ſublimaſti: tribue quæſumus, vt eius meritis, & imitatione, promiſſa humilibus præmia feliciter conſequamur. Per Dominum, &c.

Deinde fit comm. S. Venantij.

Antiphona.

Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequátur me.

℣. Iuſtus vt palma florebit. ℟. Sicut cedrus Libanî multiplicabitur.

Oratio. Deus, qui nos &c. vt ſupra.

Poſteà fit comm. fer.

DIE VI. APRILIS.

In Feſto S. Syxti I. Papæ, & Martyris.

Duplex.

Ad Magnif. Antiph.

Iſte Sanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit; fundatus enim erat ſupra firmam petram.

Oratio.

INfirmitatem noſtrã reſpice omnipotens Deus; & quia pondus propriæ actionis grauat, Beati Syxti Martyris tui, atque Pontificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per Dominum noſtrũ, &c.

Deinde fit comm. S. Vincentij Ferrerij, niſi eius Feſtum venerit in Dominica, quia eſt ad libit: & eo anno vacat.

Antiph. Hic vir deſpiciens mundum, & terrena triumphans, diuitias cælo condidit ore manu.

℣. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et oſtendit illi regnum Dei.. Oratio.

DEvs, qui Eccleſiã tuam Beati Vincentij Confeſſoris tui meritis,& prædicatione illuſtrare dignatus es; concede nobis famulis tuis, vt & ipſius inſtruámur exemplis, & ab omnibus eius patrocinio liberemur aduerſis. Per Dominum noſtrum, &c.

Poſteà fit comm. fer.

Si hoc Officium celebretur Temp.Paſchali omnia erũt de comm. vnius Mart. Tempore Paſch. Ad Matut. In j. Noct.Lect. de ſcript. occurr. In ij. Noctur. Lect. vt infrà. In iij. Noctur. Homil. ſuper Euang. Ego ſum vitis vera. de comm.Mart. Tempore Paſch.

In j.Noct.Lect. A Mileto. de commu.vnius Mart.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

SYxtus huius nominis primus, Romanus natione,de Regione Vrbis ſeptima, quæ Vialata dicta eſt, Patre Paſtore genitus, in locũ Alexandri primi Romani Pontificis nobiliſſimo martyrio coronati, totius Cleri ſuffragijs, ſuffectus,ſupremo illo munere egregiè, & ſumma cum laude perfunctus eſt, annis nouem, menſibus decem, diebus octo, ſub Imperatoribus Adriano, & Antonino Pio Auguſtis,

℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſto-

ſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatē æternam.

℣. Deſcenditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum. Et

Lectio v.

NOnnulla ad diſciplinam Eccleſiaſticā pertinentia prudentiſſimè ſtatuit, ſcilicet, ne ſacra vaſa, & miniſteria ab alijs, qui ſacri Miniſtri non eſſent, contrectarentur; ne ſacrum Corporale, vt vocant, ex alia, quàm linea materia fieret; Vt ſacrum Triſagium in Miſſa populus decantaret; & ne vllus Epiſcopus Romam euocatus, ad ſuā deinde Diœceſim rediens ſuſciperetur, niſi literis Apoſtolicis, quas formatas, & canonicas antiqui vocabant, munitus eſſet.

℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: * Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Et voluntate labiorum.

Lectio vj.

TRes ordinationes menſe Decembri pro more fecit, in quibus creauit Epiſcopos quatuor, pro diuerſis locis, Presbyteros vndecim, Diaconos tres. Vir reuerà ſingulari vitæ ſanctimonia, incredibili morum facilitate, eximia in pauperes liberalitate, frequentibus etiam inſignis miraculis, illuſtri tandem martyrio co-

ronatus, octauo Idus Aprilis, & ſepultus in Vaticano.

℟. Stola iucunditatis induit eum Dñs: * Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius.

℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus: & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et coronam. Gloria. Et coronam.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euang. Si quis venit ad me, vt in communi vnius Martyris. Nona Lect. de Homil. Fer. occurr. de qua fit commem. in Laud.

In ij. Veſp. à Cap. fit de S. Cæleſtino I. Papa, & Confeſſ.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dñm.

Oratio.

Da quæſumus omnipotens Deus, vt beati Celeſtini confeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolemnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dñm, &c.

Deinde fit commem. S. Syxti.

Antiph. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

℣. Iuſtus, vt palma florebit.

℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Oratio. Infirmitatem noſtram &c. vt ſupra.

Poſteà fit comm. fer.

DIE VII. APRILIS.

In Feſto S. Cæleſtini I. Papæ, & Confeſſoris.

Duplex.

Si hoc Officium celebretur Temp. Paſchali

Lect. j. Noct. erunt de ſcript. occurr. cum 9 Lect. de commu. Et in ℞℞. additur Alleluia.

In j. Noct. Lect. Fidelis ſermo. de commu Conf. Pontif.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

CÆleſtinus Romanus Priſci filius ſancto Bonifacio ſinè vlla plebis diſciſſione ſubrogatus, Romanæ Eccleſiæ præſédit Epiſcopus. Hic venerabilis Pontifex (cui ad Eccleſię Catholicę prę-ſidiũ, multa Dominus gratiæ ſuæ dona largitus eſt) ſciens damnatis non exámen iudicij, ſed ſolum pœnitentiæ remedium eſſe præſtandum, Cæleſtium primarium Pelagij diſcipulum, ſuam quaſi non diſcuſſo negocio audientiam poſtulantem, totius Italiæ finibus iuſſit extrúdi. Nec ſegnióre cura, ab hac eádem morbo Britannias liberauit, quando quoſdam inimicos gratiæ, ſolùm ſuæ originis occupantes, etiam ab illo ſecreto excluſit Oceani. Quamobrem ſancto Germáno Antiſiódorenſi Epiſcopo illùc vice ſua miſſo, ordinatoque Scotis Epiſcopo Palladio, qui Romanæ Eccleſiæ Diaconus erat, dum Romanam Inſulam ſtuduit ſeruare Catholicam, fecit etiam barbaram Chriſtianam.

℞. Inuéni Dauid ſeruũ meum, oleo ſãcto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

CVm autem Neſtórius Conſtantinopolitánus Epiſcopus nouum Eccleſiæ molirétur errorem inducere, prædicans Chriſtũ ex María hominem tantùm non etiam Deũ natum, eique diuinitatem collatam eſſe pro meritis; eius impietati ſua Cæleſtinus auctoritate acriter repugnauit. Quare ſancto Cyrillo Epiſcopo Alexandrino ſuas vices delegauit, vt niſi decem dierum interuallo Neſtórius reſipiſceret, in illum ſententiam ferret. Verùm, cùm Neſtórius id pertinacius recuſaſſet, magiſq; creuiſſent diſſenſiones, ac tumultus, apud Ephéſium tertia Oecumenica Synodus eſt congregata, in qua Cęleſtinus per ſuos Legatos præſédit, quibus ſuo commonitório eos limites præſcripſit, vt de Epiſcoporum ſententijs iudicarent, certamen non ſubirent. Itaque in ea Synodo Neſtorius cum Hæreſi nominis ſui, & cum multis Pelagianis, qui cognatum errori ſuo dogma iuuabãt, damnatus eſt.

℟. Poſui adiutorium ſuper potentẽ, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Inuéni Dauid ſeruũ meum, oleo ſãcto meo vnxi eum. Manus.

Lectio vj.

PEr ſuas literas eorum Sacerdotum ſuperſtitionem Cæleſtínus redarguit, qui veteri dimiſſo habitu, amicti pallio, lumboſque pręcincti in Eccleſia miniſtrabant. Ca-

uit prætereà, ne vlli in morte vltima negaretur pœnitentia; neue ex laicis, vel criminoſis ad Epiſcopatum aliqui promouerentur: Itemque ne Metropolitánus in aliéna Prouincia aliquid præſumeret, & ne in creandis Epiſcopis extranei, emeritis in ſua Eccleſia Clericis præponerentur. Inſtituit, vt ex omnibus cētum quinquaginta Pſalmis, antè ſacrificiū antiphonatim pſalleretur. Dedicauit Baſilicam Iuliã, propriumque ſuum Cœmeterium picturis decorauit, variaque ad Eccleſiæ ornatum dona obtulit. Qui cum tribus ordinationibus menſe Decembri creaſſet Presbyteros triginta duos, Diaconos duodecim, Epiſcopos per diuerſa loca quadraginta ſex, obdormiuit in Domino octauo Idus Aprilis, ſepultuſque eſt in Cœmeterio Priſcillæ via Salaria, Theodoſio, & Valentiniáno imperantibus. Sedit annos octo, menſes quinque, & dies tres.

℟. Iſte eſt, qui antè Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum.

℣. Iſte eſt, qui contempſit vitám mundi, & peruénit ad cæleſtia regna. Ipſe. Gloria Patri. Ipſe.

In iij. Noct. Homilía ſuper Euangel. Homo peregrè. de communi Confeſſ. Pontif. Nona Lect. de Homil. fer. occurr. de qua fit comm in Laud.

In ij. Veſp. ad Magnif. Antiph. Dum eſſet ſũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit.

Oratio. Da quęſumus &c. vt ſupra.

Deinde fit comm. fer.

DIE XI. APRILIS.

In Feſto SS. Domniónis Epiſc. & Soc. MM.

Duplex.

Ad Magnif. Antiph. Iſtorum eſt enim regnum cælorum, qui contempsérunt vitam mundi, & peruenérunt ad prĕmia regni, & lauérunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

Oratio.

DEvs, qui nos concedis ſanctorum martyrum tuorũ Domniónis, & ſociorum natalitia colere: Da nobis in æterna beatitudine, de eorum ſocietate gaudere. Per.

Deindè fit commem. feriæ.

Si hoc Officium transferatur in Tempus Paſch. omnia erunt de commu. mart. Temp. Paſchal. Ad Matutin. In j. Nocturno Lect. de ſcriptura occurrenti. In ij. Noct. Lect. vt inf. In iij. Noct. Homilia in Euangel. Ego ſum vitis vos palmites: de commu. mart. Temp. Paſch.

In j. Noct. Lect. Fratres debitores de cõmu. plurim. mm.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Sermo S. Ambroſij Epiſcopi.

Serm. 776. ad Rom.

EXemplo martyrũ didicimus Chriſto credere, didicimus contumelijs vitã æternam quærere, mortem didicimus non timere. Videte ergò quid mar-

tyribus debeamus, in quo alter tortus eſt, vt alius ſaluaretur. Alter carnificem pertulit, vt Chriſtum alter agnoſceret. Alter morti addictus eſt, vt alius vita potirétur æterna: & ad poſtrémum ſanctus occíſus eſt, vt peccator euaderet. Beati igitur martyres nec ſibi vixérunt, nec ſibi ſunt mortui: Exemplũ enim nobis reliquérũt, bene viuendo, conuerſationis; tolerãdo fortiter, paſſionis.

℟. Sancti tui Domine mirabile conſecuti ſũt iter, ſeruientes præceptis tuis, vt inuenirentur illæſi in aquis validis: *Terra apparuit arida: & in mari rubro via ſinè impedimento. ℣. Quoniam percuſſit petram, & fluxerunt aquæ, & torrẽtes inundauerunt. Terra.

Lectio v.

NAm, ideò Dominus per totum mundum, diuerſis in locis pati martyres voluit, vt tamquàm idonei teſtes, nos præſenti quodam fidei exemplo ſuæ confeſſionis vrgerent; vt humana fragilitas, quæ prædicationi Dominicę aditu lõgiore vix credit, vel præſenti oculorũ martyrio crederet beatorum. Cuncti igitur martyres deuotiſſimè percolendi ſunt: ſed ſpecialiter ij venerandi ſunt à nobis, quorum reliquias poſſidemus: illi enim nos orationibus adiuuant, iſti etiam adiuuant paſſione. Cum his autem nobis familiaritas eſt; ſemper enim nobiſcũ ſunt, nobiſcum morantur, hoc eſt, & in corpore nos viuentes

cuſtodiunt, & de corpore recedentes excipiunt.

℟. Verbera carnificũ non timuerunt Sancti Dei, morientes pro Chriſti nomine: * Vt hęredes fierent in domo Domini.

℣. Tradiderunt corpora ſua propter Deũ ad ſupplicia. Vt hæredes.

Lectio vj.

CVm ſanctis ergò martyribus quieſcentes, euadimus inferi tenebras eorum proprijs meritis, attamen conſocij ſanctitate. Martyres enim inferni porta non poſſidet: quoniam eos paradiſi regna ſuſcipiũt. Nam videmus eos vtique iam regnare: cernimus enim ab ijs freqũeter, obſeſſos ab immundiſſimis dæmonibus homines liberari, ità vt cęleſti medicina & captiua anima de diaboli laqueis eruátur, & ipſe diabolus vinculis igneis alligatus, producátur de ſua captiuitate captiuus, vt qui prædam paulò antè cęperat, ipſe ſubdatur in prædam. Hæc & alia potiora mirabilia per Sanctos fieri omnibus notum eſt, & ideò, fratres, veneremur eos in ſęculo, quos defenſores habere poſſumus in futuro.

℟. Tamquàm aurum in fornace probauit electos Dominus, & quaſi holocauſti hoſtiam accépit illos; & in tempore erit reſpectus illorum: * Quoniam donum, & pax eſt electis Dei.

℣. Qui confidunt in illum, intelligent veritatem: & fideles in dilectione acquieſcent illi.

Quoniam. Gloria Patri. Quoniam.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euang. Cùm audieritis prælia. de cõmun.plurim.mm.

Nona Lect. de homil. fer. occurr. de qua fit comm. in Laud.

In ij. Veſper. à Cap. fit de S. Iulio I. Papa, & Conf.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, Paſtor bone in populo, ora pro nobis Dñm.

Oratio.

DA quæſumus omnipotens Deus, vt beati Iulij confeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolemnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominũ &c.

Deindè fit commem. SS. Domnionis &c.

Antiph. Gaudent in cęlis animæ Sanctorũ, qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti; & quia pro eius amore ſanguinem ſuum fudérunt, ideò cum Chriſto exultant ſinè fine.

℣. Exultabunt Sancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis.

Oratio. Deus, qui nos concedis &c. vt ſupra.

Poſteà fit commem. feriæ.

DIE XII. APRILIS.

In Feſto S. Iulij I. Papæ, & Confeſſoris.

Duplex.

Si hoc Offic. celebretur Tempore Paſchali ad Matút. Lect. 1. Noct. de ſcript. 2. & 3. Noct. vt infrà cum 9. Lect. de commu. & in ℟℟. additur Alleluia.

In primo Nocturno Lect. Fidélis ſermo. de communi Confeſs. Pontif.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

IVlius Romanus Ruſtici filius, poſt beatum Marcum ad ſummum Pontificatũ euectus, vitæ ſanctitate, & ſtudio aſſerendæ Fidei Chriſtianæ inſigniter eluxit. Graſſabatur per Orientem Arrianæ hæreſis impietas, multique sãctiſſimi Epiſcopi è ſuis ſedibus exulare cogebantur, quos ille, præſertim ſanctum Athanaſium, humaniſſimè excepit, & conſtantiſſimè contra aduerſarios defendit. Tyriam Synodum, vt Nicenam aboleret fidem, ab Arrianis coactam condemnauit, & Romæ duo Concilia conuocauit, in quibus exulum Epiſcoporum querelas excépit, & innocentiam declarauit.

℟. Lux perpetua lucebit ſanctis tuis Domine,* Et æternitas temporum, allel. allel. ℣. Lætitia ſempiterna erit ſuper capita eorum: gaudium, & exultationem obtinebunt. Et æternitas.

Lectio v.

COnſtantī Auguſto religioſiſſimo Principi, per Occidentem imperanti, author fuit, vt Conſtantium fratrẽ Arrianorũ fautorem, in Oriente regnantem, precibus, & minis ad reuocandum ab exilio Athanaſium permouéret. Doloſam fidei formulam ab Euſebianis, Arrij ſectatoribus, in ſecunda Synodo Antiochena conceptam reiecit, & magnum Sardicenſe Concilium ex Occidentis, & Orientis Epiſcopis indixit, miſſiſque Le-

gatis, multa ibidem pro fide Catholica, & diſciplina Eccleſiaſtica reſtituenda vtiliter conſtituit.

℟. In ſeruis ſuis, alleluia: * Conſolabitur Deus, alleluia.

℣. Iudicabit Dominus populum ſuum, & in ſeruis ſuis. Conſolabitur.

Lectio vj.

PRæter hæc, Baſilicas duas in Vrbe extruxit, ſacriſque picturis exornauit, vnā iuxtà Forum Romanum, alteram in via Flaminia. Tria ædificauit cœmeteria, vnū in eádem via Flaminia, alterum in via Aurelia, tertium in Portuenſi. Conſtituit, ne Sacerdos alibi quàm apud Iudicem Eccleſiaſticum cauſam diceret, iuſſitque, vt omnia ad rem Eccleſiaſticā ſpectantia, per Prothonotariū conficerētur inſtrumēta. Tribus ordinationibus menſe Decembri creauit Diaconos tres, Presbyteros decem & octo, Epiſcopos nouem. Poſtquam Dei Eccleſiam ſanctiſſimè rexiſſet annis quindecim, menſibus quinque, diebus ſeptemdecim, pridie Idus Aprilis feliciter migrauit ad Dominū, ſepultus in cœmeterio Calepodij. Inde tranſlatæ reliquiæ ad Eccleſiam S. Mariæ Tranſtyberim ab ipſo amplificatam ſub Altari maiori honorificè reconditæ ſunt.

℟. Filiæ Ieruſalem, venite, & videte martyres cum coronis, quibus coronauit eos Dominus: * In die ſolemnitatis, & lætitiæ, alleluia.

℣. Quo-

℣. Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te. In die.
Gloria Patri. In die.
In iij. Noct. Homil. ſuper Euangel. Homo peregrè. de communi Confeſſoris Pontificis. Nona Lect. de homil. fer. occurr. de qua fit comm. in Laud.
In ij. Veſp. Ad Magnif. Antiph. Dum eſſet ſũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit.
Oratio. Da quæſumus &c. vt ſupra.
Deindè fit commem. S. Hermenegildi mart. niſi cõtingat trãsferri.
Antiph. Iſte Sanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram.
℣. Gloria, & honore coronaſti eũ Domine.
℞. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Oratio.

Deus, qui beatum Hermenegildum martyrem tuum cæleſti regno, terrenũ poſtponere docuiſti; da quæſumus nobis eius exemplo caduca deſpicere, atque æterna ſectari. Per Dominum.
Poſtea fit commem. feriæ.

DIE XIV. APRILIS.
In Feſto S. Leonis I. Papæ, & Conf. Duplex.

Veſper. de S. Leone.
In Hymno mutatur Verſus.
Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex Paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum, alleluia.

Oratio.

EXaudi quæſumus Dñe preces noſtras, quas in beati Leonis confeſſoris tui atq; Pontificis ſolemnitate deferimus: & qui tibi dignè meruit famulari, eius intercedentibus meritis ab omnibus nos abſolue peccatis. Per Dñm.

Deindè fit commemoratio S. Hermenegildi mart.

Antiph. Sancti, & iuſti in Domino gaudete alleluia, vos elégit Deus in hæreditatem ſibi, alleluia.

℣. Pretioſa in conſpectu Domini, alleluia.

℟. Mors Sanctorum eius, alleluia.

Orat. Deus, qui beatum Hermenegildum, &c. vt ſupra.

Poſteà fit commem. SS. Tiburtij, Valeriani &c. Martyrum.

Antiphona.

Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine, & æternitas temporũ, Alleluia.

℣. Sancti, & iuſti in Dño gaudete, alleluia.

℟. Vos elegit Deus in hæreditatem ſibi, allel.

Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens Deus, vt qui ſanctorum Martyrum tuorum Tiburtij, Valeriani, & Maximi ſolénia colimus: eorum etiam virtutes imitémur. Per Dñm.

Si hoc feſtum celebretur in Quadrageſima, nona Lectio erit de Homil. fer. occurr. & commem. SS. Martyrũ ſumentur ex commu. Martyr. extrà Tempus Paſchale.

In j. ij. & iij. Noctur. Lect. vt in Breuiario die 11. curren. excepta vt infrà.

Pro SS. Tiburtio, Valeriano, &c. MM.

Lectio ix.

VAlerianus Romanus, nobili genere ortus, Alexandro Seuero Imperatore, hortatu B. Cæcíliæ virginis, quam ſibi pari nobilitate vxorē deſponderat, vnà cum Tiburtio fratre à ſancto Vrbano Papa baptízatur. Quos vbi Præfectus Vrbis Almachius Chriſtianos eſſe cognouit, & patrimonio pauperibus diſtributo, Chriſtianorum corpora ſepelire; accersítos grauiter reprehendit: atq; vbi Chriſtum Deum conſtanter confitentes, deos autem dæmoniorum inania ſimulacra prædicantes videt, virgis cædi iubet. Sed cum verberibus cogi non poſſent, vt Iouis ſimulácrum venerarentur, immò fortes in fidei veritate permanérent, ad quartum ab Vrbe lapidem ſecúri feriuntur. Quorum virtutem admiratus Maximus Præfecti cubicularius, qui eos ad ſupplícium perduxerat, Chriſtianum ſe eſſe profeſſus eſt, cum multis præterea Præfecti miniſtris, qui paulò poſt plumbatis contúſi, omnes ex diaboli miniſtris, Chriſti Domini martyres euasérunt.

In Laud. fit commem. SS. Tiburtij &c. MM.

Antiphona.

Filiæ Hieruſalem, venite, & videte martyres cum coronis, quibus coronauit eos Dominus in die ſolemnitatis, & lætitiæ, alleluia, alleluia.

℣. Pretioſa in conſpectu Domini, alleluia.

℟. Mors Sanctorum eius, alleluia.
Oratio. Præſta quæſumus, &c. vt ſupra.
In ij. Veſp. ad Magnif. Antiph. Dum eſſet ſũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit, alleluia.
Oratio. Exaudi quæſumus Dñe, &c. vt ſup.

DIE XVI. APRILIS.

In Feſto Translationis Capitũ SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli.

Dupl.

Veſp. de Translatione, &c. vt in commu. Apoſtol. Temp. Paſch. except.
℣. Cõſtitues eos Principes ſuper omnẽ terram, alleluia.
℟. Memores erunt nominis tui Dñe, allel.
Ad Magnif. Antiph. Petrus Apoſtolus, & Paulus Doctor Gentium, ipſi nos docuérunt legem tuam Domine, alleluia.

Oratio.

Sanctorum Apoſtolorum tuorũ Petri, & Pauli capita, in hac Sacroſancta Baſilica venerantes, fac nos quæſumus Domine, & tibi ſemper deuotam gerere voluntatem, & eorum exempla fideliter imitari. Per Dñm.
In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Sedente in Apoſtolica Sede Vrbano Quinto, Sanctorũ Apoſtolorũ Petri, & Pauli capita, quæ diù latuerant, diuinæ prouidentię diſpoſitione reperta ſunt. Cùm enim Sanctus Pontifex Oratorium, quod Sancta Sanctorum dicitur, viſitaret, & reconditas

in eo reliquias inquireret, argenteas capſulas inuénit, in quibus ipſa veneranda capita condita erant. Lætus itaque Pontifex vnà cum Clero, & Populo ea tranſtulit ad Baſilicam noſtram Lateranenſem, conſtructa prius inſigni abſida, in qua thecis argéteis, gemmiſquè pretioſis exornatis incluſa, ſumma fidelium veneratione coluntur.

℟. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis Domine: * Et æternitas temporum, alleluia, allel. ℣. Lætitia ſempiterna erit ſuper capita eorũ: gaudium, & exultationem obtinebunt. Et.

Sermo Sancti Maximi Epiſcopi.

Lectio v.

Beatiſſimorũ Apoſtolorum Petri, & Pauli inſeparabilem fidem, paſſionemque germanam, omni nos deuotione neceſsè eſt celebrare, quia, & laudabilis eos vita ad glorioſiſſimum perduxit occaſum, & mirificus obitus perpetuam tranſmiſit ad vitam. Et licet in Petro fides emineat, & in Paulo doctrina præcellat, magiſterium tamen Pauli fidei plenitudo eſt, & credulitas Petri doctrinæ eſt fundamentũ.

℟. Virtute magna reddebant Apoſtoli: * Teſtimoniũ reſurrectíonis Ieſu Chriſti Domini noſtri, alleluia, allel. ℣. Repléti quidem Spiritu ſancto loquebantur cũ fiducia verbum Dei. Teſtimoniũ.

Lectio vj.

Quãti meriti apud Deum ſuum Petrus erat, vt ei poſt naniculæ paruæ remigium

gium totius Eccleſiæ gubernacula traderentur? Aut quantum in Apoſtolatus ſui miniſterio complacuiſſe Chriſto credimus Paulum, cui tantum placere potuit perſecutor? Placuit enim, quia non iniqui pectoris ſtudio, ſed ſimplicis ignorantiæ incauta deuotione certabat. Quid hoc Apoſtolo magnificentius, cui in medio mortalium conſtituto, & ſupra Cælos ire datũ, & ad terras redire cõceſſum eſt? Quid etiam de Petro referam, cuius tanta à Deo eſt approbata iuſtitia, tantaque ei poteſtas attributa eſt iudicandi, vt in arbitrio eius poneretur cęleſte iudiciũ?

℞. Iſti ſunt agni nouelli, qui annunciauérunt, allel. modò venérunt ad fontes: * Repleti ſunt claritate, alleluia, alleluia.

℣. In conſpectu agni amicti ſunt ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum. Repleti. Gloria Patri. Repleti.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio sãcti Euangelij ſecũdùm Matthęum.

Lectio vij.

IN illo tempore: dixit Petrus ad Ieſũ: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Homilia Venerabilis Bedæ Presbyt.

Homilia in natali S. Benedicti.

PErfectus ille eſt, qui abiens vendit omnia, quæ habet, & dat pauperibus, ac veniẽs ſequitur Chriſtum: habebit enim theſaurum non deficientem in cælis. Vndebenè, inter-

rogante Petro, dixit talibus Ieſus: Amen dico vobis, quod vos, qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cùm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim Tribus Iſraël. In hac quippe vita pro eius nomine laborantes, in alia præmium ſperare docuit: ideſt in regeneratione, cùm videlicèt in vitam immortalem fuérimus reſurgendo regenerati, qui in vitam caducam mortaliter eramus geniti.

℟. Ego ſum vitis vera, & vos palmites:* Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, alleluia, alleluia.

℣. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos Qui manet.

Lectio viij.

ET iuſta prorſus retributio, vt, qui hìc pro Chriſto humanæ gloriam celſitudinis neglexérunt, illìc à Chriſto iudices glorificati ſingulariter cum eo aſſideant, qui à ſequendis eius veſtigijs nulla ratione poterant auelli. Nemo autem putet, duodecim tantùm Apoſtolos, quia pro Iuda præuaricante Matthias electus eſt, tunc eſſe iudicaturos; ſicut nec duodecim ſolæ ſunt tribus Iſraël iudicandæ, alióquin Tribus Leui, quæ tertia decima eſt, iniudicata recedet.

℟. Candidi facti ſunt Nazaræi eius, alleluia, ſplẽdorem Deo dedérunt, alleluia:* Et ſicut lac coagulati ſunt, alleluia, alleluia.

℣. Candidiores niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antíquo, ſapphíro pulchriores. Et. Gloria Patri. Et.

Lectio ix.

ET Paulus, qui tertius decimus eſt Apoſtolus, iudicandi ſorte priuabitur, cum ipſe dicat: neſcitis, quoniam Angelos iudicabimus, quātò magis ſæcularia? Sciendū namq; hoc eſt, omnes, qui ad exemplum Apoſtolorum ſua reliquerunt omnia, & ſecuti ſunt Chriſtum, Iudices cū eo venturos; ſicuti etiā omne mortalium genus eſſe iudicandum. Quia enim duodenario ſæpè numero ſolet in ſcripturis vniuerſitas deſignari; per duodecim ſedes Apoſtolorum, omnium numeroſitas iudicantiū, & per duodecim tribus Iſraël Vniuerſitas eorum, qui iudicandi ſunt, oſtenditur. Te Deum.

Ad Laud. poſt Hym. ℣. In omnem terram exiuit ſonus eorū, allel. ℟. Et in fines Orbis terræ verba eorū, allel.

Ad Benedictus, Aña. Glorioſi Principes terræ quomodo in vita ſua dilexerunt ſe, ita & in morte non ſunt ſeparáti, alleluia.

Oratio. Sanctorum Apoſtolorum, &c. vt ſupra.

In ij. Veſp. poſt Hym. ℣. Cōſtitues eos Priñcipes ſuper omnem terram, alleluia. ℟. Memores erunt nominis tui Dñe, allel.

Ad Magnif. Antiph. Petrus Apoſtolus, & Paulus Doctor Gentium, ipſi nos docuérunt legem tuam Domine, alleluia.

Oratio. Sanctorum Apoſtolorum, &c. vt ſupra.

Deindè fit commem. S. Aniceti Papæ, & M.

Antiph. Lux perpetua lucebit Sãctis tuis Domine, & æternitas temporum, alleluia.

℣. Sancti, & iuſti in Dño gaudete, alleluia.

℟. Vos elegit Deus in hæreditatem ſibi, allel.

Oratio.

DEus, qui nos beati Anicéti Martyris tui, atque Pontificis annua ſolemnitate lætificas; concede propitius, vt cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum, &c.

Si verò hoc Officium celebretur in Quadrageſima, omnia erũt de commu. Apoſtol. extrà Tempus Paſch. cum Orat. Añtiph. & ℣℣. ad Magnif. & Benedict. vt ſupra ſine Alleluia.

In j. Noct. Lect. de Epiſtola B. Pauli, &c. Sic nos exiſtimet homo, &c. ex eod. comm.

In ij. & iij. Noct. vt ſuprà cum Nona Lect. de Homil. fer. occurr. de qua fiet comm. in Veſp. & Laud. & in ij. Veſper. pro commem. S. Aniceti.

Antiph. Iſte Sãctus, &c.

℣. Gloria, & honore, &c. cum Orat. Deus, qui nos, &c. vt ſupra.

DIE XVII. APRILIS.

In Feſto S. Anicéti Papæ, & Martyris.

Dupl.

Si hoc Officium celebretur in Quadrageſ. omnia erunt de communi vnius Mart. extra Tempus Paſchale. In j. Noct. Lect. A Mileto. vt in eodem communi. In ij. Noct. Lect. vt infr.

In iij. Noctur. Homil. ſuper Euangel. Si quis vult poſt me venire &c. vt in communi vnius Mart. cum 9. Lect. de Homil. fer. occurr. de qua fiet comm. in Veſp. & Laud.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

ANicetus Syrus, Imperatore Marco Aurelio Antonino, præfuit Eccleſiæ. Decreuit, ne Clerici comam nutrirent. Quinquies menſe Decembri ordinauit Presbyteros decem, & ſeptem, Diaconos quatuor, Epiſcopos per diuerſa loca nouem. Vixit in Pōtificatu annos octo, menſes octo, dies vigintiquatuor. Propter Chriſti fidem martyrio coronatus, ſepultus eſt via Appia in cœmeterio, quod poſteà Calixti appellatū eſt, decimoquinto Kalendas Maias.

℟. Lux perpetua lucébit Sanctis tuis Domine:* Et æternitas temporum, alleluia, allel. ℣. Lætitia ſempiterna erit ſuper capita eorū, gaudium, & exultationem obtinebunt. Et.

Sermo S. Auguſtini Epiſcopi.

De verb. Dom. 50.

Lectio v.

PAſtor bonus Chriſtus; quid Petrus? Nonne bonus Paſtor? Nonne & ipſe animam ſuam pro ouibus poſuit? Quid Paulus? Quid cęteri Apoſtoli? Quid eorum tempora conſequētes beati Epiſcopi martyres? Quid etiam iſte ſanctus Anicétus? Nonne omnes paſtores boni, non mercenarij, de quibus

dicitur; Amen dico vobis, percepérunt mercédem ſuam? Omnes ergo illi paſtores boni, nō ſolùm quia ſanguinem fudérunt, ſed quia pro ouibus fudérunt. Non enim fudérunt elatione, ſed charitate.

℞. In ſeruis ſuis allel.* Conſolabitur Deus, alleluia.

℣. Iudicabit Dominus populum ſuum, & in ſeruis ſuis. Conſolabitur.

Lectio vj.

NAm & apud hæreticos, qui propter iniquitates, & errores ſuos aliquid moleſtiarum perpeſſi fuérunt, nomine martyrij ſe iactant: vt hoc pallio dealbati facilius furentur, quia lupi ſunt. Si autem vultis ſcire, in quo numero habendi ſunt, paſtorem bonum Paulum Apoſtolum audíte: Quoniam non omnes, qui corpora ſua in paſſione etiam ignibus tradũt, æſtimandi ſunt ſanguinem fudiſſe pro ouibus, ſed potiùs contra oues. Si diſtribúero, inquit, omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meum vt ardeam: Iam ipſi ſunt. Sed vide, quid ſequitur: Charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt. Ecce venítur ad paſſionem, ecce venítur & ad ſanguinis effuſionem, venítur & ad corporum incenſionem: & tamen nihil prodeſt, quia charitas deeſt. Adde charitatem, proſunt omnia: detrahe charitatem, nihil proſunt cætera.

℞. Filiæ Ieruſalem, veníte, & videte martyres cum coronis, qui-

bus coronauit eos Dominus: * In die ſolemnitatis, & lætitiæ, alleluia.

℣. Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te. In die. Gloria Patri. In die.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio ſãcti Euangelij ſecũdùm Ioannem.

Lectio vij. c. 16.

IN illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Amen Amen dico vobis: quia plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit. Et reliqua.

Homilia S. Ioannis Chryſoſtomi.

Homil. 78. in Ioann.

VT oſtenderet poſt triſtitiam gaudium ſecutúrum, naturale adducit exemplum. Mulier, cum parit, triſtitiam habet: qua parabola in calamitatibus prophetæ vſi ſunt: quaſi dicat: Dolores capiétis, ſed quales partus, qui lætitiæ cauſa ſunt. Simul & reſurrectionem confirmat, indicans obitum ſuum perindè eſſe, ac ſi ex vtero matris in lucem prodeat, quaſi dicat: nolíte admirari, ſi per hanc triſtitiam ad optima vos ducam, nam & mater in pariendo ſic per triſtitiam tranſit.

℟. Ego ſum vitis vera, & vos palmites: * Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, alleluia, allel. ℣. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Qui manet.

Lectio viij.

SIgnificat antẽ hìc, & myſteriũ quoddam, quod mortis dolores ſoluerit, & nouum hominem regene-

rari fecerit. Neque dixit tantùm triſtitiam tranſituram, ſed magnitudine lætitiæ ſuccedente, nihil eius penitus remanſurum, ità erit Sanctis. Atquí non propterea gaudet mulier, quia venit homo in mundum, ſed quòd filium peperit. Nam ſi id eſſet, nihil prohibéret, quin, quæ non pariunt, alijs parientibus gauderent.

℟. Candidi facti ſunt Nazaræi eius, alleluia, ſplendorem Deo dederunt, alleluia: * Et ſicut lac coaguláti ſunt, alleluia, alleluia.

℣. Candidiores niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſapphiro pulchriores. Et ſicut lac. Gloria Patri. Et.

Lectio ix.

Qua ergò gratia ſic inquit? quia ad hoc ſolum adduxit exemplum, vt poſt breuem triſtitiam perpetuum gaudium ſecuturum, & ſe ad vitam transferri, & magnum malorum lucrum oſtéderet. Et non dixit, peperit filium: ſed quia venit homo in mundum, vbi ſuam ſignificat reſurrectionem, & non morti illi, ſed regno parturiendū. Ideò non dixit, quia natus eſt filius, ſed homo. Et vos nunc quidem triſtitiam habetis: iterùm autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum: indè quod nō amplius morietur, inquit, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. Te Deum.

In ij. Veſp. Ad Magnif. Antiph. Sancti, & iuſti in Domino gaudete, allel. vos elegit Deus in hæreditatem ſibi, allel.

Oratio. Deus, qui nos beati Anicéti &c. vt ſupra.

DIE XIX. APRILIS.

In Feſto S. Leonis IX. Papæ, & Conf. Duplex.

Veſp. de S. Leone.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum, alleluia.

Oratio.

DA quæſumus omnipotens Deus, vt beati Leonis confeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolemnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dñm.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

LEo huius nominis Nonus, ex nobili Francorum proſapia oriundus, Dagsburgenſis Comes, ac Tullenſis Epiſcopus, Bruno ante dictus, omniũ Cardinaliũ ſuffragijs, ac communi fidelium gratulatione, ad ſanctiſſimam Petri Sedem euectus eſt, & in ea ſedit annis quinque, duobus menſibus, diebus octo. Vir omni virtutum genere, & ſacra doctrina eximius: vt Apoſtolicum hoc munus impleret, nullis laboribus, nullis ſumptibus, nullis incommodis pepercit.

℟. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei, alleluia. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis nõ nocebit ei. Manus. Lectio v.

GErmaniam, & Italiam ſæpius, Galliam

ſiam ſemel viſitauit; habuit nouem Concilia, Rhemis, Moguntiæ, Vercellis, Papiæ, Romæ, ad reſtaurandos Chriſtianorũ mores: multas literas ad Imperatores, Reges, Patriarchas, Epiſcopos, zelo, ac pietate flagrantes ſcripſit. Legatos ad Imperatorem Conſtantinopolitanũ, pro reductione Græcorum, ſemel, atque iterum miſit; Berengarium Hæreticum ſemel, iterumque damnauit, & Michaelem Cerulariũ Patriarchã, inſignem ſchiſmaticũ, anathémate perculit.

℟. Poſui adiutorium ſuper potétem, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei, alleluia.

℣. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum. Manus.

Lectio vj.

DVm Romæ ageret, ter in hebdomada à noſtra Sacroſancta Eccleſia Lateranenſi ad Vaticanum, nudis pedibus, noctu, orans, & pſallens, pergebat. Principi Apoſtolorũ decimam oblationum partem ſibi de more competentem, Pontificio diplomate ceſſit; Patrimonium ſuum proprium in erectionem Monaſterij impendit: vndè etiam quotãnis pecunia ſubmitteretur, in ſumptus Roſæ aureæ, quam Romani Pontifices, antiquo, & ſolemni ritu benedicunt. In pauperes, & peregrinos effuſam liberalitaté exercuit; ſub leproſi forma, & habitu, Chriſtum aliquando proprio le-

cto excepit; denique multis pro Eccleſia laboribus exanthlatis, obijt die decima nona Aprilis, anno milleſimo ſexageſimo quarto, ante, & poſt mortem multis miraculis clarus, ac ſepultus eſt in Vaticano.

℞. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum, alleluia.

℣. Iſte eſt qui contempſit vitã mundi, & peruénit ad cæleſtia regna. Ipſe. Gloria Patri. Ipſe.

In iij. Noctur. Homil. ſuper Euangel. Homo peregrè. de communi Confeſs. Pontif.

In ij. Veſp. ad Magnif. Antiph. Dum eſſet ſũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit, alleluia.

Oratio. Da quęſumus &c. vt ſupra.

DIE XXII. APRILIS.

In Feſto SS. Sotéris, & Caij Rom: Pontificum, & MM.

Duplex.

Veſp. de SS. Sotére, & Caio PP. & MM.

Ad Magnif. Antiph. Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine, & æternitas temporũ, alleluia.

Oratio.

Beatorum martyrum, pariterque Pontificum Sotéris, & Caij, nos quæſumus Domine, feſta tueantur: & eorum commendet oratio veneranda. Per Dominum.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

In ij. Noct. Lect. vt in Breuiario.

In j. Veſp. SS. Soteris &c. fit comm. S. Anſelmi Conf. Pont. nuper de præcepto demandat.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euang. Ego ſum vitis, vos palmites. de communi Mart. Tempore Paſchali.

In ij. Veſp. Ad Magnif. Antiph. Sancti, & iuſti in Domino gaudete, allel. vos elegit Deus in hæreditatem ſibi, alleluia.

Oratio. Beatorum martyrum &c. vt ſup.

Deindè fit commem. S. Georgij martyris.

Antiphona.

Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine, & æternitas temporũ, alleluia.

℣. Sancti, & iuſti in Dño gaudete, alleluia.

℟. Vos elegit Deus in hæreditatem ſibi, allel.

Oratio.

Devs, qui nos beati Georgij martyris tui meritis, & interceſſione lætificas: concede propitius, vt qui tua per eum beneficia poſcimus, dono tuæ gratiæ conſequamur. Per Dominum.

DIE XXVI. APRILIS.

In Feſto SS. Cleti, & Marcellini Rom: Pontificum, & Martyrum.

Duplex.

Veſp. de ſãcto Marco Euangeliſta.

Deindè fit commem. Sanctorum Cleti, & Marcellini.

Antiphona.

Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine, & æternitas temporũ, alleluia.

℣. Sancti, & iuſti in Dño gaudete, alleluia.

℟. Vos elegit Deus in hæreditatem ſibi, allel.

Oratio.

Beatorum martyrum, pariterque Pontificum Cleti, & Marcellini nos Domine foueat pretioſa

confeſſio: & pia iugiter interceſſio tueatur. Per Dominum.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

In ij. Noct. Lect. vt in Breuiario.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euang. Ego ſum vitis, vos palmites. de communi Mart. Tempore Paſchali.

Si hoc feſtum celebretur fer. 2. Rogat. Lect. j. Noctur. ſumuntur ex communi plurimorum martyrum extrà Temp. Paſch. Fratres debitores &c. Et Nona Lect. erit de Homil. fer. de qua fit commem. in Laud.

Similiter ſi aliquod ex ſequen. feſtis occurrat dicta feria 2. aut in Vigil. Aſcenſ. in j. Noctur. leguntur Lect. de commu. illius Sācti extrà Temp. Paſch. & Nona Lect. erit de Homil. fer. cum commem. in Laud.

In ij. Veſp. à Cap. fit de S. Anaſtaſio Papa, & Confeſs.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum, alleluia.

Oratio.

DA quæſumus omnipotens Deus, vt beati Anaſtaſij confeſſoris tui, atq; Pontificis veneranda ſolemnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominū.

Deindè fit commem. Sanctorū Cleti, & Marcellini.

Antiph. Sancti, & iuſti in Domino gaudete, allel. vos elegit Deus in hæreditatem ſibi, alleluia.

℣. Pretioſa in conſpectu Domini, alleluia.

℟. Mos

℟. Mors Sanctorum eius, alleluia.

Oratio. Beatorum martyrum &c. vt ſupr.

DIE XXVII. APRIL.

In Feſto S. Anaſtaſij I. Papæ, & Confeſſoris.

Duplex.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

ANaſtaſius Romanus filius Maximi, Siricio vita functo, Romanæ Eccleſiæ eſt ordinatus Epiſcopus, quo eam præclarè regente, de Orientis partibus hæreticorũ Origeniſtárum ſæua tempeſtas, ſimplicitatem fidei, quæ Apoſtoli voce laudata eſt, pollúere, & labefactare conata eſt; ſed vir ditiſſimæ paupertatis, & Apoſtolicæ ſolicitudinis Anaſtaſius, ſtatim noxium perculit caput, & ſibilantia hydræ ora compeſcuit, latitanteſque iu foueis ſuis hæreticos perſecutus, ſuis in Occidente literis damnauit, quod erat in Oriẽte damnatum. Nec illi vnquam cura defuit, Euangelij fidem circà ſuos cuſtodire populos, parteſque populi ſui, per quæque ſpatia diuerſa terrarum diffuſas, quantum poterat literis conuenire, ne qua profanæ interpretationis origo ſubreperet, quæ deuotas animas immiſſa ſui caligine labefactaret.

℟. Inuéni Dauid ſeruũ meum, oleo sãcto meo vnxi eũ: * Manus enim mea auxiliabitur ei, allel. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Le-

Lectio v.

AD eum, atque Venerium Mediolanenſis Eccleſiæ ſacerdotē, Africana Synodus Epiſcopum Legatum deſtinauit, vt eidem Africanæ Eccleſiæ, ſacris miniſtris maximè indigenti ſubueniretur, ne in diuerſis penè emortuis plebibus (in quibus nec vnus quidem Diaconus, vel literatus reperiebatur) innumerabiles animæ perírēt. Ad eoſdem Africanos Epiſcopos Epiſtolam miſit Anaſtaſius, paternæ, & fraternæ charitatis ſolicitudine, & ſinceritate eos adhortans, vt hæreticorum, & ſchiſmaticorum Donatiſtarum inſidijs, & improbitatibus (quibus Africanam Eccleſiam Catholicam vexabant) nullo modo diſſimularent. Huius item ſancti Pontificis auctoritate factum eſt, vt Donatiſtæ Epiſcopi, ſeù quilibet Clerici, quantum ad eccleſiaſtica officia pertineret, ſic in Catholicam ſuſciperentur vnitatē, quemadmodum expedire videretur ijs, quorum ſaluti per eorum cōſulebatur officium, vel exercendum, vel omittendum.

℟. Poſui adiutorium ſuper potētem, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei alleluia.

℣. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſācto meo vnxi eū. Manus.

Lectio vj.

COnſtituit nullatenus tranſmarinū hominem, in Clericatus honorē ſine quinque Epiſcoporū chi-

rographo ſuſcipiendũ. Itemque ſanciuit, vt quotieſcumque ſancta recitarentur Euangelia, ſacerdotes non ſederent, ſed curui ſtarent. Fecit in Vrbe Baſilicam Creſcentianam in Regione ſecunda, via Mamertina. Duabus Ordinationibus menſe Decembri creatis Preſbyteris octo, Diaconis quinque, Epiſcopis per diuerſa loca decem, quieuit in pace, ſepultuſque eſt in cœmeterio ſuo ad Vrſum pileatum ſub Arcadio, & Honorio: quem (vt ſanctus Hieronymus ſcribit) diù Roma habere non meruit, ne Orbis caput ſub tali Epiſcopo trũcaretur: imò idcircò raptus eſt, atque tranſlatus, ne ſemel latam ſententiã precibus ſuis flectere conaretur; nã haud paulò poſt eius obitum, Roma à Gothis capta, atque diruta fuit.

℟. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum, alleluia.

℣. Iſte eſt, qui contempſit vitam mundi, & peruénit ad cæleſtia regna. Ipſe. Gloria Patri. Ipſe.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euangel. Homo peregrè. de communi Confeſs. Pontif.

In ij. Veſp. Ad Magnif. Antiph. Dum eſſet ſũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit, alleluia.

Oratio. Da quæſumus &c. vt ſupra.

Dein-

Deindè fit commem. S. Vitalis martyris.

Antiph. Lux perpetua lucebit Sā̃ctis tuis Domine, & æternitas tẽporum, alleluia.

℣. Sancti, & iuſti in Dño gaudete, alleluia.

℟. Vos elegit Deus in hæreditatem ſibi, allel.

Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotẽs Deus: vt qui beati Vitális martyris tui natalitia colimus, interceſſione eius in tui nominis amore roboremur. Per.

FESTA MAII.

Die iij.

In Feſto Inuentionis S. Crucis. Dupl.

Omnia vt in Breuiario præter ſequen.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio sãcti Euangelij secũdùm Ioannem.

Lectio vij.

IN illo tempore erat homo ex Phariſæis, Nicodémus nomine Princeps Iudæorum. Hic venit ad Ieſum nocte, & dixit ei: Rabbi ſcimus quia à Deo veniſti magiſter. Et reliqua.

Homilia S. Auguſtini Epiſcopi.

Tract. 11. in Ioann. poſt Initium.

NIcodémus ex his erat qui crediderant in nomine Ieſu, videntes ſigna, & prodigia, quæ faciebat. Superius enim hoc dixit: cùm autem eſſet Ieroſólymis in Paſcha in die feſto, multi crediderunt in nomine eius: ſequitur, & dicit: vidẽtes ſigna eius quæ faciebat. Et de Nicodemo quid dicit? Erat princeps Iudæorum nomine Nicodémus. Hic venit ad eum nocte, & ait illi: Rabbi ſcimus quia à Deo ve-

niſti magiſter. Et iſte ergò crediderat in nomine eius. Et ipſe vndè crediderat? ſequitur; nemo enim poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo.

℟. Dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus ſuſtinuit: * Quæ ſolà digna fuit portare pretium huius ſęculi, alleluia.

℣. Hoc ſignum Crucis erit in cælo, cùm Dominus ad iudicandum venerit. Quæ.

Lectio viij.

SI ergò Nicodémus de illis multis erat, qui crediderant in nomine eius, iam in iſto Nicodémo attẽdamus quare Ieſus non ſe credebat eis. Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Amen amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit denuò, non poteſt videre regnum Dei. Ipſis ergò ſe credit Ieſus, qui nati fuerint denuò. Ecce illi crediderant in eum, & Ieſus non ſe credebat eis. Tales ſunt omnes Catechumeni ipſi iam credunt in nomine Chriſti, ſed Ieſus non ſe credit eis.

℟. Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ità exaltari oportet filium hominis: * Vt omnis qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam, alleluia.

℣. Non miſit Deus Filium ſuum in mũdum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Vt.

Gloria Patri. Vt.

Lectio ix.

INtendat, & intelligat charitas veſtra. Si dixerimus Catechumeno: credis in Chriſtum?

ſtum? Reſpondet, credo, & ſignat ſe Cruce Chriſti: portat in fronte, & non erubeſcit de Cruce Domini ſui: Ecce credit in nomine eius. Interrogemus eum: manducas carnem Filij hominis, & bibis ſanguinem Filij hominis? neſcit quid dicimus, quia Ieſus non ſe credidit ei. Te Deum.

In Laud. pro comm. SS. Euentij, & Theoduli Martyrum, ac Iuuenalis Epiſcopi, & Confeſſoris.

Antiph. Filiæ Ieruſalē venite, & videte martyres cū coronis, quibus coronauit eos Dominus in die ſolemnitatis, & lætitiæ, allel. alleluia.

℣. Pretioſa in conſpectu Domini, alleluia.

℟. Mors Sanctorum eius, alleluia.

Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens Deus, vt qui ſanctorum tuorum Euentij, Theoduli, atque Iuuenalis natalitia colimus: à cunctis malis imminentibus, eorum interceſſionibus liberemur. Per Dominum.

DIE V. MAII.

In Feſto Beati Pij V. Papæ, & Confeſſ. Dupl.

Veſp. de Beato Pio Quinto.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum, alleluia.

Oratio.

OMnipotens, & miſericors Deus, qui beatum Pium cōfeſſorem tuum, atque Pontificem tuæ poteſtatis, & pietatis inſi-

gnibus decorare dignatus es; tuam ita nobis eius interuentu, manifeſta potentiam, vt tuę ſemper circà nos pietatis viſcera ſentiamus. Qui viuis, & regnas &c.

Deindè fit commem. ſanctæ Monicæ.

Antiphona.

Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad paupèrem, & panem otioſa non comèdit, alleluia.

℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis; alleluia.

℟. Propterea benedixit te Deus in æternum, alleluia.

Oratio.

DEvs mærentium conſolator, & in te ſperantium ſalus, qui beatę Monicæ pias lacrymas in conuerſione filij ſui Auguſtini miſericorditer ſuſcepiſti, da nobis vtriuſque interuentu peccata noſtra deplorare, & gratiæ tuæ indulgentiam inuenire. Per Dominum.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occur.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

PIus in oppido Inſubriæ, quod Boſchum vocant natus, ſed è Bononia oriundus ex nobili Ghiſleriorum familia, cum quatuordecim eſſet annorum, Ordinem Prędicatorū ingreſſus eſt. Erat in eo admirabilis patientia, profunda humilitas, ſumma vitæ auſteritas, continuum orationis ſtudiū & regularis obſeruantiæ, ac diuini honoris ardentiſſimus zelus. Philoſophiæ verò, ac Theologię incumbens, adeò in ijs excelluit, vt illas docendi munus

ma-

magna cum laude per multos annos exercuerit. Sacras conciones pluribus in locis cum ingēti auditorum fructu habuit. Inquiſitoris officium inuiolabili animi fortitudine diù ſuſtinuit, multaſque ciuitates non ſine vitæ diſcrimine ab hæreſi tunc graſſante immunes ſeruauit.

℟. Inuéni Dauid ſeruum meum oleo ſancto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei, alleluia. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

A Paulo Quarto, cui ob eximias virtutes chariſſimus erat, ad Nepesínum, & Sutrínum Epiſcopatū promotus, & poſt biēnium inter Romanæ Eccleſiæ Presbyteros Cardinales adſcriptus fuit. Tum ad Eccleſiā Montis regalis in Subalpinis à Pio Quarto translatus, cum plures in eam abuſus irrepſiſſe cognouiſſet, totā Diœceſim luſtrauit, rebuſq; compoſitis Romam reuerſus, grauiſſimis expediēdis negocijs applicatus, quod iuſtum erat, Apoſtolica libertate, & conſtātia decernebat. Mortuo autem Pio, præter omnium expectationē electus Pontifex, nihil in vitæ ratione, excepto exteriori habitu, immutauit. Fuit in eo religionis propagandæ perpetuum ſtudium, in Eccleſiaſtica diſciplina reſtituenda indefeſſus labor, in extirpandis erroribus aſſidua vigilantia, in ſubleuandis egentium

neceſſitatibus indeficiens beneficientia, in Sedis Apoſtolicæ iuribus vindicandis robur inuictum.

℞. Poſui adiutorium ſuper potentẽ, & exaltaui electum de plebe mea: *Manus enim mea auxiliabitur ei, alleluia.

℣. Inuéni Dauíd ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum. Manus.

Lectio vj.

SElímum Turcarum Tyrannum multis elatum victorijs, íngẽte comparata claſſe, ad Echinadas inſulas non tam armis, quàm fuſis ad Deum precibus deuicit. Quam victoriam ea ipſa hora qua obtenta fuit, Deo reuelante, cognouit, ſuiſq; familiaribus indicauit. Dum verò nouam in ipſos Turcas expeditionem molitur, ín grauem morbũ incidit, & acerbiſſimis doloribus patientiſſimè toleratis ad extrema deueniens, cum Sacramenta de more ſuſcepiſſet, animam Deo placidiſſimè reddidit, anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, ætatis ſuæ ſexageſimo octauo, cum ſediſſet annos ſex, menſes tres, dies viginti quatuor. Corpus eius in Baſilica ſanctæ Mariæ ad Præſepe, ſumma fidelium veneratione colitur, multis à Deo eius interceſſione patratis miraculis.

℞. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: *Ipſe intercedat pro peccatis omniũ populorũ, allel.

℣. Iſte

℣. Iſte eſt qui contempſit vitã mundi,& peruénit ad cęleſtia regna. Ipſe. Gloria. Ipſe.
In iij. Noctur. Homil. ſuper Euangel. Homo peregrè de communi Confeſs. Pontif.
In ij. Veſp. fit de ſancto Ioanne antè portam Latinam, vt in comm. Apoſt. Temp. Paſchal.
Ad Magnif. Antiph. In feruentis olei dolium miſſus beatus Ioannes Apoſtolus, Diuina ſe protegente gratia illæſus exiuit, alleluia.
Oratio.
DEus, qui conſpicis, quia nos vndique mala noſtra perturbant: præſta quęſumus, vt beati Ioannis Apoſtoli tui, & Euangeliſtæ interceſſio glorioſa nos protegat. Per Dominum.

Deindè fit commem. B. Pij.
Antiph. Dum eſſet sũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cęleſtia regna glorioſus migrauit, alleluia.
℣. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas, alleluia.
℟. Et oſtendit illi regnum Dei, alleluia.
Oratio. Omnipotens, & miſericors Deus &c. vt ſupra.

DIE VI. MAII.

In Feſto S. Ioannis antè portam Latinam.
Dupl. Maius.
Omnia vt in Breuiario præter ſequen.
In ij. Veſp. Ad Magnif. Antiph. In feruẽtis olei dolium miſſus beatus Ioannes Apoſtolus, diuina ſe protegente gratia illæſus exiuit, alleluia.
Orat. Deus, qui conſpicis, &c. vt ſupra.

Deindè fit commem. S. Benedicti II. Papæ, & Confeſs.

Antiphona.

Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum, alleluia.

℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum, alleluia.

℟. Stolam gloriæ induit eum, alleluia.

Oratio.

Da quęſumus omnipotens Deus: vt beati Benedicti confeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolẽnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominum.

DIE VII. MAII.

In feſto S. Benedicti II. Papæ & Confeſſoris.

Duplex.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Benedictus huius nominis ſecũdus, Romanus genere, Patre Ioanne ortus: poſt Leonis Secundi obitũ, ad munus Apoſtolicum aſſumptus eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo octogeſimo quarto, & ſupremum Chriſtianæ Reipublicæ clauum, nouem circiter menſes tenuit, digniſſimus certè, qui diutiùs teneret; cùm à primis pueritiæ annis, ſe totũ Eccleſiaſticis miniſterijs addixiſſet, ac ſedulam diuinis literis & ſacræ pſalmodiæ operam nauaſſet.

℟. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei, alleluia.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius

iniquitatis non nocebit ei. M anus.

Lectio v.

HIc non vno dumtaxat nomine, verum etiam cæleſtis benedictionis gratia, & ſanctæ conuerſationis exemplo, Benedictus, manſuetus, mitis, & humilis, inſignis etiam patientiæ, & pauperum amantiſſimus, in quos larga manu redditus Eccleſiæ profudit: ad reſtaurandã quoque, ac exornandam Principis Apoſtolorum Baſilicam, aliaſque Vrbis Eccleſias, animum, & manum applicuit, in quo multa aureorum millia piè conſumpſit.

℟. Poſui adiutorium ſuper potentē, & exaltaui electum dè plebe mea: * M anus enim mea áuxiliabitur ei, alleluia.

℣. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum. M anus.

Lectio vj.

MIrifico etiam conſeruandæ, & propagandæ Religionis zelo flagrauit; Macharium Patriarcham Antiochenum, à ſexta Synodo, propter hæreſim depoſitum, ad ſaniorem mentem reducere, ſummo ſtudío laborauit. Scriptis etiam ad Epiſcopos Hiſpaniæ literis, eoſdem monuit, vt declararēt apertiùs, & ſaniùs, quę de voluntate Dei, & tribus Chriſti ſubſtantijs ante ſcripſerant. Conſtantinus verò Imperator, tantò illum amore, & honore proſecutus eſt, vt & capillos ſuorum filiorum, in ſignum obſeruantię illi obtulerit. Sancto tādem

dem fine quieuit,& ſepultus eſt in Vaticano.

℟. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt,& omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum, alleluia.

℣. Iſte eſt, qui contẽpſit vitam mundi, & peruénit ad cæleſtia regna. Ipſe. Gloria. Ipſe.

In iij. Noctur. Homil. ſuper Euangel. Homo peregrè. de communi Confeſs. Pont.

Veſp. de Apparitione S. Michaelis Archãgeli, vt in Breuiario.

Deindè fit commem. S. Benedicti.

Antiphona.

Dum eſſet ſũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit, alleluia.

℣. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas, alleluia,

℟. Et oſtendit illi regnum Dei, alleluia.

Oratio. Da quęſumus &c. vt ſupra

DIE X. MAII.

In Feſto SS. Gordiáni, & Epimachi Martyrum.

Duplex.

Veſp. de S. Gregorio Nazianzeno Epiſc. & Confeſs. à Cap. fit de SS. Gordiano &c. MM.

Ad Magnif. Antiph.

Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine, & æternitas temporũ, alleluia.

Oratio.

Da quęſumus omnipotens Deus; vt qui beatorum martyrum tuorum Gordiáni, & Epimachi ſolemnia colimus, eorũ apud te interceſſionibus adiuuemur. Per.

Deinde fit commem. S. Gregorij.

Antiphona.

O Doctor optimè Eccleſiæ ſanctæ lumen, beate Gregori, diuinæ legis amator deprecare pro nobis filium Dei, alleluia.

℣. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas, alleluia.

℟. Et oſtendit illi regnum Dei, alleluia.

Oratio.

DEvs, qui populo tuo æternæ ſalutis beatum Gregoriũ miniſtrum tribuiſti: præſta quæſumus, vt quem Doctorem vitæ habuimus in terris, interceſſorẽ habere mereamur in cælis. Per.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

FVrente in Chriſti Fideles Iuliano Apoſtata, ingẽs perſecutio Eccleſiam vèxauit; iuſſit enim vir impius, Chriſtianos inquíri, & ad iniqua Tribunalia perdúci, vt varijs tormentis cruciati Chriſti fidem negare cogerentur. Inter cæteros autem, cõprehenſus fuit Ianuarius Presbyter, probatæ virtutis ſenex, eiuſque cauſa Gordiano Iudici demandata, feliciſſimo ſucceſſu. Verbis enim Ianuarij tantam gratiam contulit Spiritus Sanctus, vt non ſolum Gordiánũ comminútis, igneque conſumptis Idólis, ad Chriſtum perduxerit, ſed etiam eius Vxorem Marinam nomine, vnà cum quinquaginta tribus domeſticis, Chriſtianæ fidei myſterijs eruditos, ſacro Fonte luſtrauerit.

℞. Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine:* Et æternitas temporum, alleluia, allel.
℣. Lætitia ſempiterna erit ſuper capita eorum, gaudium, & exultationem obtinebunt. Et æternitas.

Lectio v.

Intereà Iulianus cupiens, ea quæ de Ianuario ſaxerat Gordiánus, audire, Clementianum Tribunum ad eum miſit, qui, & ſanctum Senem in Traiáni foro Ioui cogeret thus adolere, & ſi renueret acerrimè fuſtibus cædi, ſed ille agnita Gordiáni, eiuſque vxoris, & familiæ conuerſione, illicò Cæſarem conuénit, eique quæ euenerant, iratus detulit; quamobrem exauctorato Gordiáno, in Vicarij munere ei ſubſtituit Clementianum, qui Marinam ad Aquas Saluias ruſticorum ſeruituti addixit, vt ærumnis confecta longo martyrio vitam finiret: Ipſum verò Gordiánum teterrimo carcere mandauit inclúdi. Dehinc in Telluris Templo parari Tribúnal imperauit, ibique ſiſti Gordiánum, quem & minis, & blandicijs è Chriſti fide ad Idolorum cultum, omni ſtudio reuocare curauit.
℞. In ſeruis ſuis, allel.* Conſolabitur Deus, alleluia.
℣. Iudicabit Dominus populum ſuum, & in ſeruis ſuis. Conſolabitur.

Lectio vj.

Sed animaduertens, nil in conſtantiſſimo confeſſore artes ſuas proficere, plumbatis cædi mandauit,

quo in cruciatu, cum vero Deo lętanter gratias referret, ira excandeſcens capite dãnauit. Sacrum martyris cadáuer ante Palladis Templum inhumatum proiectum, vt canibus cederet in cibum, ab ijs nedùm illæſum, ſed veluti præ dolore vlulantibus cuſtoditum fuit, donec poſt quin que dies à fidelibus ritè ſublatum, & honorifico ſepulchro don atum fuit via Latina, in Cripta, in quá reliquię beati Epimachi martyris tranſlatæ fuerant ab Alexandria, vbi is diù propter Chriſti confeſſionem conſtrictus in carcere, poſtremò cõbuſtus martyrio coronatus fuerat. Horum ſacra pignora, in noſtram Sacroſanctam Lateranenſem Eccleſiã translata, ibique honorificè aſſeruata, fideles venerantur, opemque ſentiunt eorum interceſſione, à Deo abundè præſtari.

℟. Filiæ Ieruſalem, veníte, & videte martyres cum coronis, quibus coronauit eos Dominus: *In die ſolemnitatis, & lætitiæ, allel. ℣. Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum, benedixit filios ruos in te. In die. Gloria. In die.

In iij. Noctur. Homil. ſuper Euang. Ego ſum vitis vos palmites. de communi Mart. Tempore Paſchali.

In ij. Veſp. à Cap. fit de S. Alexandro I. Papa, & martyre.

Ad Magnif. Antiph. Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine, & æternitas temporũ, alleluia.

Ora-

Oratio.

INfirmitatem noſtrã reſpice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat, beati Alexandri martyris tui, atque Pontificis, interceſſio glorioſa nos protegat. Per Dominum.

Deindè fit commem. SS. Gordiani &c. MM. Antiph. Sancti, & iuſti in Domino gaudete, alleluia. Vos elegit Deus in hæreditatem ſibi, alleluia.

℣. Pretioſa in conſpectu Domini, alleluia.
℟. Mors Sanctorum eius, alleluia.

Oratio. Da quęſumus omnipotens Deus &c. vt ſupra.

DIE XI. MAII.
In Feſto S. Alexandri I. Papæ, & Mart. Duplex.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

ALexander Romanus ex Patre Alexandro, de vico Caput Tauri, iuuenis quidem ætate, ſed ſanctitate incomparabilis, & fide clariſſimus, poſt Euariſtum, Sedē Apoſtolicam obtinuit. In memoriam Paſſionis Chriſti, primus in Sacrificio Miſſæ addidit: Qui pridiè quam pateretur: vſque ad ea verba: Hoc eſt Corpus meum. Inſtituit, vt tantummodò panis, & vinum in myſterio offerretur, atque in conſecratione corporis, & ſanguinis Dominici vinum aqua miſceretur, propter ſanguinem, & aquam, quæ ex Ieſu Chriſti latere profluxerunt. Idem decreuit, vt aqua benedicta ſale admixta

ſacris precibus interpoſitis, tàm in templis, quàm in cubiculis ad fugandos dæmones, perpetuò aſſeruaretur. Cùm autem eſſet Chriſtianæ Religionis feruentiſſimus prædicator, dum vixit, mirum in modum in hoc diligens fuit, vt doctrina, vitæque exemplo, quoſcumque poſſet, ad veram Chriſti Religionem perduceret.

℟. Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine:* Et æternitas temporum, alleluia, allel. ℣. Lætitia ſempiterna erit ſuper capita eorum, gaudium, & exultationem obtinebunt. Et æternitas.

Lectio v.

CVm igitur multis Romæ, vt abiurata falſa Religione veram fidem ſuſciperent, perſuaſiſſet, Senatores aliquot, & Hermetem Vrbis Præfectũ cum vxore, filijs, ſorore, ac tota domo, Ieſu Chriſto peperit. Quam ob rẽ accuſatus, quod Chriſtianus eſſet, ex Principis edicto captus, & in carcerem coniectus, ibidem diù, quòd à Chriſtianæ fidei profeſſione recedere nollet detẽtus eſt: cum autem vinctus teneretur, pueri miniſterio, qui facem ardentem præferebat, prodigioſè intempeſtæ noctis ſilẽtio, è carcere ad domum Quirini Tribuni, vbi beatus Hermes Vrbis Præfectus paulò ante captus in cuſtodia ſeruabatur, eductus, primũ filiam eius Balbinam ægram ſanauit, deindè patrem Quirinum miraculo attonitum, & ad Chriſtum traductũ,

cum filia Baptiſmi lauacro abluit. Hinc verò factum eſt,vt Quirinus ijs omnibus,quot, quot pro fide Chriſti vinctos habebat,libertatem abeundi conceſſerit. Erant inter illos Euentius, & Theodulus, qui ſancto Alexandro adiuncti, exire de carcere noluerunt, ſed Deo laudes perſoluentes martyrij palmam conſtanter expectarũt.

℟. In ſeruis ſuis allel.* Conſolabitur Deus, alleluia.

℣. Iudicabit Dominus populum ſuum, & in ſeruis ſuis. Conſolabitur.

Lectio vj.

EX his ſanctus Alexander primùm ab Aureliano Iudice interrogatus de Chriſtianæ Religionis myſterijs, ea reuelare noluit, aſſerens, ſanctum eſſe, quod Aurelianus manifeſtari cupiebat, & non permitti à Chriſto, ſanctum dari canibus: Ob quæ verba, beatus Pontifex in equuleũ impoſitus eſt, vngulis dilaniatus, atque lampadibus admótis grauiſſimè vſtus, cumque nullam amplius vocem emitteret, interrogatus ab Aureliano,cur taceret? hoc dignũ martyr reſponſum dedit: quia tempore orationis homo Chriſtianus cum Deo loquitur. Depoſito Alexandro exhibiti ſunt Euentius, & Theodulus, quos cum Aurelianus in fide cõſtantes inueniſſet, iuſſit Alexandrũ, & Euentium dorſum ad dorſum ligatos in ignem præcipitari, Theodulum verò ibidem adſtare, vt quaſi eorum

territus paſſione, ad ſacrificandum Idólis conſentiret. Cum autem Theodulus ſpontè in flammas proſilijſſet, & cum ipſis hymnos decantaret, ac Deo gratias ageret, fecit impius Iudex Alexandrum punctis crebberrimis per omnia membra perforari, quo fine vir ſanctus, martyriũ ſuum glorioſè compleuit. Huius corpus beata Seuera religioſa fœmina ſuſtulit, & cũ corpore beati Euentij gladio conſummati, in vno eodemque ſepulchro poſuit via Nomentana in prędio ſuo, vndè poſtea ad Vrbem translatum, in Eccleſia ſanctæ Sabinę reconditum fuit.

℟. Filiæ Ieruſalem venite, & videte martyres cum coronis, quibus coronauit eos Dominus: * In die ſolẽnitatis, & lætitiæ, allel. ℣. Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te. In die Gloria. In die.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euang. Ego ſum vitis vera &c. de commu. Mart. Temp. Paſc.

In ij. Veſper. à Cap. fit de ſancto Pancratio Martyre.

Ad Magnif. Antiph. Lux perpetua lucebit ſanctis tuis Dñe, & æternitas temporum, alleluia.

Oratio.

Præſta quæſumus omnipotens Deus vt qui beati Pancratij martyris tui natalita colimus, interceſſione eius in tui nominis amore roboremur. Per Dominum.

Deindè fit commem. S. Alexandri.

Antiph. Sancti, & iuſti in Domino gaudete, alleluia. Vos elegit Deus in hæreditatem ſibi, alleluia.

℣. Pretioſa in conſpectu Domini, alleluia.

℟. Mors ſanctorum eius, alleluia.

Orat. Infirmitatẽ noſtram &c. vt ſupra.

DIE XII. MAII.

In Feſto S. Pancratij M. Dupl.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

PAncratius nobiliſſimo genere in Phrygia, patre Cledonio natus, ab eodemque Dionyſij fratris fidei, & tutelę commendatus, cum ipſo poſt patris obitum, imperantibus Maximiano, & Diocletiano Chriſtiani nominis acerrimis hoſtibus, Romam venit, & in Cęlij montis Regione, domiciliũ elegit, vbi tunc ſęuiente in Chriſti fideles perſecutionis rabie, Romanus Pontifex Marcellus deliteſcebat. Cuius ſanctimoniam, morumquè integritatem animaduertens Dionyſius patruus cũ Pancratio nepote ſtudio chriſtianę pietatis ardere cępit, quamobrẽ decreuere, ſimul ipsũ adire, fideique myſteria addiſcere. Adeuntes igitur Pontificiam domũ, Euſebium Hoſtiarium, virum omnium virtutum genere cultiſſimũ flexis genibus exorarunt, vt ipſos ad Pontificis pedes cathechizandos, & ſacro Fonte luſtrandos ſiſteret.

℟. Lux perpetua lucebit ſanctis tuis Dñe: * Et æternitas temporum, alleluia.

℣. Le-

℣. Lætitia ſempiterna erit ſuper capita eorũ, gaudium, & exultationem obtinebunt. Et.

Lectio v.

EXcepit gaudens nouos Chriſti tyrones pijſſimus Paſtor & plenè edoctos, Chriſtianorum albo conſcripſit: ſed paulò poſt abeunte in Cęlos Dionyſio, & magis ęſtuante in electos Dei perſecutorum furore, adeò in ipſos ſæuítum eſt, vt etiam inauditi traherentur ad Tribunalia, & duriſſimè torquerentur. Hos inter cõprehenſus fuit Pancratius, qui vix quintum decimum ætatis annũ attingebat, quem Diocletianus ad ſe iuſſit addúci, eiuſque pulcritudinem demiratus promiſſis, & minis à ſuſcepta fide conatus eſt reuocare; ſed beatiſſimi adoleſcentis cõſtantia mirè refulſit, dùm adeò fortiter Cæſaris obiecta diluit, vt ipſi cederet in pudorẽ.

℟. In ſeruis ſuis, allel: * Conſolabitur Deus, alleluia.

℣. Iudicabit Dominus populum ſuum, & in ſeruis ſuis. Conſolabitur.

Lectio vj.

QVamobrem via Aurelia capite plectendum Diocletianus Pancratium decreuit: cuius Sacratiſſimum corpus Octauilla nobilis matrona. aromatibus condítum, & pretioſiſſimis linteaminibus inuolútum optimo loco ſepeliuit; vbi multa miracula ad huius ſacratiſſimi martyris gloriam, à Deo patrari conſueuerunt. Hoc autem inter cætera mirandum eſt, quod

refert beatus Gregorius Turonenſis Epiſcopus, inquiens; Ad ſepulchrum Pancratij martyris, ſi cuiuſque mens inſana, iuramentum inane proferre voluerit, priuſquam ſepulchrum eius adeat, hoc eſt, antequam vſque ad Cancellos, qui ſub arcu habentur, vbi Clericorum pſallentiũ ſtare mos eſt, accedat, ſtatim, aut arripitur à Dœmone, aut cadens in pauimento emittit ſpiritum. Huius verò Sancti venerandum Caput, in noſtra Sacroſancta Lateranenſi Eccleſia aſſeruatur, & colitur; & mirum planè eſt quod refertur, videlicet; quod, cum Sacra eadem Baſilica depopulantibus flammis abſumeretur, tribus diebus, totidemque noctibus, è ſacro Pancratij Capite, ab igne nec minimum læſo, & ſanguis, & lacrymæ vbertim prodigioſè manarunt.

℟. Filiæ Ieruſalem, venite, & videte martyres cum coronis, quibus coronauit eos Dominus: * In die ſolemnitatis, & lætitiæ, allel. ℣. Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te. In die. Gloria. In die.

In iij. Noct. Hom. ſuper Euang. Ego ſum vitis vera &c. de communi Martyrum Tempore Paſchali.

In ij. Veſp. Ad Magnif. Antiph. Sancti, & iuſti in Domino gaudete, allel. Vos elegit Deus in hæreditatem ſibi, alleluia.

Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens Deus

vt qui beati Pancratij martyris tui natalitia colimus, interceſſione eius, in tui nominis amore roboremur. Per Dominum.

Deindè fit commem. S. Stanislai Epiſcopi, & martyris.

Antiph. Lux perpetua lucebit ſanctis tuis Domine; & ęternitas temporum, alleluia.

℣. Sancti, & iuſti in Domino gaudete, alleluia.

℟. Vos elegit Deus in hæreditatem ſibi, alleluia.

Oratio.

DEvs pro cuius honore glorioſus Pōtifex Stanislaus gladijs impiorum occubuit: præſta quæſumus, vt omnes, qui eius implorant auxilium, petitionis ſuæ ſalutarem conſequantur effectum. Per Dominum.

DIE XIII. MAII.

In Feſto S. Stanislai Ep. & M. Semiduplex.

Vt in Breuiar. die vij. currentis.

In ij. Veſp. de S. Paſchali Papa, & Confeſs.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum, alleluia.

Oratio.

DA quęſumus omnipotens Deus, vt beati Paſchalis, cōfeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolēnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominum.

Deindè fit commem. S. Stanislai.

Antiph. Sancti, & iuſti in Dn̄o gaudete, allel. Vos elegit Deus in hæreditatem ſibi, alleluia.

℣. Pretioſa in conſpectu Domini, alleluia.
℟. Mors Sanctorum eius, alleluia.
Orat. Deus pro cuius honore &c. vt ſupra.
Poſteà fit commem. S. Bonifacij martyris.
Antiph. Lux perpetua lucebit Sãctis tuis Domine, & æternitas temporum, alleluia.
℣. Sancti, & iuſti in Dño gaudete, alleluia.
℟. Vos elegit Deus in hæreditatem ſibi, allel.

Oratio.

DA quęſumus omnipotens Deus, vt qui beati Bonifacij martyris tui ſolemnia colimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per Dominum.

DIE XIV. MAII.

In Feſto S. Paſchalis I. Papæ, & Conf. Dupl.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurren.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

PAſchalis, huius nominis primus, biduo poſt Stephani Quinti obitũ vix exacto, communibus Cleri ſuffragijs, ad ſupremum Sedis Apoſtolicæ apicem, inuitus licèt, & valdè reluctans, anno Domini noſtri Ieſu Chriſti, octingenteſimo ſeptimo decimo, promotus eſt. Vir ſanè omnigena doctrina, ſacra præſertim inſtructiſſimus, vitæ ſanctimonia inſignis, dicendi facultate clariſſimus, ſingulari denique pietate in Deũ, & charitate in proximum: Vt exteriora bona, hilari ſẽper animo, pauperibus erogabat; ità interioris animi opes, vigilijs, orationibus, & ieiunijs vacans, accumulabat.

℞. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſãcto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei, alleluia.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis nõ nocebit ei. Manus. Lect. v.

A Pueritia, in noſtræ Sacroſanctæ Eccleſiæ Patriarchío, ſub oculis Pontificum educatus, ità in omni virtutum genere, literis, & diſciplina eccleſiaſtica profécit; vt primum ſacris ordinibus initiatus, mox eius virtute perſpecta, à Leone Tertio Monaſterio ſancti Stephani præfectus fúerit; in quo, & ſubditis ſibi Monachis exemplo fuit, & peregrinos ad limina Apoſtolorum turmatim accedentes ità excépit, vt omnibus neceſſaria ſuppeditaret, ijſque Chriſtum imitatus, abiecta etiam exhiberet miniſteria; quibus pietatis, & charitatis officijs, digniſſimus omnium habitus eſt, qui Dominico gregi, & toti Eccleſiæ præeſſet.

℞. Poſui adiutorium ſuper potentẽ, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei, alleluia.

℣. Inuéni Dauid ſeruũ meum, oleo sãcto meo vnxi eum, Manus.

Lectio vj.

NIhil porrò in eo deſideratum eſt, quod ad perfectã regiminis Apoſtolici ſolicitudinẽ pertineret: Eccleſiæ Occidentalis diſciplinam, quæ ſub eo maximè floruit, intactam ſeruauit; Oriẽtalem verò ab Imperatore, & Patriarcha Ico-

nomachis agitatam, literis, & legatione recreauit, & Græcis Romam confugientibus, Monaſteriũ ſanctę Praxedis, ampliſſimis redditibus à ſe inſtructũ, benignè cõceſſit. Multa etiam corpora Sanctorum ex cœmeterijs, Pauli Primi exemplo, ac præſertim ſanctæ Cæciliæ, ipſa monſtrante, & reuelante, in Vrbem intulit; noua templa excitauit, reſtaurauit, & mirificè ornauit antiqua: Xenodochia, & ſacrarum Virginũ cœnobia, nouo cenſu recreauit. Extinctidemum incendij miraculo clariſſimus, migrauit ad Dominum, octauo ſui Põtificatus anno, & in Vaticana Baſilica conditus eſt.

℞. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum, alleluia.

℣. Iſte eſt, qui contempſit vitam mundi, & peruénit ad cæleſtia regna. Ipſe. Gloria Patri. Ipſe.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio ſancti Euãgelij ſecũdùm Matthæũ.

Lectio vij.

IN illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Homo peregrè proficiſcens vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Et reliqua.

Homilia ſancti Gregorij Papæ.

Homilia 9. in Euang.

LEctio ſancti Euãgelij, fratres chariſſimi, ſolicitè conſiderare nos admonet, ne nos, qui plus cæte-

ris in hoc mundo, accepiſſe aliquid cernimur ab auctore mundi, grauius inde iudicemur. Cùm enim augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum. Tantò ergò eſſe humilior, atque ad ſeruiendum Deo promptior, quiſque debet ex munere, quantò ſe obligatiorem eſſe conſpicit, in reddenda ratione. Ecce homo, qui peregrè proficiſcitur, ſeruos ſuos vocat, eiſque ad negocium talenta partitur. Poſt multum verò temporis, poſitúrus rationem reuertitur. Benè operantes pro apportato lucro remunerat, ſeruum verò à bono opere torpentem damnat.

℟. Amauit eum Dominus, & ornauit eũ: ſtolam gloriæ induit eum: * Et ad portas paradiſi coronauit eũ. alleluia.

℣. Induit eum Dominus loricam fidei, & ornauit eum. Et.

Lectio viij.

Quis itaque iſte homo eſt, qui peregrè proficiſcitur, niſi Redemptor noſter, qui in ea carne, quam aſſumpſerat abijt in cælum? carnis enim locus proprius terra eſt, quæ quaſi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem noſtrũ in cælo collocatur. Sed homo iſte peregrè proficiſcens ſeruis ſuis bona ſua tradidit, quia fidelibus ſuis ſpiritualia dona cõceſſit. Et vni quidẽ quinque talenta, alij duo, alij verò commiſit vnum. Quinque etenim ſunt corporis ſenſus: videlicet viſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus.

Quinque ergò talentis, donum quinque ſenſuum, ideſt, exteriorum ſcientia exprimitur. Duobus verò, intellectus, & operatio deſignatur. Vnius autem talenti nomine, intellectus tantummodò deſignatur.

℟. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris:* Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs, alleluia.

℣. Vigilate ergò, quia neſcítis, qua hora Dominus veſter ventúrus ſit. Et. Gloria. Et.

Pro S. Bonifacio Mart.

Lectio ix.

BOnifacius, ciuis Romanus, quòd cum Aglae nobili matrona impudicè verſatus eſſet, tanto illius intemperantiæ dolore captus eſt, vt penitentiæ cauſa, ſe ad conquirenda, & ſepelienda martyrum corpora contulerit. Itaque relictis peregrinationis ſocijs, cum Tharſi multos propter Chriſtianæ fidei profeſſionem varijs tormentis cruciatos vidiſſet, illorum vincula oſculatus, eos vehementer hortabatur, vt conſtanter ſupplicia perferrent, quod breuem laborem ſempiterna requies conſecutura ſit. Comprehenſus igitur, ferreis vngulis excarnificatus eſt: cui etiam inter manuum vngues, & carnē, acuti calami ſunt infixi, plumbumque liquefactum in os eius infuſum. Quibus in cruciatibus ea vox tantùm Bonifacij audiebatur; gratias tibi ago

Domine Ieſu Chriſte Fili Dei. Mox in ollam feruentis picis, demiſſo capite coniectus eſt: vndè cum inuiolatus exiſtet, ira incenſus iudex, eum ſecúri percuti iubet: quo tempore magnus terremotus factus eſt, ità vt multi infideles ad Chriſti Domini fidem conuerterentur. Eum ſequenti die quærentes ſocij, cum martyrio affectum cognouiſſent, quingentis ſolidis eius corpus redemerunt, & condítum vnguentis, linteiſque inuolutum, Romam portandum curarunt. Quod factum, cum ab Angelo Aglae matrona, quæ & ipſa pęnitens ſe pijs operibus addixerat, cognouiſſet: prodiens obuiàm ſancto corpori, Eccleſiam eius nomine ædificauit: in qua corpus ſepultum eſt, nonis Iunij, cum eius anima pridie Idus Maij, apud Tharſũ Ciliciæ vrbem migraſſet in cælum, Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus. T e Deum.

In Laud. pro commemorat. S. Bonifacij martyris.

Antiphona.

Filiæ Ieruſalem venite, & videte martyres cum coronis: quibus coronauit eos Dominus in die ſolemnitatis, & lætitiæ, alleluia, alleluia.

℣. Pretioſa in conſpectu Domini, alleluia.
℟. Mors Sanctorum eius, alleluia.

Oratio. Da quęſumus omnipotens Deus &c. vt ſupra.

In ij. Veſp. Ad Magnif. Antiph. Dum eſſet ſũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæ-

leſtia regna glorioſus migrauit, alleluia.

Oratio. D a quæſumus &c. vt ſupra.

Deindè fit commem. SS. Nerei &c. martyrũ.

Antiph. Lux perpetua lucebit Sãctis tuis Domine, & æternitas temporum, alleluia.

℣. Sancti, & iuſti in Dño gaudete, alleluia.

℟. Vos elegit Deus in hæreditatem ſibi, allel.

Oratio.

SEmper nos Domine, martyrum tuorum Nerei, Achillei, atque Domitillæ, foueat quæſumus beata ſolemnitas, & tuo dignos reddat obſequio. Per Dominum.

DIE XV. MAII.

In Feſto SS. Nerei, Achillei, atq; Domitillæ Martyrũ.

Semiduplex.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

NEreus, & Achilleus fratres, eunuchi Flauiæ Domitillæ, à beato Petro vnà cum ipſa, eiuſque matre Plautilla baptizati, cùm Domitillæ perſuaſiſſent, vt virginitatem ſuam Deo cõſecraret, ab eius ſpõſo Aureliano, tanquàm Chriſtiani accuſati, ob præclaram fidei confeſſionem, in Pontiam inſulam relegãtur; vbi ad quæſtionem iterùm vocati, & verberibus cæſi, mox Tarracinam perducti, à Minucio Rufo equuleo, & flammis cruciati, cum conſtanter negarent, ſe à ſancto Petro Apoſtolo baptizatos, vllis tormentis cogi poſſe, vt idólis immolarent, ſecúri percuſſi ſunt: quorum corpora ab Au-

ſpicio eorum diſcipulo, & Domitillæ educatore Romam delata, via Ardeatina ſepulta ſunt.

℟. Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine: * Et æternitas temporum, alleluia, alleluia.

℣. Lætitia ſempiterna erit ſuper capita eorum, gaudium, & exultationem obtinebunt. Et æternitas.

Lectio v.

FLauia Domitilla virgo Romana, Titi, & Domitiani Imperatorum neptis, cum ſacrum virginitatis velamen, à beato Clemente Papa accepiſſet, ab Aureliano ſpónſo, Titi Aurelij Conſulis filio, delata, quod Chriſtiana eſſet, à Domitiano Imperatore in inſulam Pontiam eſt deportata, vbi in carcere longum martyrium duxit. Demùm Tarracinam deducta, iterùm Chriſtum confeſſa, cum ſemper conſtantior apparéret, ſub Traiano Imperatore, iudicis iuſſu incenſo eius cubiculo, vnà cũ Theodóra, & Eufroſyna virginibus, & collactaneis ſuis, glorioſi martyrij curſum confécit, nonis Maij: quarum corpora integra inuenta, à Cæſario Diacono ſepulta ſunt. Hac verò die duorum fratrum, ac Domitillæ corpora ex Diaconía ſancti Adriáni ſimul translata, in ipſorum martyrum Baſilicam, Tituli Faſcíolæ, reſtituta ſunt.

℟. In ſeruis ſuis, allel: * Conſolabitur Deus, alleluia.

℣. Iudicabit Dominus populum ſuum, &

in ſeruis ſuis. Conſolabitur.

Sermo S. Auguſtini Epiſcopi.

Serm. 47. de Sanctis.

Lectio vj.

Quotieſcumque fratres chariſſimi, ſanctorum martyrum ſolemnia celebramus, ita ipſis intercedentibus, expectemus à Domino conſequi temporalia beneficia, vt ipſos martyres imitando, accipere mereamur æterna. Ab ipſis enim, ſanctorum martyrum in veritate feſtiuitatum gaudia celebrantur, qui ipſorum martyrum exempla ſequuntur. Solemnitates enim martyrũ, exhortationes ſũt martyriorum: vt imitari non pigeat, quod celebrare delectat.

℞. Filiæ Ieruſalem, venite, & videte martyres cum coronis, quibus coronauit eos Dominus: * In die ſolemnitatis, & lætitiæ, alleluia.

℣. Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te. In die. Gloria. In die.

In iij. Noctur. vt in Breuiario die 12. currentis.

In ij. Veſp. Ad Magnif. Antiph. Sancti, & iuſti in Domino gaudete, alleluia. Vos elegit Deus in hæreditatem ſibi, alleluia.

Orat. Semper nos Domine &c. vt ſupra.

Deindè fit commemoratio ſancti Vbaldi Epiſcopi, & confeſſoris.

Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum, alleluia.

℣. Ama-

℣. Amauit eum Dñs, & ornauit eum, allel.
℟. Stolã gloriæ induit eum, allel. Oratio.

DA quęſumus omnipotens Deus, vt beati Vbaldi confeſſoris tui,atque Põtificis veneranda ſolénitas,& deuotioné nobis augeat,& ſalutem.Per.

DIE XIX. MAII.

In Feſto S.Petri Cęleſtini V.PP. & Confeſs. Dupl.

Veſp.de ſancto Petro Cæleſtino.

Ad Magnif.Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex,paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum, allel. Oratio.

DEvs,qui beatum Petrum Cæleſtinum, ad ſummi Pontificatus apicem ſublimaſti, quique illum humilitati poſtponere docuiſti:concede propitius,vt eius exemplo cuncta mundi deſpicere, & ad promiſſa humilibus pręmia peruenire,feliciter mereamur. Per Dominum.

Deindè fit commem. S. Venantij Mart.

Antiph. Sancti, & iuſti in Domino gaudete, alleluia. Vos elegit Deus in hæreditatem ſibi, alleluia.
℣. Pretioſa in conſpectu Domini, alleluia.
℟. Mors Sanctorum eius, allel. Oratio.

DEvs,qui hunc dié beati Venantij martyris tui triumpho cõſecraſti;exaudi preces populi tui, & præſta, vt qui eius merita veneramur, fidei conſtantiam imitemur.

Poſtea fit commem. S. Pudentianæ Virg.

Antiph. Veni ſponſa Chriſti, accipe coronam, qua tibi Domi-

nus pręparauit in ęternum, alleluia.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua, allel.

℟. Intende, proſpere procede, & regna, alleluia. Oratio.

Exaudi nos Deus ſalutaris noſter: vt ſicut de beatæ Pudentianæ virginis tuæ feſtiuitate gaudemus, ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Petrus à nomine quo Pontifex eſt appellatus, Cęleſtinus dictus, honeſtis, catholiciſq; parẽtibus Æſerniæ in Samnitibus natus, adoleſcens vix ingreſſus, vt animum à mundi illecebris cuſtodiret, in ſolitudinem ſeceſſit. Ibi contemplationibus mentem nutriens, corpus in ſeruitutem redigens ferream catenam ad nudam carnem, adhibebat. Congregationem, quæ poſtea Cæleſtinorum dicta eſt, ſub Regula S. Benedicti inſtituit. Hinc quaſi lucerna ſupra candelabrum poſita, cum abſcõdi nequíret (Romana Eccleſia diù viduata Paſtore) in Petri Cathedram ignorans, & abſens aſcitus, magna nouitatis admiratione, non minus, quàm repentino gaudio cunctos affécit. Cum autem in Pontificatus ſublimitate collocatus, varijs diſtentus curis, aſſuetis incumbere meditationibus vix poſſe cognoſceret, oneri pariter, & honori voluntariè ceſſit; Indéque priſcam vitæ rationem re-

petens, obdormiuit in Domino, eiuſque pretioſam mortem Crux præfulgens in aere, antè cubiculi oſtium, reddidit amplius glorioſam. Miraculis multis tàm viuens, quàm poſt obitum claruit, quibus ritè examinatis, Clemens Quintus, anno poſtquam deceſſit vndecimo, ſanctorum numero adſcripſit.

℟. Inuèni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei, alleluia. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Ex libro Moralium S. Gregorij Papæ.

Lib. 10. c. 16. inc. 12. Iob.

Lectio v.

Deridetur iuſtiſim. plicitas. Huius mundi ſapientia eſt, cor machinationibus tegere; ſenſum verbis velare, quæ falſa ſunt, vera oſtendere; quæ vera ſunt, falſa demōſtrare. Hæc nimirum prudentia, vſu à iuuenibus ſcitur, hęc à pueris pretio diſcitur, hāc qui ſciunt, cęteros deſpiciendo ſuperbiunt; hanc qui neſciunt, ſubiecti, & timidi in alijs mirantur: quia ab eis hæc eadem duplicitatis iniquitas, nomine palliata diligitur, dum mentis peruerſitas, vrbanitas vocatur. Hæc ſibi obſequētibus pręcipit, honorum culmina quærere, adepta temporalis gloriæ vanitate gaudere, irrogata ab alijs mala multipliciùs reddere: cum vires ſuppetunt, nullis reſiſtentibus cedere: cum virtutis poſ-

ſibilitas deeſt, quidquid explere per malitiam non valent, hoc in pacifica bonitate ſimulare.

℟. Poſui adiutorium ſuper potentẽ, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei, alleluia.

℣. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſãcto meo vnxi eũ. Manus.

Lectio vj.

At contra, ſapientia iuſtorum eſt, nil per oſtenſionem fingere, ſenſum verbis aperire, vera vt ſunt diligere, falſa deuitare, bona gratis exhibere, mala libentius tolerare, quam facere, nullam iniuriæ vltionẽ quærere, pro veritate contumeliam lucrum putare. Sed hæc iuſtorum ſimplicitas deridetur: quia ab huius mundi ſapientibus, puritatis virtus, fatuitas creditur. Omne enim quod innocenter agitur, ab eis proculdubio ſtultum putatur: & quidquid in opere veritas approbat, carnali ſapientiæ fatuum ſonat. Quid namque ſtultius videtur mundo, quam mẽtem verbis oſtendere, nil callida machinatione ſimulare, nullas iniurijs contumelias reddere, pro maledicentibus orare, paupertatem quęrere, poſſeſſa relinquere, rapiẽti non reſiſtere, percutienti alteram maxillam præbere?

℟. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omniũ populorũ, allel.

℣. Iſte eſt, qui contempſit vitam mundi, & peruénit ad cæleſtia regna. Ipſe intercedat. Gloria Patri. Ipſe intercedat.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Matthęũ.

Lectio vij. c. 19. d.

IN illo tempore: Dixit Petrus ad Ieſũ Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

In natali ſancti Benedicti.

PErfectus ille eſt, qui abiens vendit omnia quæ habet, & dat pauperibus, ac veniens ſequitur Chriſtũ: habebit enim theſaurum non deficientem in cælis. Vndè bene interrogante Petro, dixit talibus Ieſus: Amẽ dico vobis, quod vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. In hac quippè vita pro eius nomine laborantes, in alia prçmium ſperare docuit: ideſt, in regeneratione, cum videlicet in vitam immortalem fuerimus reſurgendo regenerati, qui in vitam caducam mortaliter eramus geniti.

℟. Amauit eum Dominus, & ornauit eũ: ſtolam gloriæ induit eum: * Et ad portas paradiſi coronauit eũ, alleluia.

℣. Induit eum Dominus loricam fidei, & ornauit eum. Et ad portas.

Lectio viij.

ET iuſta prorſus retributio, vt qui hic pro Chriſto, humanæ gloriam celſitudinis neglexerunt, illic à Chriſto iudices glorificati ſingulariter cum eo aſſideant: quia à ſequendis eius veſtigijs nulla ratione poterant auelli: Nemo autem putet, duodecim tantúm Apoſtolos, quia pro Iuda præuaricante Matthias electus eſt, tunc eſſe iudicaturos, ſicut nec duodecim ſolæ ſunt tribus Iſrael iudicandæ: alióquin tribus Leui, quæ tertia decieſt, iniudicata recedet. ℟. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris:* Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dñm ſuum, quãdo reuertatur à nuptijs, al. ℣. Vigilate ergo, quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus ſit. Et vos ſimiles. Gloria. Et vos ſimiles.

Pro S. Pudentiana V.

Lectio ix.

PVdentiana Virgo Pudentis Romani filia, parentibus orbata, cum admirabili pietate chriſtianam Religionem coleret, vna cum ſorore Praxede, pecuniam ex vẽdito patrimonio redactam pauperibus diſtribuit; ſeque ieiunijs, & orationibus dedit. Crucis etiam opera tota eius familia, in qua erant nonaginta ſex homines, à Pio Põtifice baptizata eſt. Quod autem ab Antonino Imperatore ſancitum erat, ne Chriſtiani publicè ſacrificia facerent: Pius Põtifex in ędibus Puden-

tianæ cum Chriſtianis ſacra celebrabat. Quibus illa benignè acceptis, quæ ad vitam neceſſaria eſſent, ſuppedſtabat. Itaque in his chriſtianæ pietatis officijs migrauit è vita, & in ſepulchro patris ad cæmeterium Priſcillæ via Salaria ſepulta eſt, decimo quarto Kalendas Iunij. Te Deum &c.

Si hoc feſtum transferatur, loco S. Pudentianæ Virg. erit, vt infrà.

Lectio ix.

ET Paulus, qui tertiuſdecimus eſt Apoſtolus, iudicādi ſorte priuabitur cum ipſe dicat: neſcitis quoniā Angelos iudicabimus, quanto magis ſæcularia? ſciendum namque eſt, omnes qui ad exēplum Apoſtolorum, ſua reliquerunt omnia, & ſecuti ſunt Chriſtum, iudices cum eo venturos; ſicut etiam omne mortalium genus eſſe iudicandum. Quia enim duodenario ſępè numero, ſolet in ſcripturis vniuerſitas deſignari, per duodecim ſedes Apoſtolorum, omnium numeroſitas iudicantium, & per duodecim tribus Iſrael vniuerſitas eorum, qui iudicandi ſunt oſtenditur. Te Deum.

In Laud. pro comm. S. Pudentianæ.

Antiph. Simile eſt regnum cœlorum homini negociatori, quærenti bonas margaritas: inuenta vna pretioſa, dedit omnia ſua, & comparauit eam, alleluia.

℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, allel.

℟. Propterea benedixit te Deus in ęternum, allel.

Oratio. Exaudi nos Deus &c. vt ſupra.

In ij. Veſp. Ad Magnif. Antiph. Dum eſſet sũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit, alleluia.

Orat. Deus qui beatum Petrũ &c. vt ſup.

Deinde fit commem. S. Bernardini Senenſis Confeſſoris.

Antiph. Similabo eum viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram, allel.

℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum, alleluia.

℟. Stolam gloriæ induit eum, alleluia.

Oratio.

Domine Ieſu, qui beato Bernardino confeſſori tuo eximium ſancti nominis tui amorem tribuiſti, eius, quæſumus meritis, & interceſſione, ſpiritum nobis tuæ dilectionis benignus infunde. Qui viuis, &c

DIE XXV. MAII.

In Feſto.

S. Vrbani I. Papæ, & Mart. Duplex.

Veſp. de S. Vrbano. Ad Magnif. Antiph. Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine, & æternitas temporũ, alleluia.

Oratio.

Da quæſumus omnipotens Deus, vt qui beati Vrbani martyris tui, atque Pontificis ſolemnia colimus eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per Dominum.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Vrbanus Romanus, Alexandro Seuero Imperatore, doctrina, & vitæ ſanctitate multos ad Chri-

ſti fidem conuertit: in illis Valerianum, beatę Cæciliæ ſponſum, & Tiburtium Valeriani fratrem, qui poſteà martyrium forti animo ſubíerunt. Hic de bonis Eccleſiæ attributis ſcripſit his verbis: Ipſæ res fidelium, quæ Domino offeruntur, non debent in alios vſus, quàm Eccleſiaſticos, & chriſtianorum fratrum, vel indigentium conuerti, quia vota ſunt fidelium, & pretia peccatorum, ac patrimonia pauperũ. Sedit annos ſex, menſes ſeptem, dies quatuor: ac martyrio coronatus, ſepultus eſt in cæmeterio Prætextáti, octauo Kalendas Iunij. Ordinationibus quinque habitis menſe Decembri, creauit Presbyteros nouem, Diaconos quinque, Epiſcopos per diuerſa loca octo.

℟. Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine:* Et æternitas temporum, alleluia, allel. ℣. Lætitia ſempiterna erit ſuper capita eorum, gaudium, & exultationem obtinebunt. Et æternitas.

Sermo ſancti Auguſtini Epiſcopi.

De S. Cypriano 12.

Lectio v.

SErmonem exigit, tàm grata, & religioſa ſolemnitas, qua paſſionem beati martyris Vrbani celebramus. Triſtis procul dubiò tunc Eccleſia fuit, non damno cadentis, ſed deſiderio recedentis; ſemper cupiens videre præſentẽ tàm bonum rectorem, atque doctorem. Sed quos afflixerat ſolicitudo certaminis, con-

ſolata eſt corona victoris. Et nunc non ſolùm ſinè vlla triſtitia, verùm etiam cum ingenti lætitia, cuncta quæ tunc geſta ſunt, legendo recolimus: dieque iſto gaudere nobis conceſſum eſt, non timere: Neque enim formidamus terribiliter venientem, ſed expectamus hilariter redeuntem.

℞. In ſeruis ſuis, allel.* Conſolabitur Deus, alleluia.

℣. Iudicabit Dominus populum ſuum, & in ſeruis ſuis. Conſolabitur.

Lectio vj.

VIcína corporis morte, non moriebatur in animo Paſtoris, vigilantia paſtoralis; & cura tuendi Dominici gregis vſque ad extremum vitæ huius diem, mente ſobria tenebatur. Nec excutiebat ab animo diligētiam fideliſſimi diſpenſatoris, manus iam proxima cruenti carnificis. Ita ſe martyrem cogitabat futurū, vt eſſe non obliuiſceretur Epiſcopum; magis curans, quam rationē Paſtorum Principi de commiſſis ſibi ouibus redderet, quàm quid infideli de fide propria reſponderet. Amabat quippe eum, qui Petro dixerat, Amas me? Paſce oues meas. Et paſcebat oues eius, pro quibus ſanguinem fundere, illum imitans præparabat.

℞. Filiæ Ieruſalem, venite, & videte martyres cum coronis, quibus coronauit eos Dominus:* In die ſolemnitatis, & lætitiæ, allel.

℣. Quoniam confortauit ſeras portarum

tuarum, benedixit filios tuos in te. In die. Gloria. In die.

In iij. Noctur. Homil. ſuper Euang. Ego ſum vitis vera. de commu. Mart. Temp. Paſch.

In ij. Veſp. à Cap. fit de S. Eleutherio Papa, & Mart.

Ad Magnif. Antiph. Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine, & æternitas tēporum, alleluia.

Oratio.

Infirmitatem noſtrā reſpice omnipotēs Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat; beati Eleutherij martyris tui, atque Pontificis, interceſſio glorioſa nos protegat. Per Dominum.

Deinde fit commem. Sancti Vrbani.

Antiph. Sancti, & iuſti in Domino gaudete, alleluia. Vos elegit Deus in hæreditatem ſibi, alleluia.

℣. Pretioſa in conſpectu Domini, alleluia.

℞. Mors Sanctorum eius, alleluia.

Oratio. Da quęſumus omnipotens Deus &c. vt ſupra.

DIE XXVI. MAII.

In Feſto S. Eleutherij Papæ, & Mart. Duplex.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Eleutherius, natione Græcus, Abundio Patre, natus Nicopoli Epiri oppido, ex Presbytero Sāctæ Romanæ Eccleſiæ poſt Sotéris mortem, totius Cleri ſuffragijs, Romanus Pontifex renunciatus eſt, Marco Aurelio Imperatore Auguſto, quo munere egregiè, & ſumma cum

laude functus eſt, annos quindecim, dies viginti, tres tribus ordinationibus menſe Decembri factis, creatiſq; Presbyteris duodecim, Diaconis octo, Epiſcopis per diuerſa loca quindecim.

℞. Lux perpetua lucebit ſanctis tuis Domine :* Et æternitas tẽporum, alleluia.

℣. Lætitia ſempiterna erit ſuper capita eorũ, gaudium, & exultationem obtinebunt. Et.

Lectio v.

AB Eccleſia Lugdunenſi per literas, de nonnullis quæſtionibus conſultus, Irenęum virũ doctiſſimum literarum latorẽ humaniter excepit, eique Apoſtolicas traditiones, quas Romana Eccleſia illibatas ſeruauerat, aperuit. Superſtitioſas Montaniſtarum Xerophagias damnauit; optimas leges pro recta Iudiciorum Eccleſiaſticorum forma prę́ſcripſit; Marciónem, & Valentínũ ſæpiùs relapſos, ab Eccleſia penitùs eiecit.

℞. In ſeruis ſuis, allel. Conſolabitur Deus, alleluia.

℣. Iudicabit Dominus populum ſuum, & in ſeruis ſuis. Conſolabitur.

Lectio vj.

CVm ſumma pace Eccleſia frueretur, multos etiam ex optimatibus ad Chriſti fidem Romæ conuertit. A Lucio Britannorum Rege literas per Legatos accepit, diuini verbi Miniſtros poſtulante, ad quem Fugatiũ, & Damianum Romanæ Eccleſię Presbyteros miſit, à quibus Rex ipſe cũ

to-

tota familia, & ſubditi ferè omnes ſacro lauacro regenerati fuere. His demum, alijſq; pro diuino cultu peractis, ſancto fine quieuit, ſub Imperatore Commodo, quinto Kalendas Iunij, ſepultus in Vaticano.

℟. Filiæ Ieruſalem, venite, & videte martyres cum coronis, quibus coronauit eos Dominus: * In die ſolemnitatis, & lætitiæ, allel.
℣. Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te. In die. Gloria. In die.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euang. Ego ſum vitis vera. de commu. Mart. Temp. Paſch.

In ij. Veſp. à Cap. fit de S. Ioanne I. Papa, & Mart.

Ad Magnif. Antiph. Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine, & æternitas temporum, allel. Oratio.

DEvs, qui nos beati Ioannis martyris tui, atque Pontificis annua ſolemnitate lætificas; concede propitius, vt cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

Deindè fit commem. S. Eleutherij.

Antiph. Sancti, & iuſti in Dño gaudete, allel. Vos elegit Deus in hæreditatem ſibi, allel.
℣. Pretioſa in conſpectu Domini, alleluia.
℟. Mors ſanctorum eius alleluia.

Oratio. Infirmitatem noſtram &c. vt ſupra.

DIE XXVII. MAII.

In Feſto S. Ioan. I. PP. & M. Dup.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occur.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

IOannes Etruſcus, Conſtantino patre genitus, totius Cleri conſenſu, in locũ Hormiſdę vita functi, ex Presbytero tituli Pãmachij ſubrogatus fuit. Iuſtino ſeniore Imperatore, rexit Eccleſiã, ad quem profectus eſt Conſtantinopolim, auxilij cauſa, quòd Theodoricus Rex hęreticus diuexabat Italiã. Cuius etiam iter Deus miraculis illuſtrauit: Nam cum ei nobilis vir ad Corinthum, equum, quo eius vxor mãſueto vtebatur, itineris cauſa commodaſſet, factum eſt, vt domino poſtea remiſſus equus, ita ferox euaderet, vt fremitu, & totius corporis agitatione, ſemper deinceps dominã expulerit, tamquam indignaretur mulierẽ recipere, ex quo ſediſſet in eo Ieſu Chriſti Vicarius. Quamobrem illi, equum Pontifici donauerunt.

℞. Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Dñe: * Et ęternitas temporũ, alleluia.

℣. Lætitia ſempiterna erit ſuper capita eorũ: gaudium, & exultationem obtinebunt. Et æternitas.

Lectio v.

SEd illud maius miraculũ, quòd Conſtantinopoli, in aditu portę Aureæ, inſpectãte frequentiſſimo populo, qui vnà cum Imperatore, Pontifici honoris cauſa occurrerat, cœco lumen reſtituit. Ad cuius pedes proſtratus etiam Imperator, eum veneratus eſt. Rebus cum Imperatore compoſi-

tis in Italiam redijt, ſtatimque epiſtolam ſcripſit ad omnes Italiæ Epiſcopos, iubens eos ArrianorumEccleſias ád Catholicum ritum conſecrare, illud ſubiungens; Quia & nos, quando fuimus Conſtantinopoli, tam pro religione Catholica, quàm pro Regis Theodoríci cauſa, quaſcumque illis in partibus, eorum Eccleſias reperire potuimus, catholicas eas conſecrauimus.

℟. In ſeruis ſuis, allel:* Conſolabitur Deus, alleluia.

℣. Iudicabit Dominus populum ſuum, & in ſeruis ſuis. Conſolabitur.

Lectio vj.

QVod iniquiſſimo animo ferēs Theodorícus dolo, accerſitum Pontificem Rauennam, in carcerem coniecit, vbi ſqualore, inędiáq; afflictus, paucis diebus, ceſſit è vita, cùm ſediſſet annos duos, menſes nouem, dies quatuordecim: ordinatis eo tempore Epiſcopis quindecim. Paulò poſt moritur Theodorícus: quem quidam Eremíta, vt ſcribit ſanctus Gregorius, vidit ínter Ioannem Pontificem, & Symmacum Patriciũ, quem idem occiderat, demergi in ignem Liparitanum; vt videlicet illi, quibus mortem attulerat, tamquã iudices eſſent eius interitus. Ioannis corpus Rauenna Romam delatum èſt, & in Baſilica S. Petri ſepultum.

℟. Filiæ Ieruſalem, veníte, & videte martyres cũ coronis, quibus coronauit eos Do-

mi-

minus:* In die ſolemnitatis,& lætitiæ, allel. ℣. Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te. In die. Gloria. In die.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euang. Ego ſum vitis vera. de commu. Mart. Temp. Paſch.

In ij. Veſp. à Cap. fit de S. Bonifacio IV. Papa, & Conf.

In Hymno mutatur verſus.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum, allel. Oratio.

Da quęſumus omnipotens Deus, vt beati Bonifacij cōfeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolēnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominum.

Deinde fit commem. ſancti Ioannis.

Antiph. Sancti, & iuſti in Dño gaudete, allel. Vos elegit Deus in hæreditatem ſibi, alleluia.

℣. Pretioſa in conſpectu Domini, allel.

℟. Mors ſanctorum eius, alleluia.

Orat. Deus, qui nos &c. vt ſupra.

DIE XXVIII. MAII.

In Feſto S. Bonifacij IV. Papæ, & Confeſſ. Dupl.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Bonifacius huius nominis Quartus, Ioannis filius, Valeriæ Marſorum natus, ex Monacho ſancti Sebaſtiani extra Vrbem, & Presbytero Cardinali, ſub Imperatore Phoca, ad Pontificatum

aſſumptus eſt, & conſecratus die Dominica, quinto Kalendas Septembris, anno Domini ſexcenteſimo ſeptimo, ſeditque annos ſex, menſes octo, dies treſdecim, duabus ordinationibus peractis, menſe Decembri; in quibus Epiſcopos viginti quinque, Diaconos octo creauit.

℟. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo sãcto meo vnxi eũ: * Manus enim mea auxiliabitur ei, alleluia.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

Statim paternã domum in Monaſterium erexit, & fundos ſuos in Monachorum vſum eidem Monaſterio adſcripſit; ſed vt longè maiori beneficio, huius inſtituti homines ſibi obſtringeret, conuocatis ad Synodum Italiæ Epiſcopis, ſanctis legibus, labentem Monachorum diſciplinam reſtituit. Mellitus Londinenſis Epiſcopus, qui Romã venerat, de rebus Anglicis Chriſti Vicarium conſulturus, Synodo interfuit, illiuſque decreta, cum literis Bonifacij, in Britanniam tulit.

℟. Poſui adiutorium ſuper potẽtem, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei, alleluia.

℣. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum. Manus.

Lectio vj.

Ab Imperatore Phoca, Sanctiſſimus Pontifex, nobile

Romæ delúbrum, Pātheonſcilicet, obtinuit, Chriſtiano ritu conſecratum in Eccleſiam, Deiparæ Virgini, & ſanctis Martyribus dicatā mutauit: Ad maiorem ſanctitatem cōciliandam, incredibilem ſacrarū Reliquiarum vim, ex diuerſis arenarijs eductam, inferri, & iuxtà principem Aram condi curauit. Denique ſub Heraclio virtute, ac meritis clarus obdormiuit inDomino octauo Kalendas Iunij, ſepultus in Vaticano.

℟. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum, alleluia.

℣. Iſte eſt, qui contempſit vitam mundi, & peruénit ad cæleſtia regna. Ipſe. Gloria Patri. Ipſe.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euangel. Homo peregrè, de communi Conf. Pontif.

In ij. Veſp. à Cap. fit de S. Gregorio VII. Papa, & Conf.

In Hymn. mutatur verſus.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum, allel. Oratio.

DEvs in te ſperantium fortitudo, qui beatum Gregoriū confeſſorem tuum, atque Pontificem, pro tuenda Eccleſię libertate virtute conſtantiæ roboraſti; Da nobis eius exemplo, & interceſſione, omnia aduerſantia fortiter ſuperare. Per Dominum.

Deindè fit commem. Sancti Bonifacij.

Antiph. Dum eſſet sũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cęleſtia regna glorioſus migrauit, alleluia.

℣. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas, alleluia.

℟. Et oſtendit illi regnum Dei, alleluia.

Orat. Da quæſumus &c. vt ſupra.

DIE XXIX. MAII.

In Feſto S. Gregorij VII. Papę, & Conf. Dupl.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Gregorius huius nominis Septimus, anteá Hildebrandus, Soânæ in Tuſcia natus, Romæ ſub protectione ſancti Petri educatus eſt. Profeſſus in Galliam, cum à ſęculo alienus ſoli Deo ſeruire cuperet, monaſticam vitam in Cluniacenſi Cęnobio profeſſus eſt: ſed diuina prouidentia maiora de eo diſponente, in ſalutem plurimorum indè eductus, ac poſtmodùm Romanæ Eccleſię Cardinalis creatus, multis virtutibus claruit. Lugduni Epiſcopum Simoniacũ, ad ſui criminis confeſſionem miraculo adégit. Berengárium quoque, in Concilio Turonenſi, ad iteratam hæreſis abiurationem compulit. Cadolái Schiſma ſua virtute compreſſit.

℟. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſãcto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei, alleluia.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius

iniquitatis nō nocebit ei. M anus.

Lectio v.

MOrtuo Alexandro Secundo, inuitus, & mærens, vnanimi omnium conſenſu ſummus Pontifex electus, ſicut ſol effulſit in domo Dei: nàm potens in opere, & ſermone, Eccleſiaſticæ diſciplinæ reparandæ, fidei propagandæ, libertati Eccleſiæ reſtituendæ, extirpandis erroribus, & corruptelis ſtudio indefeſſo incubuit. Perſecutiones, & calumnias inuicto animo tolerauit. Aliquot Prouincias à ſimoniaca labe expurgauit. Henrici Imperatoris impijs conatibus, conſtantiſſimé reſtitit, eumque Regno, & fidelium communione priuauit.

℞. Poſui adiutorium ſuper potentē, & exaltaui electum de plebe mea: * M anus enim mea auxiliabitur ei, alleluia.

℣. Inuéni Dauid ſeruū meum, oleo sācto meo vnxi eum. M anus.

Lectio vj.

HIs, & alijs múltis Apoſtolico zelo patratis, ab Vrbe recedens Caſsínum ſe contulit, atque indè Salernū profectus, ad dedicandam Baſilicā ſancti Matthæi Apoſtolí, cum aliquando, in ea Ciuitate ſermonem habuiſſet ad populum, ærumnis confectus, in morbum incidit, quo ſe interitūrum præſciuit. Exactis itaque in Pontificatu annis duodecim, vir verè ſanctus, criminum vindex, & acerrimus Eccleſiæ defen-

for,

ſor, migrauit in cęlum anno ſalutis milleſimo octogeſimo quinto, multis in vita, & poſt mortem miraculis clarus.

℟. Iſte eſt, qui antè Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum, alleluia,

℣. Iſte eſt, qui contempſit vitam mundi, & peruénit ad cæleſtia regna. Ipſe. Gloria Patri. Ipſe.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euang. Vigilate, quia neſcitis &c. de commu. Conf. Pont.

In ij. Veſp. à Cap. de S. Felice I. Papa, & M.

Ad Magnif. Antiph. Lux perpetua lucebit Sãctis tuis Domine, & æternitas temporum, alleluia.

Oratio.

INfirmitatem noſtrã reſpice omnipotẽs Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat, beati Felicis martyris tui, atque Pontificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per Dominum.

Deindè fit commem. ſancti Gregorij.

Antiph. Dum eſſet sũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit, alleluia.

℣. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas, alleluia.

℟. Et oſtendit illi regnum Dei, alleluia.

Orat. Deus in te ſperãtiũ fortitudo &c. vt ſup.

DIE XXX. MAII.

In Feſto S. Felicis I. Papæ, & Mart. Duplex.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

FElix Romanus, patre Conſtantino, Aureliàno Imperatore præfuit Eccleſiæ. Conſtituit, vt Miſſa ſuper memorias, & ſepulchra martyrum celebraretur. Qui cum menſe Decẽbri habuiſſet Ordinationes duas, & creaſſet Presbyteros nouẽ, Diaconos quinque, Epiſcopos per diuerſa loca quinque, martyrio coronatus, via Aurelia ſepelitur in Baſilica, quam à ſe ædificatam dedicárat. Vixit in Pontificatu annos duos, menſes quatuor, dies viginti nouem.

℟. Lux perpetua lucebit ſanctis tuis Domine: * Et æternitas temporum, alleluia.

℣. Lætitia ſempiterna erit ſuper capita eorum, gaudium, & exultationem obtinebunt. Et æternitas.

Sermo S. Auguſtini Epiſcopi.

De verb. Dom. 50.

Lectio v.

PAſtor bonus Chriſtus. Quid Petrus? Nonne bonus Paſtor? Nonne, & ipſe animam ſuam pro ouibus poſuit? Quid Paulus? Quid cæteri Apoſtoli? Quid eorum tempora conſequẽtes beati Epiſcopi martyres? Quid etiam iſte ſanctus Felix? Nonne omnes paſtores boni, non mercenarij, de quibus dicitur, Amen dico vobis, perceperunt mercedem ſuam? Omnes ergo illi paſtores boni, non ſolùm quia ſanguinẽ fuderunt, ſed quia pro ouibus fuderunt. Nõ enim fuderũt elatione, ſed charitate.

℟. In ſeruis ſuis, allel: * Conſolabitur Deus, alleluia.
℣. Iudicabit Dominus populum ſuum, & in ſeruis ſuis. Conſolabitur.

Lectio vj.

NAm & apud hęreticos, qui propter iniquitates, & errores ſuos áliquid moleſtiarum perpeſſi fuerunt, nomine martyrij ſe iactant: vt hoc pallio dealbati facilius furentur, quia lupi sũt. Si autem vultis ſcire, in quo numero habendi ſunt, paſtorem bonum Paulum Apoſtolum audite: Quoniam non omnes, qui corpora ſua in paſſione etiam ignibus tradũt, æſtimandi ſunt ſanguinem fudiſſe pro ouibus, ſed potius contra oues. Si diſtribuero, inquit, omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meum, vt ardeam: Iàm ipſi ſunt: Sed vide, quid ſequitur: charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt. Ecce venítur ad paſſionem, ecce venítur & ad ſanguinis effuſionem, venítur & ad corporum incenſionem: & tamen nihil prodeſt, quia charitas deeſt. Adde charitatem, proſunt omnia: detrahe charitatem, nihil proſunt cætera.

℟. Filiæ Ieruſalem venite, & videte martyres cum coronis, quibus coronauit eos Dominus: * In die ſolẽnitatis, & lætitiæ, allel.
℣. Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te. In die. Gloria Patri, & Filio. In die.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euang. Ego ſum vitis vera. de communi Martyrum Tempore Paſchali. viij. ℟. Domine præueniſti, &c.

In ij. Veſp. à Cap. de Sancto Philippo Nerio Confeſſore.

In Hymno mutatur verſus.

Ad Magnif. Antiph. Similabo eum viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram, alleluia.

Oratio.

DEvs, qui beatum Philippum confeſſorem tuum ſanctorum tuorum gloria ſublimaſti: concede propitius, vt cuius ſolemnitate lætamur, eius virtutum proficiamus exemplo. Per Dominum.

Deindè fit commem. ſancti Felicis.

Antiph. Sancti, & iuſti in Domino gaudete, allel. Vos elegit Deus in hæreditatem ſibi, alleluia.

℣. Pretioſa in conſpectu Domini, alleluia.

℟. Mors Sanctorum eius, alleluia.

Orat. Infirmitatē noſtram &c. vt ſupra.

Poſteà fit commem. S. Petronillæ Virg.

Antiph. Veni ſponſa Chriſti, accipe coronam, quam tibi Dominus pręparauit in ęternum, alleluia.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua, allel.

℟. Intende, proſpere procede, & regna, allel.

Oratio.

EXaudi nos Deus ſalutaris noſter, vt ſicut de beatæ Petronillæ virginis tuæ feſtiuitate gaudemus, ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per.

DIE XXXI. MAII.
In Feſto
S. Philippi Nerij Conf.
Duplex.
Vt in Breuiar. die 26. currentis, ſed ix. Lect. erit de commu.
In Laud. commem. ſinè Lect. S. Petronillę virginis.
Antiph. Simile eſt regnum cœlorum homini negociatori, quęrenti bonas margaritas, inuenta vna pretioſa dedit omnia ſua, & comparauit eam, allel.
℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, alleluia.
℟. Propterea benedixit te Deus in æternum, alleluia.
Oratio. Exaudi nos Deus &c. vt ſupra.
In ij. Veſp. Ad Magnif.
Antiph. Hic vir deſpiciens mundum & terrena, triumphans, diuitias cœlo condidit ore manu, alleluia.
Orat. Deus qui beatum Philippum &c. vt ſupra.
Deindè fit commem. S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis.
Antiph. Veni ſponſa Chriſti, accipe coronam, quam tibi Dominus pręparauit in ęternum, alleluia.
℣. Specie tua, & pulchritudine tua, alleluia
℟. Intende, proſpere procede, & regna, alleluia.

Oratio.

DEvs virginitatis amator, qui beatam Mariam Magdalenam Virginem, tuo amore ſuccenſam cæleſtibus donis decoraſti; da vt quam feſtiua celebritate veneramur, puritate, & charitate imitemur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum &c.

FESTA IVNII.

Die j.

In Feſto

S. Mariæ Magdalenæ de Pazzís. Semid.

Vt in Breuiar. die 25. Maij, ſed ix. Lect. erit de communi.

In ij. Veſp. de Sancto Eugenio PP. & Conf.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum, allel. Oratio.

DA quæſumus omnipotens Deus, vt beati Eugenij confeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolẽnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominum.

Deindè fit commem. S. Mariæ Magdalenæ.

Antiph. Veni ſponſa Chriſti, accipe coronam, quã tibi Dñs præparauit in æternũ, allel.

℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, allel.

℞. Propterea benedixit te Deus in æternum, alleluia.

Orat. Deus virginitatís amator &c. vt ſupra.

Poſteà fit commem. S. Eraſmi Ep. & Mart.

Antiph. Lux perpetua lucebit ſanctis tuis Domine, & æternitas temporum, alleluia.

℣. Sancti, & iuſti in Domino gaudete, alleluia.

℞. Vos elegit Deus in hæreditatem ſibi, allel.

Oratio.

DEvs, qui beati Eraſmi martyris tui, atque Pontificis annua ſolemnitate lætificas; concede propitius, vt cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

DIE II. IVNII.

In Feſto S. Eugenij I. Papæ, & Conf. Duplex.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

BEato Martino huius nominis Primo, Tyrannica hæretici Imperatoris ſentétia, Chersónam relegato, Theodòro Exarco inſtante, Eugenius, patria Romanus, qui ferè à cunabulis, ſacro Clericorum ordini ſe addixerat, abſentis Pontificis vices geſſit, ne Romanæ Eccleſiæ adminiſtratio, ceſſaſſe omninò videretur; ſed hac reuera poteſtate modeſtè vti viſus eſt, cùm probè ſciret, Martino viuente, ſe legitimum Pontificem non eſſe, ſed illius dũtaxat, quaſi Viceſgerentem.

℟. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei, alleluia. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

VBi verò prædictus Chriſti martyr, ęrumnis, & inędia confectus, ad beatam vitam migrauiſſet, in Cathedra Petri, Clero conſentiente, vt legitimus Petri ſucceſſor, ſedit, & in illo Apoſtolici miniſterij culmine, talem ſe geſſit, qualem ſupremi muneris ei crediti dignitas, & omnium Chriſti fidelium, eius curæ commiſſorum ſalus, & vtilitas poſtulabant; mitis enim fuit, benignus, & manſuetus; & quod caput

eſt,

eſt, vitæ ſanctimonia illuſtris.

℟. Poſui adiutorium ſuper potentem, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei, alleluia.

℣. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum. Manus.

Lectio vj.

Singularē Cleri curam habuit, quem paterno ſemper amore, & multis beneficijs proſequutus eſt. In egenos tamen mirabilis eius beneficētia enituit, quibus redditus Eccleſiæ viuens, & moriens liberali manu erogauit, apprímè ratus, Eccleſiæ opes, ad nobiliores vſus applicari non poſſe, & ex manibus indigentium, ad æternitatis ærarium cum incredibili ſpiritualis vſuræ lucro, rectà tradúci. Tranſactis demum duobus annis, & nouem ferè menſibus, ſancto fine quieuit, anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo quinto, & eius corpus in Baſilica ſancti Petri reconditum fuit.

℟. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum, alleluia.

℣. Iſte eſt qui contempſit vitam mundi, & peruénit ad cęleſtia regna. Ipſe. Gloria. Ipſe.

IN III. NOCTVRNO

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Matthęū.

Lectio vij.

In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis

ſuis parabolam hanc: Homo peregrè proficiſcens vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Et reliqua.

Homilia ſancti Gregorij Papę.

LEctio ſancti Euãgelij, fratres chariſſimi, ſolicitè conſiderare nos admonet, ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo, accepiſſe aliquid cernimur ab auctore mundi, grauius inde iudicemur. Cum enim augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum. Tantò ergo eſſe humilior, atque ad ſeruiendum Deo promptior quiſque debet ex munere, quantò ſe obligatiorem eſſe conſpicit in reddẽda ratione. Ecce homo, qui peregrè proficiſcitur, ſeruos ſuos vocat, eiſque ad negocium talenta partitur. Poſt multum verò tẽporis poſiturus rationem reuertitur. Benè operantes pro apportato lucro remunerat. ſeruum verò à bono opere torpentem damnat.

℟. Amauit eum Dominus, & ornauit eũ: ſtolam gloriæ induit eum: * Et ad portas paradiſi coronauit eũ. alleluia.

℣. Induit eum Dominus loricam fidei, & ornauit eum. Et.

Lectio viij.

QVis itaque iſte homo eſt, qui peregrè proficiſcitur niſi Redemptor noſter, qui in ea carne, quam aſſumpſerat abijt in cælum? Carnis enim locus proprius terra eſt, quæ quaſi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem noſtrũ

in cęlo collocatur. Sed homo iſte peregrè proficiſcens ſeruis ſuis bona ſua tradidit, quia fidelibus ſuis ſpiritualia dona conceſſit. Et vni quidem quinque talenta, alij duo, alij verò commiſit vnum. Quinque etenim ſunt corporis ſenſus: videlicet, viſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus. Quinque ergo talentis, donum quinq; ſenſuum, ideſt, exteriorum ſcientia exprimitur. Duobus verò, intellectus, & operatio deſignatur. Vnius autem talenti nomine, intellectus tãtummodò deſignatur. ℟. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris:* Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dñm ſuum, quãdo reuertatur à nuptijs, al. ℣. Vigilate ergo, quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus ſit. * Et vos. Gloria. Et vos.

Pro Sancto Eraſmo Epiſc. & Mart.
Lectio ix.

Eraſmus Epiſcopus, Imperatoribus Diocletiano, & Maximiano, in Campania plumbatis, & fuſtibus cæſus, reſina quoque, ſulphure, plumbo liquefacto, & feruenti pice, cera, oleoque perfuſus, indè tamen integer, & inuiolatus euaſit. Quo miraculo, multi ſe ad Chriſti fidem conuerterunt. Verùm is iterum detrúſus in carcerem, conſtrictus ferreis, grauiſſimiſque vinculis, indè ab Angelo mirabiliter ereptus eſt. Deindè Formijs à Maximiano va-

rijs affectus ſupplicijs, tunicáque ærea candenti indútus, illa etiã tormenta diuina virtute ſuperauit. Denique plurimis & in fide confirmatis, & ad fidem conuerſis, inſignem martyrij palmã adeptus eſt. Te Deũ.

In Laud. pro comm. S.Eraſmi Ep.& Mart.

Antiph. Filię Ieruſalẽ, venite, & videte martyres cũ coronis, quibus coronauit eos Dominus: * In die ſolemnitatis, & lætitiæ, alleluia.

℣. Pretioſa in conſpectu Domini, alleluia.

℟. Mors ſanctorum eius, alleluia.

Orat. Deus, qui nos beati Eraſmi &c. vt ſupra.

In ij.Veſp. Ad Magnif. Antiph. Dum eſſet ſũmus Pontifex, terrena nonm etuit, ſed ad cęleſtia regna glorioſus migrauit, alleluia.

Orat. Da quæſumus &c. vt ſupra.

Deinde fit commem. SS.Marcellini, & Petri Martyrum.

Antiph. Lux perpetua lucebit Sãctis tuis Domine,& æternitas temporum, alleluia.

℣. Sancti, & iuſti in Dño gaudete, alleluia.

℟. Vos elegit Deus in hæreditatem ſibi, allel.

Oratio.

Devs, qui nos annua beatorum martyrum tuorũ Marcellini, & Petri ſolemnitate lætificas: pręſta quæſumus, vt quorum gaudemus meritis, accẽdamur exẽplis. Per.

DIE III. IVNII.

In Feſto SS. Marcellini,& Petri Martyrum. Semid.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

PEtrus Exorciſta, Chriſtianæ confeſſionis cauſa cœſus, Artemio carcerũ Pręfecto, imperante Diocletiano, arctiſſimè cuſtodiendus à Sereno iudice traditur. Erat autem Artemio filia nomine Paulina, quam vnicè amabat, ſed à malignis ſpiritibus obſeſſa, & crudeliter diuexata: hanc ſe liberam reddituram Petrus Artemio ſpondet, ſi Chriſti fide ſuſcepta, idolorum ſeruitutem abdicaret; quod cum irrideret ille, hac pacta conditione ſanctus Exorciſta conuenit, vt ſi fortiter obſeratis cuſtodiæ foribus, adauctoque cuſtodum numero, noctu domi ad filiam liberandam accederet, Chriſtianamy-ſteria ſuſciperet. Et ecce inclinata die, vinculis ſolutus, & liber aduẽtat Petrus, qui breui exorciſmo malos Genios depellit, virginémque prorſus liberam reddit. Quamobrem tàm grandi miraculo victus, carceris ianuas pandit, detentoſque vinctos, ad domum inuitat, vbi Marcellinus Presbyter à Petro adductus, Artemium cum vxore Candida, Paulina filia, alijſquè trecentis ſacro Fonte luſtrauit. Tu autem.

℟. Sancti tui Domine mirabile conſecuti sũt iter, ſeruientes præceptis tuis, vt inuenirentur illęſi in aquis validis: * Terra apparuit arida: & in mari Rubro via ſine impedimento, alleluia.

℣. Quoniam percuſſit petram, & fluxerunt

aquæ, & torrentes inundauerunt. Terra.

Lectio v.

QVod vbi Sereno iudici, quotidie pro Tribunali ſedenti innotuit, Artemium plumbatis cæſum teterrimo carceri iuſſit mancipari, obiurgatoque minaciter Petro, compedibuſque addicto, Marcellinum pugnis contundi præcepit, eumque nudum abſque lumine, & aqua in fætido carcere vitreis fragmentis ſtrato detineri. At Deus, qui numquam deſerit ſanctos ſuos, miſit Angelum ſuum, qui vincula abſoluit, iuſſitque liberos abíre, vt nutantes Chriſti fideles erigerent, ac confirmarent, ac demum ſeptiduo elapſo, glorioſum martyrij agonem cõpleturi, Sereno iudici ſe ſiſterent. Audita autem horum libertate, nequiſſimus iudex adeò furere cæpit, vt Artemium cum coniuge, & filia, via Aurelia ruderum mole ſepeliri mandauerit; quibus ad martyrij locum procedentibus, ingens Chriſtianorum copia occurrit, detentumque cum Petro Marcellinũ in cripta qua plectendi erant martyres, ſacra facere rogauit, ſed paulo poſt ſuperirruens Paganorũ multitudo, Artemium gladio confódit, & Candidam, atque Paulinam præcipites actas, crudeliter occiderunt. Tu autem &c.

℟. Verbera carnificũ non timuerunt ſancti Dei, morientes pro Chriſti nomine: * Vt hæredes fierent in domo Domini, alleluia.

℣. Tra-

℣. Tradiderunt corpora ſua propter Deũ ad ſupplicia. Vt.

Lectio vj.

INtereà ligatis ad arboris ſtipitem Petro, & Marcellino, ad Serenum miſerunt, vt ſtatueret, quid de illis agendum foret. Ille veró ad SiluamNigram, quæ poſteà in martyrum honorem Silua Candida appellata, & Epiſcopali honore decorata eſt, capite minuendos duci, decreuit. Quo in loco inuicti fidei Athlétæ, ſe inuicem pacis oſculo ſalutarunt, & datis pro Chriſto ceruicibus, martyriũ fortiter conſumarunt; teſtante poſteà Dorothéo carnifice, qui beati Iulij Pontificis tempore, conuerſus ad fidem, publicè pęnitentiam egit, pièque vitam clauſit, ſe eorum animas, tamquã ſpecioſiſſimas virgines, omni cultu circumamictas, Angelorum manibus, in Cælum deferri vidiſſe. Horum corpora, in Cripta iuxta ſanctum Tiburtium martyrem, eiuſdem monituLucilla, & Firmina nobiliſſimæ mulieres condidèrunt. Vtrique martyri, ConſtantinusMagnus Imperator, Baſilicam erexit, hodieque viſitur, inter duas Lauros, Sacroſãctæ noſtrę Lateranẽſi Eccleſię annexa. Tu autem.

℟. Tamquam aurum in fornace probauit electos Dñs: & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos: & in tempore erit reſpectus illorũ: * Quoniam donum, & pax eſt electis Dei, all. ℣. Qui confidunt in illum, intelligent veri-

tatem, & fideles in dilectione acquieſcẽt illi. Quoniam. Gloria. Quoniam.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euang. Ego ſum vitis, vos palmites &c. de commu. Martyrum Temp. Paſch.

In ij. Veſp. Ad Magnif. Antiph. Sancti, & iuſti in Domino gaudete, alleluia. Vos elegit Deus in hæreditatem ſibi, alleluia.

Orat. Deus, qui nos, annua &c. vt ſupra.

FINIS PARTIS VERNÆ.



PROPRIVM SANCTORVM
AD VSVM CLERI ROMANI LATERANENSIS.
Pars Æſtiua.



COMMEMORATIO
SALVATORIS,
ET VTRIVSQVE IOANNIS,
Sacroſanctæ Archibaſilicæ Titularium.

Antiphona ad Veſp. & Laudes.

SALVATOR mundi ſalua nos omnes, huius Aulæ ſeruulos, & Præcurſoris incliti, Diſcipulique dilecti deuota memoria, vota noſtra perducat in patriam.

AD VESPERAS.

℣. Mirabilis Deus. ℟. In Sanctis ſuis.

AD LAVDES.

℣. Saluos fac ſeruos tuos. ℟. Deus meus ſperantes in te.

OREMVS.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui hanc Sacratiſſimam Conſtantinianam Baſilicam, in tuo, & vtriuſque Ioannis nomine dedicatam, cunctarum Vrbis, & Orbis Eccleſiarum decoraſti primatu: concede nobis famulis tuis, vt amborum meritis, & precibus, à noſtris reatibus expiati, ad te Saluatorem noſtrum peruenire valeamus. Qui viuis &c.

SAcroſancta Lateranenſis Eccleſia, ad honorem condita SALVATORIS, culmen ac ſummitas totius Chriſtianæ Religionis effecta, ECCLESIA eſt ECCLESIARVM, & SANCTA SANCTORVM; ac omnes qui ſaluari appetunt, in materna pietatis gremio, confouet, & tuetur.

S. Petr. Damian. Epiſt. lib. 2. Ep. 1. ad S.R.E. Epiſcopos Cardinales.

Die vij.

IN FESTO S. BENEDICTI II. PAPÆ, ET CONFESSORIS.

Duplex.

Veſp. de S. Ioanne ante portam Latinam. Ad Magnif. Antiph. In feruentis olei dolium, miſſus beatus Ioannes Apoſtolus, diuina ſe protegente gratia illæſus exiuit.

Oratio.

DEvs, qui conſpicis, quia nos vndique mala noſtra perturbant: præſta quæſumus, vt beati Ioannis Apoſtoli tui, & Euangeliſtæ interceſſio glorioſa nos protegat. Per Dominum Deindè fit commem. S. Benedicti II. Papæ, & Confeſs.

Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum.

℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum.

℟. Stolam gloriæ induit eum.

Oratio.

DA quæſumus omnipotens Deus, vt beati Benedicti confeſſoris tui, atq; Pontificis veneranda ſolemnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominum.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

BEnedictus huius nominis Secũdus, Romanus genere, patre Ioanne ortus, poſt Leonis Secundi obitũ, ad munus Apoſtolicũ aſſumptus eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo octogeſimo quarto; & ſupremum Chriſtianæ Reipublicæ clauum, nouem circiter menſes tenuit, digniſſimus certè, qui diutius teneret; cùm à primis pueritiæ annis, ſe totum Eccleſiaſticis miniſterijs addixiſſet, ac ſedulam diuinis literis, & ſacrę pſalmodię operam nauaſſet.

℟. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

HIc non vno dumtaxat nomine, verum etiam cæleſtis benedictionis gratia, & ſanctæ conuerſationis exemplo, Benedictus, manſuetus, mitis, & humilis, inſignis etiam patientię, & pauperum amantiſſimus, in quos larga manu redditus Eccleſię profũdit: ad reſtaurandã quoque, ac exornandam Principis Apoſtolorum Baſilicam, aliaſque Vrbis Eccleſias, animum, & manum applicuit, in quo multa aureorum millia piè conſumpſit.

℟. Poſui adiutorium ſuper potentẽ, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Inuéni Dauid ſeruum

uum meum, oleo ſancto meo vnxi eum. Manus.

Lectio vj.

Mirifico etiã conſeruandæ, & propagandæ Religionis zelo flagrauit; Macharium Patriarcham Antiochenum, à ſexta Synodo, propter hæreſim depoſitum, ad ſaniorem mentem reducere, ſummo ſtudio laborauit. Scriptís etiam ad Epiſcopos Hiſpaniæ literis, eoſdem monuit, vt declararent apertiùs, & ſaniùs, quę de voluntate Dei, & tribus Chriſti ſubſtantijs ante ſcripſerant. Conſtantinus verò Imperator, tantò illum amore, & honore proſecutus eſt, vt & capillos ſuorum filiorum, in ſignum obſeruantię illi obtulerit. Sancto tandem fine quieuit, & ſepultus eſt in Vaticano.

℟. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum. ℣. Iſte eſt, qui contempſit vitam mundi, & peruénit ad cæleſtia regna. Ipſe. Gloria. Ipſe.

In iij. Noctur. Homil. ſuper Euang. Homo peregrè. de communi Confeſs. Pont.

Veſp. de Apparitione S. Michaelis Archãgeli, vt in Breuiario.

Deinde fit commem. S. Benedicti.

Antiph. Dum eſſet sũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit.

℣. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et oſtendit illi regnum Dei.

Orat. Da quæſumus &c. vt ſupra.

DIE X. MAII.

In Feſto SS. Gordiani, & Epimachi Martyrum.

Duplex.

Veſp. de S. Gregorio Nazianzeno Epiſc. & Confeſs. à Cap. fit de SS. Gordiano &c. MM.

Ad Magnif. Antiph. Iſtorum eſt enim regnum cœlorum, qui contempſerunt vitam mundi, & peruenerunt ad præmia regni, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

Oratio.

DA quęſumus omnipotens Deus; vt qui beatorum martyrum tuorum Gordiáni, & Epimachi ſolemnia colimus, eorũ apud te interceſſionibus adiuuemur. Per.

Deinde fit commem. S. Gregorij.

Antiph. O Doctor optime, Eccleſiæ ſanctæ lumen, beate Gregori, diuinæ legis amator deprecare pro nobis filium Dei.

℣. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et oſtendit illi regnum Dei. Oratio.

DEvs, qui populo tuo æternæ ſalutis beatum Gregoriũ miniſtrum tribuiſti: præſta quęſumus, vt quem Doctorem vitæ habuimus in terris, interceſſorẽ habere mereamur in cælis. Per

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

FVrente in Chriſti fideles Iuliano Apoſtata, ingens perſecutio Eccleſiam vexauit; iuſſit enim vir

im-

impius, Chriſtianos inquiri, & ad iniqua Tribunalia perduci, vt varijs tormentis cruciati, Chriſti fidem negare cogerentur. Inter cæteros autem, cōprehenſus fuit Ianuarius Presbyter, probatæ virtutis ſenex, eiuſque cauſa Gordiáno Iudici demandata, feliciſſimo ſucceſſu. Verbis enim Ianuarij tantam gratiam contulit Spiritus Sanctus, vt non ſolum Gordiánū comminútis, ignéque conſumptis Idólis, ad Chriſtum perduxerit, ſed etiam eius vxorem Marinam nomine, vnà cum quinquaginta tribus domeſticis, Chriſtianæ fidei myſterijs eruditos, ſacro Fonte luſtrauerit.

℟. Sancti tui Domine mirabile conſecuti sūt iter, ſeruientes præceptis tuis, vt inuénirentur illæſi in aquis validis: * Terra apparuit arida: & in mari Rubro via ſine impedímento.

℣. Quoniam percuſſit petram, & fluxerunt aquæ; & torrentes inundauerunt. Terra.

Lectio v.

Intereà Iulianus cupiens, ea quæ de Ianuario ſãxerat Gordiánus, audire, Clementianum Tribunum ad eum miſit, qui, & ſanctum Senem in Traiani foro Ioui cogeret thus adolere, & ſi renueret acerrimè fuſtibus cędi; ſed ille agnita Gordiáni, eiuſque vxoris, & familię conuerſione, illicò Cæſarem conuénit, eique quæ euenerant, iratus detulit; quamobrem exauctorato Gordiáno, in Vicarij munere

ei ſubſtituit Clementianum, qui Marinam ad Aquas Saluias ruſticorum ſeruituti addixit, vt ærumnis confecta longo martyrio vitam finiret: Ipſum verò Gordiánum teterrimo carcere mandauit inclúdi. Dehinc in Telluris Templo parari Tribúnal imperauit, ibique ſiſti Gordiánum, quem & minis, & blandicijs è Chriſti fide ad Idolorum cultum, omni ſtudio reuocare curauit.

℞. Verbera carnificũ non timuerunt ſancti Dei, morientes pro Chriſti nomine: * Vt hæredes fierent in domo Domini.

℣. Tradiderunt corpora ſua propter Deũ ad ſupplicia. Vt.

Lectio vj.

SEd animaduertens, nil in conſtantiſſimo confeſſore artes ſuas proficere, plumbatis cędi mandauit, quo in cruciatu, cum verò Deo lętanter gratias referret, ira excandeſcens capite dãnauit. Sacrum martyris cadáuer, ante Palladis Templum inhumatum proiectum, vt canibus cederet in cibum, ab ijs nedùm illæſum, ſed veluti præ dolore vlulantibus cuſtoditum fuit, donec poſt quinque dies à fidelibus rite ſublatum, & honorifico ſepulchro donatum fuit via Latina, in Cripta, in quã reliquię beati Epimachi martyris tranſlatæ fuerant ab Alexandria, vbi is diù propter Chriſti confeſſionem conſtrictus in carcere, poſtremò cõbuſtus martyrio coronatus fuerat. Ho-

rum ſacra pignora, in noſtram Sacroſanctam Lateranenſem Eccleſiã translata, ibique honorificè aſſeruata, fideles venerantur, opemque ſentiunt eorum interceſſione, à Deo abundè pręſtari.

℟. Tamquam aurũ in fornace probauit electos Dominus: & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos: & in tempore erit reſpectus illorum:* Quoniam donum, & pax eſt electis Dei.

℣. Qui confidunt in illum, intelligent veritatem: & fideles in dilectione acquieſcẽt illi. Quoniam. Gloria. Quoniam.

In iij. Noctur. Homil ſuper Euang. Deſcendens Ieſus de Monte. vt in communi plur martyrum.

In ij. Veſp. à Cap. fi de S. Alexandro I. Papa, & martyre.

Ad Magnif. Antiph. Iſte ſanctus prò lege Dei ſui certauit vſq; ad mortem, & à verbis impiorum non timuit, fũdatus enim erat ſupra firmam petram.

Oratio.

INfirmitatem noſtrã reſpice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat, beati Alexandri martyris tui, atq; Pontificis, interceſſio glorioſa nos protegat. Per Dominum.

Deindè fit commem Sancti Gordiani, & Martyrum.

Antiph. Gaudent in cœlis animæ ſanctorũ, qui Chriſti veſtigia sũt ſecuti; & quia pro eius amore ſanguinem ſuũ fuderunt ideò cum Chriſto exultant ſine fine.

℣ Exul-

℣. Exultabunt ſancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis.

Oratio. Da quæſumus omnipotens Deus &c. vt ſupra.

DIE XI. MAII.

In Feſto S. Alexandri I. Papæ & Mart. Duplex.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

ALexander Romanus ex Patre Alexandro, de vico Caput Tauri, iuuenis quidem ætate, ſed ſanctitate incomparabilis, & fide clariſſimus, poſt Euariſtum, Sedem Apoſtolicam obtinuit. In memoriam Paſſionis Chriſti, primus in Sacrificio Miſſæ addidit: Qui pridiè quam pateretur: vſque ad ea verba: Hoc eſt Corpus meum. Inſtituit, vt tantummodò panis, & vinum in myſterio offerretur, atque in conſecratione corporis, & ſanguinis Dominici vinum aqua miſceretur, propter ſanguinem, & aquam, quæ ex Ieſu Chriſti latere profluxerunt. Idem decreuit, vt aqua benedicta ſale admixta ſacris precibus interpoſitis, tàm in tẽplis, quàm in cubiculis ad fugandos dæmones, perpetuò aſſeruaretur. Cùm autem eſſet Chriſtianæ Religionis feruentiſſimus prædicator, dum vixit, mirum in modum in hoc diligens fuit, vt doctrina, vitæque exemplo, quoſcumque poſſet, ad veram Chriſti Religionem perduceret.

℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſto-

ſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

℣. Deſcenditque cum illo in foueam: & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Lectio v.

CVm igitur multis Romæ, vt abiurata falſa Religione veram fidem ſuſciperent, perſuaſiſſet; Senatores aliquot, & Hermetem Vrbis Præfectum cum vxore, filijs, ſorore, ac tota domo, Ieſu Chriſto peperit. Quam ob rem accuſatus, quod Chriſtianus eſſet, ex Principis edicto captus, & in carcerem coniectus, ibidem diù, quòd à Chriſtianæ fidei profeſſione recedere nollet, detentus eſt: cum autem vinctus teneretur, pueri miniſterio, qui facem ardentem præferebat, prodigioſè intempeſtæ noctis ſilentio, è carcere ad domum Quirini Tribuni, vbi beatus Hermes Vrbis Præfectus paulò ante captus, in cuſtodia ſeruabatur, eductus, primũ filiam eius Balbinam ægram ſanauit, deindè patrẽ Quirinũ miraculo attonitum, & ad Chriſtum traductum, cum filia Baptiſmi lauacro abluit. Hinc verò factum eſt, vt Quirinus ijs omnibus, quotquot pro fide Chriſti vinctos habebat, libertatem abeundi conceſſerit. Erant inter illos Euentius, & Theodulus, qui ſancto Alexandro adiuncti, exire de carcere noluerunt, ſed Deo laudes perſoluẽtes martyrij palmam

con-

conſtanter expectarũt.

℞. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine, * Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronã de lapide pretioſo. Et voluntate.

Lectio vj.

Ex his ſanctus Alexander, primùm ab Aureliano Iudice interrogatus de Chriſtianæ Religionis myſterijs, ea reuelare noluit, aſſerens ſanctum eſſe, quod Aurelianus manifeſtari cupiebat, & non permitti à Chriſto, ſanctum dari canibus: Ob quæ verba, beatus Pontifex in equuleũ impoſitus eſt, vngulis dilaniatus, atque lampadibus admotis grauiſſimè vſtus, cumque nullam amplius vocem emitteret, interrogatus ab Aureliano, cur taceret? hoc dignum martyr reſponſum dedit: quia tempore orationis homo Chriſtianus cum Deo loquitur. Depoſito Alexandro exhibiti ſunt Euẽtius, & Theodulus, quos cum Aurelianus in fide conſtantes inueniſſet, iuſſit Alexandrum, & Euentium dorſum ad dorſum ligatos in ignem præcipitari, Theodulum verò ibidem adſtare, vt quaſi eorum territus paſſione, ad ſacrificandum Idólis conſentiret. Cum autem Theodulus ſponte in flammas proſilijſſet, & cum ipſis hymnos decantaret, ac Deo gratias ageret, fecit impius Iudex Alexandrum punctis

creberrimis per omnia mẽbra perforari, quo fine vir ſanctus, martyrium ſuum gloriosè compleuit. Huius corpus beata Seuera religioſa fœmina ſuſtulit, & cum corpore beati Euentij gladio cõſummati, in vno eodemq; ſepulchro, poſuit via Nomentana in prædio ſuo, vndè poſtea ad Vrbem translatum, in Eccleſia ſanctæ Sabinæ reconditum fuit.

℞. Stola iucunditatis induit eũ Dominus :* Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius.

℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et.

Gloria Patri. Et.

In iij. Noct. Hom. ſuper Euang. Si quis venit. de Cõi vnius mart.

In ij. Veſper. à Cap. fit de ſancto Pancratio Martyre.

Ad Magnif. Antiph. Iſte Sanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram.

Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens Deus vt qui beati Pancratij martyris tui natalitia colimus, interceſſionẽ eius in tui nominis amore roboremur. Per.

Deindè fit commem. S. Alexandri. Antiph. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

℣. Iuſtus vt palma florebit.

℞. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio. Infirmitatem noſtram, &c. vt ſupra.

DIE XII. MAII.

In Feſtò Sancti Pancratij Martyris.

Duplex.

In j. Nocturno Lectiones de Scriptura occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

PAncratius nobiliſſimo genere in Phrygia, patre Cledonio natus, ab eodemque Dionyſij fratris fidei, & tutelæ commendatus, cum ipſo poſt patris obitum, imperantibus Maximiano, & Diocletiano Chriſtiani nominis acerrimis hoſtibus, Romam venit, & in Cęlij montis Regione, domicilium elegit, vbi tunc ſæuiente in Chriſti fideles perſecutionis rabie, Romanus Pōtifex Marcellus deliteſcebat. Cuius ſanctimoniam, morumquè integritatem animaduertēs Dionyſius patruus, cum Pancratio nepote ſtudio chriſtianæ pietatis ardere cępit, quamobrem decreuere, ſimul ipſum adire, fideique myſteria addiſcere. Adeuntes igitur Pontificiam domum, Euſebium Hoſtiarium, virum omnium virtutum genere cultiſſimum flexis genibus exorarunt, vt ipſos ad Pontificis pedes cathechizandos, & ſacro Fonte luſtrandos ſiſteret.

℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

℣. Deſcenditque cum illo in foueam: & in vinculis non dereliquit eum, Et dedit.

Le-

Lectio v.

EXcepit gaudens nouos Chriſti tyrones pijſſimus Paſtor & plenè edoctos, Chriſtianorum albo conſcripſit; ſed paulò poſt abeunte in Cęlos Dionyſio, & magis eſtuante in electos Dei perſecutorum furore, adeò in ipſos ſæuitum eſt, vt etiam inauditi traherentur ad Tribunalia, & duriſſimè torquerētur. Hos inter comprehenſus fuit Pancratius, qui vix quintum decimum ætatis annum attingebat, quem Diocletianus ad ſe iuſſit adduci, eiuſque pulchritudinem demiratus, promiſſis, & minis à ſuſcepta fide conatus eſt reuocare; ſed beatiſſimi adoleſcentis conſtantia mirè refulſit, cum adeò fortiter Cæſaris obiecta diluit, vt ipſi cederet in pudorem.

℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Dñe: * Et volūtate labiorum eius nō fraudaſti eum. ℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Et voluntate.

Lectio vj.

QVamobrem via Aurelia capite plectēdum Diocletianus Pancratium decreuit: cuius ſacratiſſimum corpus Octauilla nobilis matrona aromatibus conditum & pretioſiſſimis linteaminibus inuolutum optimo loco ſepeliuit; vbi multa miracula ad huius ſacratiſſimi martyris gloriam, à Deo patrari conſueuerunt. Hoc autem inter cætera mirandum eſt, quod

re-

refert beatus Gregorius Turonenſis Epiſcopus, inquiens; Ad ſepulchrum Pancratij martyris, ſi cuiuſque mens inſana, iuramẽtum inane proferre voluerit, priuſquam ſepulchrum eius adeat, hoc eſt, antequam vſque ad cancellos, qui ſub arcu habentur, vbi Clericorum pſallentiũ ſtare mos eſt, accedat, ſtatim, aut arripitur à Dœmone, aut cadens in pauimento emittit ſpiritum. Huius verò Sancti venerandũ Caput, in noſtra Sacroſancta Lateranenſi Eccleſia aſſeruatur, & colitur; & mirum plané eſt quod refertur, videlicet; quod, cum Sacra eadem Baſilica depopulantibus flammis abſumeretur, tribus diebus, totidemque noctibus, è ſacro Pancratij capite, ab igne nec minimum læſo, & ſanguis, & lacrymæ vbertim prodigioſe manarunt.

℟. Stola iucunditatis induit eum Dominus;* Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius.

℣. Cibauit illum Dñs pane vitę & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et. Gloria Patri. Et.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euang. Si quis venit ad me. de Communi vnius Martyris.

In ij. Veſp. Ad Magnif. Antiph. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens Deus vt qui beati Pancratij martyris tui natalitia colimus, interceſſione

eius, in tui nominis amore roboremur. Per Dominum.

Deindè fit commem. S. Stanislai Epiſcopi, & martyris.

Antiph. Iſte Sanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram.

℣. Gloria & honore coronaſti eũ Domine.
℟. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Oratio.

Deus pro cuius honore glorioſus Pontifex Stanislaus gladijs impiorum occubuit: præſta quæſumus, vt omnes, qui eius implorant auxilium, petitionis ſuæ ſalutarem conſequantur effectum. Per Dominum.

DIE XIII. MAII.
In Feſto
S. Stanislai Ep. & M.
Semiduplex.

Vt in Breuiar. die vij. currentis: Sed iuxtà ritum vnius mart. extra tempus Paſchale. Et in iij. Noct. Homil. ſuper. Euáng. Si quis venit ad me. vt in eodem Communi vnius martyris.

In ij. Veſp. de S. Paſchali Papa, & Conf.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum.

Oratio.

Da quęſumus omnipotens Deus, vt beati Paſchalis confeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolemnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominum.

Deinde fit commem. S. Stanislai.

Antiph. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

℣. Iuſtus vt palma florebit.

℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Orat. Deus pro cuius honore &c. vt ſupra.

Poſteà fit commem. S. Bonifacij martyris.

Antiph. Iſte Sanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit; fundatus enim erat ſupra firmam petram.

℣. Gloria, & honore coronaſti eum Dñe.

℟. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Oratio.

Da quęſumus omnipotens Deus, vt qui beati Bonifacij martyris tui ſolemnia colimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per Dominum.

DIE XIV. MAII.

In Feſto S. Paſchalis I. Papæ, & Conf. Dupl.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Paſchalis huius nominis Primus, biduo poſt Stephani Quinti obitũ vix exacto, communibus Cleri ſuffragijs, ad ſupremum Sedis Apoſtolicæ apicem, inuitus licèt, & valdè reluctans, anno Domini noſtri Ieſu Chriſti, octingenteſimo ſeptimo decimo, promotus eſt. Vir ſanè omnigena doctrina, ſacra præſertim inſtructiſsimus, vitæ ſanctimonia inſignis, dicendi facultate cla-

riſsimus, ſingulari denique pietate in Deū, & charitate in proximum. Vt exteriora bona, hilari ſemper animo, pauperibus erogabat: ità interioris animí opes, vigilijs, orationibus, & ieiunijs vacans, accumulabat.

℟. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

A Pueritia, in noſtræ Sacroſanctæ Eccleſiæ Patriarchio, ſub oculis Pontificum educatus, ita in omni virtutum genere, literis, & diſciplina eccleſiaſtica profecit; vt primùm ſacris ordinibus initiatus, mox eius virtute perſpecta, à Leone Tertio Monaſterio ſancti Stephani præfectus fuerit; in quo, & ſubditis ſibi Monachis exemplo fuít, & peregrinos ad limina Apoſtolorum turmatim accedentes ità excepit, vt omnibus neceſſaria ſuppeditaret, iiſque Chriſtum imitatus, abiecta etiam exhiberet miniſteria: Quibus pietatis, & charitatis officijs, digniſsimus omnium habitus eſt, qui Dominico gregi, & toti Eccleſiæ præeſſet.

℟. Poſui adiutorium ſuper potenté, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum. Manus.

Lectio vj.

NIhil porrò in eo deſideratum eſt, quod ad perfectã regiminis Apoſtolici ſolicitudinẽ pertineret. Eccleſiæ Occidentalis diſciplinam, quæ ſub eo maximè floruit, intactã ſeruauit; Orientalem verò ab Imperatore, & Patriarcha Iconomachis agitatã, literis,& legatione recreauit, & Græcis Romam confugientibus,Monaſterium ſanctæ Praxedis, ampliſſimis redditibus à ſe inſtructum, benignè conceſſit. Multa etiam corpora Sãctorum ex cœmeterijs,Pauli Primi exemplo, ac præſertim ſanctæ Cæciliæ, ipſa monſtrante,& reuelante; in Vrbem intulit; noua templa excitauit, reſtaurauit; & mirificè ornauit antiqua: Xenodochia, & ſacrarum Virginum cœnobia, nouo cenſu recreauit. Extincti demum incendij miraculo clariſſimus, migrauit ad Dominũ, octauo ſui Põtificatus anno, & in Vaticana Baſilica conditus eſt.

℟. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: *Ipſe intercedat pro peccatis omniũ populorum. ℣. Iſte eſt, qui contempſit vitam mundi, & peruenit ad cæléſtia regna. Ipſe. Gloria Patri. Ipſe.

IN III.NOCTVRNO.

Lectio ſancti Euãgelij ſecũdùm Matthæũ.

Lectio vij. c.25.

IN illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Homo peregrè profi-

ciſcens vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Et reliqua.

Homilia ſancti Gregorij Papæ.

Homilia 9. in Euang.

LEctio ſancti Euãgelij, fratres chariſſimi, ſolicitè conſiderare nos admonet, ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo, accepiſſe aliquid cernimur ab auctore mundi, grauius inde iudicemur. Cùm enim augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum. Tantò ergò eſſe humilior, atque ad ſeruiendum Deo promptior, quiſque debet ex munere, quantò ſe obligatiorem eſſe cõſpicit, in reddenda ratione. Ecce homo, qui peregrè proficiſcitur, ſeruos ſuos vocat, eiſque ad negocium talenta partitur. Poſt multum verò temporis, poſiturus rationem reuertitur. Benè operantes pro apportato lucro remunerat, ſeruum verò à bono opere torpentem damnat.

℟. Amauit eum Dominus, & ornauit eũ: ſtolam gloriæ induit eum: * Et ad portas paradiſi coronauit eũ. ℣. Induit eum Dominus loricam fidei, & ornauit eum. Et.

Lectio viij.

QVis itaque iſte homo eſt, qui peregrè proficiſcitur, niſi Redemptor noſter, qui in ea carne, quam aſſumpſerat abijt in cælum? carnis enim locus proprius terra eſt, quæ quaſi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem noſtrũ in cælo collocatur. Sed homo iſte peregrè proficiſcens ſeruis ſuis

bona ſua tradidit, quia fidelibus ſuis ſpiritualia dona conceſſit. Et vni quidem quinque talenta, alij duo, alij verò commiſit vnum. Quinque etenim ſunt corporis ſenſus: videlicet viſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus. Quinque ergò talentis, donum quinque ſenſuum, ideſt, exteriorum ſcientia exprimitur. Duobus verò, intellectus, & operatio deſignatur. Vnius autem talenti nomine, intellectus tantummodò deſignatur.

℟. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris:* Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs.

℣. Vigilate ergò, quia neſcitis, qua hora Dominus veſter ventúrus ſit. Et. Gloria. Et.

Pro S. Bonifacio Mart.

Lectio ix.

BOnifacius ciuis Romanus, quòd cum Aglae nobili matrona impudicè verſatus eſſet, tanto illius intemperantiæ dolore captus eſt, vt pęnitentiæ cauſa, ſe ad conquirenda, & ſepelienda martyrum corpora contulerit. Itaque relictis peregrinationis ſocijs, cum Tharſi multos propter Chriſtianæ fidei profeſſionem varijs tormentis cruciatos vidiſſet, illorum vincula oſculatus, eos vehementer hortabatur, vt conſtanter ſupplicia perferrent, quòd breuem laborem ſempiterna requies conſecutura ſit. Comprehenſus igitur, ferreis vngulis ex-

car-

carnificatus eſt: cui etiam inter manuum vngues, & carnē, acuti calami ſunt infixi, plumbumque liquefactum in os eius infuſum. Quibus in cruciatibus ea vox tantùm Bonifacij audiebatur; gratias tibi ago Domine Ieſu Chriſte Fili Dei. Mox in ollam feruentis picis, demiſſo capite coniectus eſt; vndè cum inuiolatus exiſſet, ira incenſus iudex, eum ſecúri percuti iubet: quo tēpore magnus terremotus factus eſt, itá vt multi infideles ad Chriſti Domini fidem conuerterentur. Eum ſequenti die quærentes ſocij, cum martyrio affectum cognouiſſent, quingentis ſolidis eius corpus redemerunt, & condítum vnguentis, linteiſque inuolútum, Romam portandum curarunt. Quod factum, cum ab Angelo Aglae matrona, quæ & ipſa pęnitens ſe pijs operibus addixerat, cognouiſſet: prodiens obuiám ſancto corpori, Eccleſiam eius nomine ædificauit, in qua corpus ſepultum eſt, nonis Iunij, cum eius anima pridie Idus Maij, apud Tharſum Ciliciæ vrbem migraſſet in cælum, Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus. Te Deum.

In Laud. pro comm. S. Bonifacij Mart.

Antiph. Qui odit animam ſuam in hoc mūdo, in vitam æternam cuſtodit eam.

℣. Iuſtus, vt palma florebit.

℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Oratio. Da quęſumus

omnipotens Deus &c. vt ſupra .

In ij. Veſp. Ad Magnif. Antiph. Dum eſſet sũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit.

Oratio. Da quæſumus &c. vt ſupra .

Deindè fit commem. SS. Nerei &c. Mart.

Aña. Iſtorum eſt enim regnum cœlorum, qui contempſerunt vitam mundi, & peruenerunt ad præmia regni, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

℣. Lætamini in Domino, & exultate iuſti.

℟. Et gloriamini omnes recti corde.

Oratio.

SEmper nos Domine, martyrum tuorum Nerei, Achillei, atquè Domitillæ, foueat quæſumus beata ſolemnitas, & tuo dignos reddat obſequio. Per Dominum.

DIE XV. MAII.

In Feſto SS. Nerei, Achillei, atq; Domitillæ Martyrũ.

Semiduplex,

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

NEreus, & Achilleus fratres, eunuchi Flauiæ Domitillæ, à beato Petro vnà cum ipſa, eiuſque matre Plautilla baptizati, cum Domitillę perſuaſiſſent, vt virginitatem ſuam Deo conſecraret, ab eius ſponſo Aureliano, tamquàm Chriſtiani accuſati, ob prę claram fidei confeſſionem, in Pontiam inſulam relegantur; vbi ad quæſtionem iterum vocati, & verberibus cæſi, mox Tarracinam perducti, à Minucio

Ru-

Rufo equuleo,& flammis cruciati,cum conſtanter negarent, ſe à ſancto Petro Apoſtolo baptizatos, vllis tormentis cogi poſſe, vt idólis immolarent, ſecúri percuſſi ſunt:quorum corpora ab Auſpicio eorum diſcipulo, & Domitillę educatore Romam delata, via Ardeatina ſepulta ſunt.

℟. Sancti tui Domine mirabile conſecuti ſũt iter, ſeruientes præceptis tuis, vt inuenirentur illęſi in aquis validis: * Terra apparuit arida: & in mari Rubro via ſine impedimento.

℣. Quoniam percuſſit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. Terra.

Lectio vi.

Flauia Domitilla virgo Romana, Titi, & Domitiani Imperatorum neptis, cum ſacrum virginitatis velamen, à beato Clemente Papa accepiſſet, ab Aureliano ſponſo, Titi Aurelij Conſulis filio, delata, quod Chriſtiana eſſet, à Domitiano Imperatore in inſulam Pontiam eſt deportata, vbi in carcere longum martyrium duxit. Demùm Tarracinam deducta, iterùm Chriſtum confeſſa, cum ſemper conſtantior apparéret, ſub Traiano Imperatore, iudicis iuſſu incenſo eius cubiculo, vnà cũ Theodóra, & Eufroſyna virginibus, & collactaneis ſuis, glorioſi martyrij curſum confecit, nonis Maij: quarum corpora integra inuenta, à Cæſario Diacono ſepulta ſunt. Hac verò díe duorum

fra-

fratrum, ac Domitillæ corpora, ex Diaconía ſancti Adriáni ſimul translata, in ipſorum martyrum Baſilicam, Tituli Faſcíolæ, reſtituta ſunt.

℟. Verbera carnificũ non timuerunt ſancti Dei, morientes pro Chriſti nomine: * Vt hæredes fierent in domo Dómini.

℣. Tradiderunt corpora ſua propter Deũ ad ſupplicia. Vt.

Sermo S. Auguſtini Epiſcopi.

Serm.47. de Sanctis.

Lectio vj.

Quotieſcumque fratres chariſſimi ſanctorum martyrum ſolemnia celebramus, ita ipſis intercedentibus, expectemus à Dómino conſequi temporalia beneficia, vt ipſos martyres imitando, accipere mereamur æterna. Ab ipſis enim, ſanctorum martyrum in veritate feſtiuitatum gaudia celebrantur, qui ipſorum martyrum exempla ſequuntur. Solemnitates enim martyrũ, exhortationes sũt martyriorum; vt imitari non pigeat, quod celebrare delectat.

℟. Tamquam aurum in fornace probauit electos Dominus: & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos: & in tempore erit reſpectus illorum: * Quoniam donum, & pax eſt electis Dei.

℣. Qui confidunt in illum, intelligent veritatem: & fideles in dilectione acquieſcẽt illi. Quoniam donum. Gloria Patri, & Filio. Quoniam.

In iij. Noctur. vt in Breu. die 12. currentis

cum Reſp. de commu. plur. Mart.

In ij. Veſp. Ad Magnif. Antiph. Gaudent in Cœlis animæ ſanctorũ qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti; & quia pro eius amore ſanguinem ſuum fuderunt: ideò cum Chriſto exultant ſine fine.

Orat. Semper nos Domine &c. vt ſupra.

Deindè fit commem. ſancti Vbaldi Epiſc. & confeſſoris.

Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum.

℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eũ.

℞. Stolam gloriæ induit eum. Oratio.

DA quęſumus omnipotens Deus, vt beati Vbaldi confeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolemnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominũ.

DIE XIX. MAII.

In Feſto

S. Petri Cęleſtini V. PP. & Conf. Dupl.

Veſp. de ſancto Petro Cæleſtino.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum. Oratio.

DEvs, qui beatum Petrum Cęleſtinum, ad ſummi Pontificatus apicem ſublimaſti, quique illum humilitati poſtponere docuiſti: concede propitius, vt eius exemplo cuncta mundi deſpicere, & ad promiſſa humilibus pręmia peruenire, feliciter mereamur. Per Dominum.

Deindè fit commem. S. Venantij Mart.

Antiph. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam,& ſequatur me.

℣. Iuſtus, vt palma florebit.

℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Oratio.

DEvs, qui hunc diem beati Venantij martyris tui triumpho conſecraſti; exaudi preces populi tui, & præſta, vt qui eius merita veneramur, fidei conſtantiam imitemur.

Poſteà fit commem. S. Pudentianæ Virg.

Antiph. Veni ſponſa Chriſti, accipe coronam, quà tibi Dominus pręparauit in ęternum.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua.

℟. Intende, proſpere procede, & regna.

Oratio.

EXaudi nos Deus ſalutaris noſter: vt ſicut de beatæ Pudentianæ virginis tuæ feſtiuitate gaudemus, ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

PEtrus à nomine quo Pontifex eſt appellatus, Cęleſtinus dictus, honeſtis, catholicíſq; parẽtibus Æſerniæ in Samnitibus natus, adoleſcens vix ingreſſus, vt animum à mundi illecebris cuſtodiret, in ſolitudinem ſeceſſit. Ibi contemplationibus mentem nutriens, corpus in ſeruitutem redigens ferream catenam ad nudam carnem, adhibebat. Congregationem, quæ poſtea Cæ-

leſtinorum dicta eſt, ſub Regula S. Benedicti inſtituit. Hinc quaſi lucerna ſupra candelabrum poſita, cum abſcōdi nequiret (Romana Eccleſia diù viduata Paſtore) in Petri Cathedram ignorans, & abſens aſcitus, magna nouitatis admiratione, non minus, quàm repentino gaudio cunctos affécit. Cum autem in Pontificatus ſublimitate collocatus, varijs diſtentus curis, aſſuetis incumbere meditationibus vix poſſe cognoſceret, oneri pariter, & honori voluntariè ceſſit; Indéque priſcam vitæ rationem repetens, obdormiuit in Domino, eiuſque pretioſam mortem Crux præfulgens in aere, antè cubiculi oſtium, reddidit amplius glorioſam. Miraculis multis tàm viuens, quàm poſt obitum claruit, quibus ritè examinatis, Clemens Quintus, anno poſtquam deceſſit vndecimo, ſanctorum numero adſcripſit.

℟. Inuèni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Ex libro Moralium S. Gregorij Papæ.

Lib. 10. c. 16. inc. 12. Iob.

Lectio v.

DEridetur iuſti ſimplicitas. Huius mundi ſapientia eſt, cor machinationibus tegere, ſenſum verbis velare, quæ falſa ſunt, vera oſtendere, quæ vera ſunt, falſa demō-

ſtrare. Hæc nimirum prudentia, vſu à iuuenibus ſcitur, hęc à pueris pretio diſcitur, hãc qui ſciunt, cęteros deſpiciendo ſuperbiunt; hanc qui neſciunt, ſubiecti, & timidi in alijs mirantur: quia ab eis hæc eadem duplicitatis iniquitas, nomine palliata diligitur, dum mentis peruerſitas, vrbanitas vocatur. Hæc ſibi obſequẽtibus prę cipit, honorum culmina quærere, adepta temporalis gloriæ vanitate gaudere, irrogata ab alijs mala multiplíciùs reddere: cum vires ſuppetunt, nullis reſiſtentibus cedere: cum virtutis poſſibilitas deeſt, quidquid explere per malitiam non valent, hoc in pacifica bonitate ſimulare.

℟. Poſui adiutorium ſuper potentem, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum. Manus.

Lectio vj.

At contra, ſapientia iuſtorum eſt, nil per oſtenſionem fingere, ſenſum verbis aperire, vera vt ſunt diligere, falſa deuitare, bona gratis exhibere, mala libentius tolerare quam facere, nullam iniuriæ vltionem quærere, pro veritate contumeliam lucrum putare. Sed hęc iuſtorum ſimplicitas deridetur: quia ab huius mundi ſapientibus puritatis virtus, fatuitas creditur. Omne enim quod innocenter agitur, ab eis procul-

du-

dubio ſtultum putatur: & quidquid in opere veritas approbat, carnali ſapientiæ fatuum ſonat. Quid namque ſtultius videtur mundo, quam mẽtem verbis oſtendere, nil callida machinatione ſimulare, nullas iniurijs contumelias reddere, pro maledicentibus orare, paupertatem quęrere, poſſeſſa relinquere, rapiẽti non reſiſtere, percutienti alteram maxillam præbere?

℟. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum.

℣. Iſte eſt, qui contempſit vitam mundi, & peruénit ad cæleſtia regna. Ipſe. Gloria. Ipſe.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Matthęũ.

Lectio vij. c. 19. d.

IN illo tempore: dixit Petrus ad Ieſũ Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Homilia Venerabilis Bedæ Presbyteri.

In natali S. Benedicti.

PErfectus ille eſt, qui abiens vendit omnia quæ habet, & dat pauperibus, ac veniens ſequitur Chriſtũ: habebit enim theſaurum non deficientem in cælis. Vndè bene interrogante Petro, dixit talibus Ieſus: Amẽ dico vobis, quod vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudi-

cantes duodecim tribus Iſrael. In hac quippè vita pro eius nominè laborantes, in alia præmium ſperare docuit: ideſt, in regeneratione, cum videlicet in vitam immortalem fuerimus reſurgendo regenerati, qui in vitam caducam mortaliter eramus geniti.

℟. Amauit eum Dominus, & ornauit eum: ſtolam gloriæ induit eum: * Et ad portas paradiſi coronauit eũ. ℣. Induit eum Dominus loricam fidei, & ornauit eum. Et.

Lectio viij.

ET iuſta prorſus retributio, vt qui hic pro Chriſto, humanæ gloriam celſitudinis neglexerunt, illic à Chriſto iudices glorificati ſingulariter cum eo aſſideant: quia à ſequendis eius veſtigijs nulla ratione poterant auelli. Nemo autem putet, duodecim tantùm Apoſtolos, quia pro Iuda præuaricante Matthias electus eſt, tunc eſſe iudicaturos, ſicut nec duodecim ſolæ ſunt tribus Iſrael iudicandæ: alióquin tribus Leui, quæ tertia decima eſt, iniudicata recedet.

℟. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris: * Et vos ſimiles hominibus expectãtibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs.

℣. Vigilate ergo, quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus ſit. Et vos. Gloria. Et.

Pro S. Pudentiana V.

Lectio ix.

PVdentiana virgo Pudentis Romani filia, parentibus orba-

ta ; cum admirabili pietate chriſtianam Religionem coleret, vnà cum ſorore Praxede, pecuniam ex vẽdito patrimonio redactam, pauperibus diſtribuit; ſeque ieiunijs, & orationibus dedit. Crucis etiam opera tota eius familia, in qua erant nonaginta ſex homines, à Pio Põtifice baptizata eſt. Quòd autem ab Antonino Imperatore sãcitum erat, ne Chriſtiani publicè ſacrificia facerent, Pius Põtifex in ędibus Pudentianæ cum Chriſtianis ſacra celebrabat. Quibus illa benignè acceptis, quæ ad vitam neceſſaria eſſent, ſuppeditabat. Itaque in his chriſtianæ pietatis officijs migrauit è vita, & in ſepulchro patris ad cæmeterium Priſcillæ via Salaria ſepulta eſt, decimo quarto Kalendas Iunij. Te Deum &c.

Si hoc feſtum transferatur, loco S. Pudentianæ Virg. erit, vt infrà.

Lectio ix.

ET Paulus, qui tertiuſdecimus eſt Apoſtolus, iudicandi ſorte priuabitur, cum ipſe dicat: Neſcitis quoniam Angelos iudicabimus, qãnto magis ſæcularia? ſciendum namque eſt, omnes qui ad exemplum Apoſtolorum, ſua reliquerunt omnia, & ſecuti ſunt Chriſtum, iudices cum eo venturos; ſicut etiam omne mortalium genus eſſe iudicandum. Quia enim duodenario ſępè numero, ſolet in ſcripturis vniuerſitas deſignari, per duodecim ſedes Apoſtolorum,

omnium numeroſitas iudicantium, & per duodecim tribus Iſrael vniuerſitas eorum, qui iudicandi ſunt oſtenditur. Te Deum.

In Laud. pro comm. S. Pudentianæ.

Antiph Simile eſt regnum cœlorum homini negociatori, quærenti bonas margaritas: inuenta vna pretioſa, dedit omnia ſua, & compatauit eũ.

℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.

℟. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Oratio. Exaudi nos Deus &c. vt ſupra.

In ij. Veſp. Ad Magnif.

Antiph. Dum eſſet ſũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cęleſtia regna glorioſus migrauit.

Orat. Deus qui beatum Petrũ &c. vt ſup.

Deindè fit commem. S. Bernardini Senenſis Confeſſoris.

Antiph. Similabo eum viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram.

℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum.

℟. Stolam gloriæ induit eum. Oratio.

Domine Ieſu, qui beato Bernardino confeſſori, tuo eximium ſancti nominis tui amorem tribuiſti, eius quæſumus meritis, & interceſſione, ſpiritum nobis tuę dilectionis benignus infunde. Qui viuis, &c.

DIE XXV. MAII.

In Feſto S. Vrbani I. Papæ, & Mart. Duplex.

Veſp. de S. Vrbano.

Ad Magnif. Antiph.

Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à ver-

bis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram. Oratio.

DA quęſumus omnipotens Deus, vt qui beati Vrbani martyris tui, atque Pontificis ſolemnia colimus eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per Dominum.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

VRbanus Romanus, Alexandro Seuero Imperatore, doctrina, & vitæ ſanctitate multos ad Chriſti fidem conuertit: In illis Valerianum, beatę Cæciliæ ſponſum, & Tiburtium Valeriani fratrem, qui poſteà martyrium forti animo ſubierunt. Hic de bonis Eccleſiæ attributis ſcripſit his verbis: Ipſæ res fidelium, quæ Domino offeruntur, non debent in alios vſus, quàm Eccleſiaſticos, & chriſtianorum fratrum, vel indigentium conuerti, quia vota ſunt fidelium, & pretia peccatorum, ac patrimonia pauperũ. Sedit annos ſex, menſes ſeptem, dies quatuor: ac martyrío coronatus, ſepultus eſt in cæmeterio Prætextáti, octauo Kalendas Iunij. Ordinationibus quinque habitis menſe Decẽbri, creauit Presbyteros nouẽ, Diaconos qninq; Epiſcopos per diuerſa loca octo.

℟. Honeſtum fecit illũ Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

℣. Deſcenditque cum illo in foueam, & in

vinculis non dereliquit eum. ℞.

Sermo ſancti Auguſtini Epiſcopi.

De S. Cypriano 12.

Lectio v.

SErmonem exigit, tàm grata, & religioſa ſolemnitas, qua paſſionem beati martyris Vrbani celebramus. Triſtis proculdubiò tunc Eccleſia fuit, non damno cadentis, ſed deſiderio recedentis, ſemper cupiens videre præſentē tàm bonum rectorem, atque doctorem. Sed quos afflixerat ſolicitudo certaminis, conſolata eſt corona victoris. Et nunc non ſolùm ſinè vlla triſtitia, verùm etiam cum ingenti lætitia, cuncta quæ tunc geſta ſunt, legendo recolimus, diè que iſto gaudere nobis conceſſum eſt, non timere: Neque enim formidamus terribiliter venientem, ſed expectamus hilariter redeuntem.

℞. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: * Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis; poſuiſti in capite eius còronam de lapide pretioſo. Et.

Lectio vj.

VIcina corporis morte, non moriebatur in animo Paſtoris, vigilantia paſtoralis; & cura tuendi Dominici gregis vſque ad extremum vitę huius diem, mente ſobria tenebatur. Nec excutiebat ab animo diligentiam fideliſſimi diſpenſatoris, manus iam proxima cruenti carnifi-

nificis. Ita ſe martyrem cogitabat futurũ, vt eſſe non obiluiſceretur Epiſcopum, magis curans, quam rationẽ Paſtorum Principi de commiſſis ſibi ouibus redderet, quam quid infideli de fide propria reſponderet. Amabat quippe eum, qui Petro dixerat, Amas me? Paſce oues meas. Et paſcebat oues eius, pro quibus ſanguinem fundere, illum imitans præparabat.

℟. Stola iucunditatis induit eum Dominus: * Et coronã pulchritudinis poſuit ſuper caput eius.

℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus: & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et. Gloria. Et.

In iij. Noctur. Homil. ſuper Euang. Homo peregrè &c. de communi Confeſs. Pont. ℟℟. verò de communi vnius Mart.

In ij. Veſp. à Cap. fit de S. Eleutherio Papa, & Mart.

Ad Magnif. Antiph. Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram.

Oratio.

INfirmitatem noſtrã reſpice omnipotẽs Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat; beati Eleutherij martyris tui, atque Pontificis, interceſſio glorioſa nos protegat. Per Dominum.

Deindè fit commem. Sancti Vrbani.

Antiph. Qui vult venire poſt me abneget ſe metipſum, & tollat

crucem ſuam,& ſequatur me.

℣. Iuſtus vt palma florebit.

℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Oratio. Da quęſumus omnipotẽs Deus &c. vt ſupra.

DIE XXVI. MAII.
In Feſto
S. Eleutherij Papæ, & Mart. Duplex.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Eleutherius natione Græcus, Abundio patre, natus Nicopoli Epiri oppido, ex Presbytero Sanctæ Romanæ Eccleſiæ poſt Sotéris mortem, totius Cleri ſuffragijs, Romanus Pontifex renunciatus eſt, Marco Aurelio Imperatore Auguſto; quo munere egregiè,& ſumma cum laude functus eſt, annos quindecim, dies viginti tres, tribus Ordinátionibus menſe Decembri factis, creatiſq; Presbyteris duodecim, Diaconis octo, Epiſcopis per diuerſa loca quindecim.

℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

℣. Deſcenditque cum illo in foueam: & in vinculis non dereliquit eum. Et.

Lectio v.

AB Eccleſia Lugdunenſi per literas, de nonnullis quæſtionibus conſultus, Irenæum virũ doctiſſimum literarum latorẽ humaniter excepit, eique Apoſtolicas traditiones, quas Romana

Eccleſia illibatas ſeruauerat, aperuit. Superſtitioſas Montaniſtarum Xerophagias damnauit; optimas leges pro recta Iudiciorum Eccleſiaſticorum forma pręſcripſit; Marciónem, & Valentinum ſæpiús relapſos, ab Eccleſia penitús eiecit.

℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: *Et voluntate laborum eius non fraudaſti eum.

℣. Quoniam preueniſti eum in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Et.

Lectio vj.

Cum ſumma pace Eccleſia frueretur, multos etiam ex optimatibus ad Chriſti fidem Romæ conuertit. A Lucio Britannorum Rege literas per Legatos accepit, diuini verbi Miniſtros poſtulante, ad quem Fugatiũ, & Damianum Romanæ Eccleſiæ Presbyteros miſit, à quibus Rex ipſe cũ tota familia, & ſubditi ferè omnes ſacro lauacro regenerati fuere. His demum, alijſq; pro diuino cultu peractis, ſancto fine quieuit, ſub Imperatore Commodo, quinto Kalendas Iunij, ſepultus in Vaticano.

℟. Stola iucunditatis induit eum Dominus: *Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius.

℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et. Gloria Patri. Et.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euangel. Si quis

venit ad me &c. de cõmuni vnius Mart.

In ij. Veſp. à Cap. fit de S. Ioanne I. Papa, & Mart.

Ad Magnif. Antiph. Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram.

Oratio.

DEus qui nos, beati Ioannis martyris tui, atque Pontificis annua ſolemnitate lætificas; concede propitius, vt cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

Deinde fit commem. S. Eleutherij.

Antiph. Qui vult venire poſt me, abneget ſe metipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

℣. Iuſtus vt palma florebit.

℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Oratio. Infirmitatem noſtram &c. vt ſupra.

DIE XXVII. MAII.

In Feſto S. Ioannis I. Papæ, & Mart. Duplex.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

IOannes Etruſcus, Conſtantino patre genitus, totius Cleri conſenſu, in locum Hormiſdæ vita functi, ex Presbytero tituli Pammachij ſubrogatus fuit. Iuſtino ſeniore Imperatore, rexit Eccleſiam, ad quem profectus eſt Conſtantinopolim, auxilij cauſa, quòd Theodoricus Rex hęreticus dinexabat Italiam. Cuius etiam iter Deus mira-

culis

culis illuſtrauit: Nam cum ei nobilis vir ad Corinthum, equum quo eius vxor manſue. to vtebatur, itineris cauſa commodaſſet, factum eſt, vt domino poſtea remiſſus equus, ita ferox euaderet, vt fremitu, & totius corporis agitatione, ſemper deinceps dominā expulerit, tamquam indignaretur mulierē recipere, ex quo ſediſſet in eo Ieſu Chriſti Vicarius. Quamobrem illi, equum Pontifici donauerunt.

℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

℣. Deſcenditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Lectio v.

Sed illud maius miraculū, quòd Conſtantinopoli, in aditu portę Aureæ, inſpectāte frequentiſſimo populo, qui vnà cum Imperatore, Pontifici honoris cauſa occurrerat, cœco lumen reſtituit. Ad cuius pedes proſtratus etiam Imperator, eum veneratus eſt. Rebus cum Imperatore compoſitis in Italiam redijt, ſtatimque epiſtolam ſcripſit ad omnes Italiæ Epiſcopos, iubens eos Arrianorum Eccleſias ad Catholicum ritum conſecrare, illud ſubiungens; Quia & nos, quando fuimus Conſtantinopoli, tam pro religione Catholica, quam pro Regis Theodorici cauſa, quaſcumque illis in partibus, eorum Ec-

cleſias reperire potuimus, catholicas eas conſecrauimus.

℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: * Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Et.

Lectio vj.

QVod iniquiſſimo animo ferés Theodoricus, dolo accerſitum Pontificem Rauennam, in carcerem coniecit, vbi ſqualore, inędiáque afflictus, paucis diebus ceſſit è vita, cum ſediſſet annos duos, menſes nouem, dies quatuordecim: ordinatis eo tempore Epiſcopis quindecim. Paulò poſt moritur Theodoricus: qué quidam Eremita, vt ſcribit ſanctus Gregorius, vidit inter Ioannem Pontificé, & Symmacum Patricium, quem idem occiderat, demergi in ignem Liparitanum; vt videlilicet illi, quibus mortem attulerat, tamquã iudices eſſent eius interitus. Ioannis corpus Rauenna Romam delatum eſt. & in Baſilica S. Petri ſepultum.

℟. Stola iucunditatis induit eum Dominus: * Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius.

℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et. Gloria Patri. Et.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euang. Si quis vult poſt me venire. de commu. vnius Mart.

In ij. Veſp. à Cap. fit de S. Bonifacio IV. Papa, & Conf.

In Hymno mutatur verſus.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum. Oratio.

Da quæſumus omnipotens Deus, vt beati Bonifacij cōfeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolēnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominum.

Deindè fit commem. ſancti Ioannis.

Antiph. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

℣. Iuſtus vt palma florebit.

℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Orat. Deus, qui nos &c. vt ſupra.

DIE XXVIII. MAII.

In Feſto S. Bonifacij IV. Papæ, & Conf. Duplex.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Bonifacius huius nominis Quartus, Ioannis filius, Valeriæ Marſorum natus, ex Monacho ſancti Sebaſtiani extra Vrbem, & Presbytero Cardinali, ſub Imperatore Phoca, ad Pontificatum aſſumptus eſt, & conſecratus die Dominica, quinto Kalendas Septembris, anno Domini ſexcenteſimo ſeptimo, ſeditque annos ſex, menſes octo, dies treſdecim, duabus Ordinationibus peractis menſe Decembri, in quibus Epiſcopos vigin-

ginti quinque, Diaconos octo creauit.

℟. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

STatim paternā domum in Monaſterium erexit, & fundos ſuos in Monachorum vſum eidem Monaſterio adſcripſit; ſed vt longè maiori beneficio, huius inſtituti homines ſibi obſtringeret, conuocatis ad Synodum Italiæ Epiſcopis, ſanctis legibus, labentem Monachorum diſciplinam reſtituit. Mellitus Londinenſis Epiſcopus, qui Romā venerat, de rebus Anglicis Chriſti Vicariū conſulturus, Synodo interfuit, illiuſque decreta, cum literis Bonifacij, in Britanniam tulit.

℟. Poſui adiutorium ſuper potētem, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum. Manus.

Lectio vj.

AB Imperatore Phoca, ſanctiſſimus Pontifex, nobile Romæ delúbrum, Pantheon ſcilicet, obtinuit, Chriſtiano ritu conſecratúm in Eccleſiam, Deiparæ Virgini, & ſanctis Martyribus dicatam mutauit: Ad maiorem ſanctitatem conciliandam, incredibilem ſacrarum Reliquiarum vim, ex diuerſis arenarijs edu-

ctam inferri, & iuxtà principem Aram condi curauit. Denique ſub Heraclio virtute, ac meritis clarus obdormiuit in Domino octauo Kalēdas Iunij, ſepultus in Vaticano. ℟. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt,& omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum. ℣. Iſte eſt, qui contempſit vitam mundi, & peruénit ad cęleſtia regna. Ipſe. Gloria. Ipſe.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euangel. Homo peregrè. de communi Conf. Pont.

In ij. Veſp. à Cap. fit de S. Gregorio VII. Papa, & Conf. In Hym. mutat. verſus. Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum. Oratio.

Deus in te ſperantium fortitudo, qui beatum Gregoriū confeſſorem tuum, atque Pontificem, pro tuenda Eccleſiæ libertate virtute conſtantiæ roboraſti; Da nobis eius exemplo,& interceſſione, omnia aduerſantia fortiter ſuperare. Per Dominum.

Deindè fit commem. ſancti Bonifacij.

Antiph. Dum eſſet ſūmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cęleſtia regna glorioſus migrauit.

℣. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et oſtendit illi regnum Dei.

Oratio. Da quęſumus &c. vt ſupra.

DIE XXIX. MAII.
In Feſto
S.Gregorij VII. Papę,
& Conf. Duplex.
In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.
IN II. NOCTVRNO.
Lectio iv.

GRegorius huius nominis Septimus, anteá Hildebrandus, Soánæ in Tuſcia natus, Romæ ſub protectione ſancti Petrí educatus eſt. Profectus in Galliam, cum à ſęculo alienus ſoli Deo ſeruire cuperet, monaſticàm vitam in Cluniacenſi cęnobio profeſſus eſt: ſed diuina prouidentia maiora de eo diſponente, in ſalutem plurimorum indè eductus, ac poſtmodúm Romanæ Eccleſię Cardinalis creatus, multis vírtutibus claruit. Lugduni Epiſcopum Simoniacũ, ad ſui criminis confeſſionem miraculò adégit. Berengárium quoque, in Concilio Turonenſi, ad iteratam hereſis abiurationem compulit. Cadolái Schiſma ſua virtute compreſſit.

℟. Inuèni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.
℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

MOrtuo Alexandro Secundo, inuítus, & mærens, vnanimi omnium conſenſu ſummus Pontifex electus, ſicut ſol effulſit in domo Dei: Nàm potens in opere, & ſermone, Eccleſiaſticæ diſciplinę reparandæ, fidei propagandę, libertati Eccleſiæ re-

ſtituendæ, extirpandis erroribus, & corruptelis ſtudio indefeſſo incubuit. Perſecutiones, & calumnias inuicto animo tolerauit. Aliquot Prouincias à ſimoniaca labe expurgauit. Henrici Imperatoris impijs conatibus, conſtantiſſimè reſtitit, eumque Regno, & fidelium communione priuauit.

℞. Poſui adiutorium ſuper potentẽ, & exaltaui electum de plebe mea: *Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum. Manus.

Lectio vj.

His, & alijs multis Apoſtolico zelo patratis, ab Vrbe recedens Caſsínum ſe contulit, atque indè Salernum profectus, ad dedicandam Baſilicã ſancti Matthæi Apoſtoli; cum aliquando, in ea Ciuitate ſermonem habuiſſet ad populum, ærumnis confectus, in morbum incidit, quo ſe interitùrum præſciuit. Exactis itaque in Pontificatu annis duodecim, vir verè ſanctus, criminumvindex, & acerrimus Eccleſiæ defenſor, migrauit in cęlum anno ſalutis milleſimo octogeſimo quinto, multis in vita, & poſt mortem miraculis clarus.

℞. Iſte eſt, qui antè Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: *Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum.

℣. Iſte eſt, qui contempſit vitam mundi, & peruénit ad cę-

leſtia regna. I pſc. G loria. I pſe.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euang. Vigilate, quia neſcitis &c. decommu. Conf. Pont.

In ij. Veſp. à Cap. de S. Felice I. Papa, & M.

Ad Magnif. Antiph. Iſte Sanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem. & à verbis impiorũ nõ timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram.

Oratio.

INfirmitatem noſtram reſpice omnipotens Deus: & quia pondus proprię actionis grauat, beati Felicis martyris tui, atque Pontificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per Dominum.

Deindè fit commem. S. Gregorij.

Antiph. Dum eſſet ſũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit.

℣. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et oſtendit illi regnum Dei.

Orat. Deus in te ſperantium fortitudo &c. vt ſupra.

DIE XXX. MAII.

In Feſto S. Felicis I. Papæ, & Mart. Duplex.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

FElix Romanus, patre Conſtantino, Aureliano Imperatore præfuit Eccleſiæ. Conſtituit, vt Miſſa ſuper memorias, & ſepulchra martyrum celebraretur. Qui cũ menſe Decembri habuiſſet Ordinationes duas, & creaſſet Presbyteros nouem, Diaconos quinque, Epiſ-

copos

copos per diuerſa loca quinque, martyrio coronatus via Aurelia, ſepelitur in Baſilica quam à ſe ædificatam dedicárat. Vixit in Pōtificatu annos duos menſes quatuor, dies viginti nouem.

℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

℣. Deſcenditque cum illo in foueam: & in vinculis non dereliquit eum, Et dedit.

Sermo S. Auguſtini Epiſcopi.

De verb. Dom. 50.

Lectio v.

PAſtor bonus Chriſtus. Quid Petrus? Nonne bonus Paſtor? Nonne, & ipſe animā ſuam pro ouibus poſuit? Quid Paulus? Quid cæteri Apoſtoli? Quid eorum tempora conſequētes beati Epiſcopi martyres? Quid etiam iſte ſanctus Felix? Nonne omnes paſtores boni, non mercenarij, de quibus dicitur, Amen dico vobis, perceperunt mercedem ſuam? Omnes ergo illi paſtores boni, non ſolùm quia sāguinem fuderunt, ſed quia pro ouibus fuderunt. Non enim fuderunt elatione, ſed charitate.

℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: * Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Et voluntate labiorum.

Lectio vj.

NAm & apud hæreticos, qui propter iniquitates, & errores ſuos aliquid moleſtiarum perpeſſi fuerunt, nomine martyrij ſe iactant: vt hoc pallio dealbati facilius furentur, quia lupi sũt. Si autem vultis ſcire, in quo numero habendi ſunt, paſtorem bonum Paulum Apoſtolum audite: Quoniam non omnes, qui corpora ſua in paſſione, etiam ignibus tradũt, æſtimandi ſunt ſanguinem fudiſſe pro ouibus, ſed potius contra oues. Si diſtribuero, inquit, omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meum, vt ardeam: Iàm ipſi ſunt: Sed vide, quid ſequitur: charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt. Ecce venítur ad paſſionem, ecce venítur, & ad ſanguinis effuſionem, venítur & ad corporum incenſionem: & tamen nihil prodeſt, quia charitas deeſt. Adde charitatem, proſunt omnia: detrahe charitatẽ, nihil proſunt cætera.

℟. Stola iucunditatis induit eum Dominus: * Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius. ℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et. Gloria Patri. Et.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euangel. Si quis venit ad me. de comnu. vnius Mart. viij. ℟. Domine præueniſti &c.

In ij. Veſp. à Cap. de Sancto Philippo Nerio Confeſſore.

In Hymno mutatur verſus.

Ad Magnif. Antiph. Similabo eum viro ſapienti, qui ędificauit domum ſuam ſupra petram.

Oratio.

DEvs, qui beatum Philippum confeſſorem tuum, ſanctorum tuorum gloria ſublimaſti: concede propitius, vt cuius ſolemnitate lætamur, eius virtutum proficiamus exemplo. Per Dñm.

Deindè fit commem. ſancti Felicis.

Antiph. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

℣. Iuſtus vt palma florebit.

℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Orat. Infirmatem noſtram &c. vt ſupra.

Poſteá fit commem. S. Petronillæ Virg.

Antiph. Veni ſponſa Chriſti, accipe coronam, quam tibi Dominus pręparauit in ęternum.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua.

℟. Intende, proſpere procede, & regna.

Oratio.

EXaudi nos Deus ſalutaris noſter, vt ſicut de beatæ Petronillæ virginis tuæ feſtiuitate gaudemus, ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per Dominum.

DIE XXXI. MAII.

In Feſto Sancti Philippi Nerij Conf. Duplex.

Vt in Breuiar. die 26. currentis, ſed ix. Lect. erit de commu.

In Laud. fit commem. ſinè Lect. S. Petronillę virginis.

Antiph. Simile eſt regnum cœlorum homini negociatori, quęrenti bonas margaritas, inuenta vna pretioſa dedit omnia ſua, & comparauit eam.

℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.

℟. Propterea benedixit te Deus in ęternum.

Oratio. Exaudi nos Deus &c. vt ſupra.

In ij. Veſp. Ad Magnif. Antiph. Hic vir deſpiciens mundum & terrena, triumphans, diuitias cœlo condidit ore manu.

Orat. Deus qui beatum Philippum &c. vt ſupra.

Deinde fit commem. S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis.

Aña. Veni ſpōſa Chriſti, accipe coronam, quam tibi Dñs præparauit in æternum.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua.

℟. Intende, proſpere procede, & regna.

Oratio.

Deus virginitatis amator, qui beatam Mariam Magdalenam virginem, tuo amore ſuccenſam cæleſtibus donis decoraſti; da vt quam feſtiua celebritate veneramur, puritate, & charitate imitemur. Per Dñm.

FESTA IVNII.

Die j.

In Feſto S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis. Semid.

Vt in Breuiar. die 25. Maij, ſed ix. Lect. erit de communi.

In ij. Veſp. de Sancto Eugenio Papa, & conf. Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dñm.

Oratio.

DA quęſumus omnipotens Deus, vt beati Eugenij confeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolemnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominũ.

Deindè fit commem. S. Mariæ Magdalenæ.

Antiph. Veni ſponſa Chriſti, accipe coronam, quam tibi Dominus prępa rauit in ęternum.

℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.

℟. Propterea benedixit te Deus in æternũ.

Orat. Deus virginitatis amator &c. vt ſupra.

Poſteà fit commem. S. Eraſmi Ep. & Mart.

Antiph. Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram.

℣. Gloria & honore coronaſti eum Dñe.

℟. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Oratio.

DEvs, qui beati Eraſmi martyris tui, atque Pontificis annua ſolemnitate lætificas; concede propitius, vt cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione gaudeamus. Per.

DIE II. IVNII.

In Feſto S. Eugenij I. Papæ, & Conf. Duplex.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

BEato Martino huius nominis Primo, Tyrannica hæretici Imperatoris ſententia, Cherſónam relegato,

to, Theodóro Exarco inſtante, Eugenius, patria Romanus, qui ferè à cunabulis, ſacro Clericórum ordini ſe addixerat, abſentis Pontificis vices geſſit, ne Romanæ Eccleſiæ adminiſtratio, ceſſaſſe omninò videretur; ſed hac reuera poteſtate modeſtè vti viſus eſt, cùm probè ſciret, Martino viuente, ſe legitimum Pontificem non eſſe, ſed illius dũtaxat, quaſi Viceſgerentem.

℞. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

VBi verò prædictus Chriſti martyr, ærumnis, & inædia confectus, ad beatám vitam migrauiſſet, in Cathedra Petri, Clero conſentiente, vt legitimus Petri ſucceſſor ſedit, & in illo Apoſtolici miniſterij culmine, talem ſe geſſit, qualem ſupremi muneris ei crediti dignitas, & omnium Chriſti fidelium, eius curæ commiſſorum ſalus, & vtilitas poſtulabant; mitis enim fuit, benignus, & manſuetus: & quod caput eſt, vitæ ſanctimonia illuſtris.

℞. Poſui adiutoriũ ſuper potentem, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Inuèni Dauid ſeruũ meũ, oleo ſancto meo vnxi eum. Manus.

Lectio vj.

SIngulare Cleri curam habuit, quem

paterno ſemper amore, & multis beneficijs proſequutus eſt. In egenos tamen mirabilis eius beneficētia enituit, quibus redditus Eccleſiæ viuens, & moriens liberali manu erogauit, apprimè ratus, Eccleſiæ opes, ad nobiliores vſus applicari non poſſe, & ex manibus indigentium, ad æternitatis ęrarium cum incredibili ſpiritualis vſuræ lucro, rectà tradúci. Tranſactis demum duobus annis, & nouem ferè menſibus, ſancto fine quieuit, anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo quinto, & eius corpus in Baſilica ſancti Petri reconditum fuit.

℞. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſo intercedat pro peccatis omnium populorum. ℣. Iſte eſt qui contempſit vitam mundi, & peruénit ad cæleſtia regna. Ipſe. Gloria. Ipſe.

IN III. NOCTVRNO

Lectio ſancti Euāgelij ſecundùm Matthęū.

Lectio vij. c. 25.

IN illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Homo peregre proficiſcens vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Et reliqua.

Homilia ſancti Gregorij Papæ.

LEctio ſancti Euāgelij, fratres chariſſimi, ſolicitè conſiderare nos admonet, ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo, accepiſſe aliquid cernimur ab auctore mundi, grauius inde iudi-

cemur. Cum enim augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum. Tantò ergó eſſe humilior, atque ad ſeruiendum Deo promptior quiſquę debet ex munere, quãtò ſe obligatiorem eſſe conſpicit in reddenda ratione. Ecce homo, qui peregrè proficiſcitur, ſeruos ſuos vocat, eiſque ad negocium talenta partitur. Poſt multum verò temporis poſiturus rationem reuertitur. Benè operantes pro apportato lucro remunerat, ſeruum verò à bono opere torpentem damnat.

℟. Amauit eum Dominus, & ornauit eum: ſtolam gloriæ induit eum: * Et ad portas paradiſi coronauit eũ. ℣. Induit eum Dominus loricam fidei, & ornauit eum. Et.

Lectio viij.

QVis itaque iſte homo eſt, qui peregrè proficiſcitur niſi Redemptor noſter, qui in ea carne, quam aſſumpſerat, abijt in cælum? Carnis enim locus proprius terra eſt, quæ quaſi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem noſtrũ in cęlo collocatur. Sed homo iſte peregrè proficiſcens ſeruis ſuis bona ſua tradidit, quia fidelibus ſuis ſpiritualia dona conceſſit. Et vni quidem quinque talenta, alij duo, alij verò commiſit vnum. Quinque etenim ſunt corporis ſenſus, videlicet, viſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus. Quinque ergo talentis, donum quinque ſenſuum, ideſt, exteriorum ſcientia exprimitur: Duobus

verò, intellectus, & operatio deſignatur. Vnius autem talenti nomine intellectus tãtummodò deſignatur.

℞. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris:* Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs.

℣. Vigilate ergò, quia neſcitis, qua hora Dominus veſter ventúrus ſit. * Et. Gloria. Et.

Pro Sancto Eraſmo Epiſc. & Mart.

Lectio ix.

ERaſmus Epiſcopus, Imperatoribus Diocletiano, & Maximiano, in Campania plumbatis, & fuſtibus cæſus, reſina quoq; ſulphure, plumbo liquefacto, & feruenti pice, cera, oleoque perfúſus, indè tamen integer, & inuiolatus euaſit: Quo miraculo, multi ſe ad Chriſti fidem conuerterunt. Verùm is iterum detrúſus in carcerem, conſtrictus ferreis, grauiſſimiſque vinculis, indè ab Angelo mirabiliter ereptus eſt. Deindè Formijs à Maximiano varijs affectus ſupplicijs, tunicáque ærea candenti indútus, illa etiã tormenta diuina virtute ſuperauit. Denique plurimis & in fide confirmatis, & ad fidem conuerſis, inſignẽ martyrij palmam adeptus eſt. Te Deum.

In Laud. pro comm. S. Eraſmi Ep. & Mart.

Antiph. Qui odit animam ſuam in hoc mũdo in vitam æternam cuſtodit eam.

℣ Iuſtus vt palma florebit.

℞. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Orat. Deus, qui nos beati Eraſmi &c. vt ſupra.

In ij. Veſp. Ad Magnif. Antiph. Dum eſſet ſūmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cęleſtia regna glorioſus migrauit.

Orat. Da quæſumus &c. vt ſupra.

Deinde fit commem. SS. Marcellini, & Petri Martyrum.

Aña. Iſtorum eſt enim regnum cœlorum, qui contempſerunt vitam mundi, & peruenerunt ad præmia regni, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

℣. Lætamini in Domino, & exultate iuſti.

℞. Et gloriamini omnes recti corde.

Oratio.

DEvs, qui nos annua beatorum martyrum tuorũ Marcellini, & Petri ſolemnitate lætificas: præſta quæſumus, vt quorum gaudemus meritis, accendamur exemplis. Per Dominum.

DIE III. IVNII.

In Feſto SS. Marcellini, & Petri Martyrum. Semid.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

PEtrus Exorciſta, Chriſtianæ confeſſionis cauſa cœſus, Artemio carcerũ Præfecto, imperante Diocletiano, arctiſſimè cuſtodiendus à Sereno iudice traditur. Erat autem Artemio filia nomine Paulina, quam vnice amabat, ſed à malignis ſpiritibus obſeſſa, & crudeliter diuexata: hanc ſe liberam reddituram Pe-

trus Artemio ſpondet, ſi Chriſti fide ſuſcepta, idolorum ſeruitutem abdicaret; Quod cum irrideret ille, hac pacta conditione ſanctus Exorciſta conuénit, vt ſi fortiter obſeratis cuſtodiæ foribus, adauctoque cuſtodum numero, noctu domi ad filiam liberandam accederet, Chriſtiana myſteria ſuſciperet. Et ecce inclinata die, vinculis ſolutus, & liber aduentat Petrus, qui breui exorciſmo malos Genios depellit, virginemque prorſus liberam reddit. Quamobrem tàm grandi miraculo victus, carceris ianuas pandit, detentoſq; vinctos, ad domum inuitat, vbi Marcellinus Presbyter à Petro adductus, Artemium cum vxore Candida, Paulina filia alijſq; trecentis ſacro Fonte luſtrauit.

℟. Sancti tui Domine mirabile conſecuti ſũt iter, ſeruientes præceptis tuis, vt inuenirentur illæſi in aquis validis: * Terra apparuit arida: & in mari Rubro via ſine impedimento.

℣. Quoniam percuſſit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. Terra apparuit.

Lectio v.

QVod vbi Sereno iudici, quotidie pro Tribunali ſedenti innotuit, Artemium plumbatis cæſum, teterrimo carceri iuſſit mancipari, obiurgatoque minaciter Petro, compedibuſque addicto, Marcellinum pugnis contundi præcepit, eumque nudum abſque lumine, & aqua

in fætido carcere vitreis fragmentis ſtrato detineri. At Deus, qui numquam deſerit ſanctos ſuos, miſit Angelum ſuum, qui vincula abſoluit, iuſſitque liberos abire, vt nutantes Chriſti fideles erigerent, ac confirmarent; ac demum ſeptiduo elapſo, glorioſum martyrij agonem cōpleturi, Sereno iudici ſe ſiſterent. Audita autem horum libertate nequiſſimus iudex, adeò furere cępit, vt Artemium cum coniuge, & filia, via Aurelia ruderū mole ſepeliri mādauerit; quibus ad martyrij locum procedentibus, ingens Chriſtianorum copia occurrit, detentumque cum Petro Marcellinū in cripta qua plectendi erant martyres, ſacra facere rogauit; ſed paulo poſt ſuperirruēs Paganorū multitudo, Artemium gladio confódit, & Candidam, atque Paulinam præcipites actas, crudeliter occiderunt.

℟. Verbera carnificū non timuerunt ſancti Dei, morientes pro Chriſti nomine: * Vt hæredes fierent in domo Domini.

℣. Tradiderunt corpora ſua propter Deū ad ſupplicia. Vt heredes.

Lectio vj.

INtereà ligatis ad arboris ſtipitem Petro, & Marcellino, ad Serenum miſerunt, vt ſtatueret, quid de illis agendum foret. Ille verò ad SiluamNigram, quæ poſteà in martyrum honorem Silua Candida appellata, & Epiſcopali honore decorata eſt, capite

pite minuendos duci, decreuit. Quo in loco inuicti fidei Athlétæ, ſe inuicem pacis oſculo ſalutarunt, & datis pro Chriſto ceruicibus, martyriũ fortiter cõſũmarunt; teſtante poſteà Dorothéo carnifice, qui beati Iulij Pontificis tempore, conuerſus ad fidem, publicè pęnitẽtiam egit, pièque vitam clauſit, ſe eorum animas, tamquã ſpecioſiſſimas virgines, omni cultu circumamictas; Angelorum manibus, in Cælum deferri vidiſſe. Horum corpora, in Cripta iuxta ſanctum Tiburtium martyrem, eiuſdem monitu, Lucilla, & Firmina nobiliſſimæ mulieres condidérunt. Vtrique martyri, Conſtantinus Magnus Imperator, Baſilicam erexit, hodieque viſitur, inter duas Lauros, Sacroſãctæ noſtræ Lateranenſi Eccleſiæ annexa.

℞. Tamquam aurum in fornace probauit electos Dñs: & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos: & in tempore erit reſpectus illorũ: * Quoniam donum, & pax eſt electis Dei.

℣. Qui confidũnt in illum, intelligent veritatem, & fideles in dilectione acquieſcẽt illi. Quoniam donum. Gloria. Patri. Quoniam.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euang. Cum audieritis prælia, de commu. plurim. Mart.

In ij. Veſp. Ad Magnif. Antiph. Gaudent in cælis animæ Sanctorum, qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti; & quia pro eius amore ſanguinem ſuum fuderũt,

ideò cũ Chriſto exultant ſine fine.

Orat. Deus, qui nos, annua &c. vt ſupra.

DIE XII. IVNII.

In Feſto

S. Leonis III. Papæ, & Conf. Duplex.

Veſp. de S. Barnaba Apoſt.

Deindè fit commem. S. Leonis.

Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum.

℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eũ.

℟. Stolam gloriæ induit eum.

Oratio.

Da quæſumus omnipotens Deus, vt beati Leonis confeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolẽnitas, & deuotiorem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominum.

Poſteà fit commem. SS. Baſilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij Martyrum.

Antiph. Iſtorum eſt enim regnum cælorum, qui contempſerunt vitam mundi, & peruenerunt ad prœmia regni, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

℣. Lætamini in Domino, & exultate iuſti.

℟. Et gloriamini omnes recti corde.

Oratio.

Sanctorum Martyrum tuorum Baſilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarij, quæſumus Domine, natalitia nobis votiua reſplendeant: & quod illis contulit excellentia ſempiterna, fructibus noſtræ deuotionis accreſcat. Per Dominum.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.
Lectio iv.

LEo huius nominis Tertius,Romanus ex patre Aſuppio, à pueritia in Veſtiario noſtri Patriarchij Lateranenſis, in omnem eccleſiaſticam, ac diuinam diſciplinã educatus, ex Monaco ſancti Benedicti, Presbyter Cardinalis, ac demum Pontifex Maximus, incredibili omnium conſenſione, ipſo die obitus Adriani creatus eſt; anno ſeptingeſimo nonageſimo quinto, ſeditque in ſancta Petri ſede annos viginti, menſes quinque, dies decem, & ſeptem.

℞. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.
℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

TAlem ſe in Pontificatu exhibuit, qualem ſe ante aſſumptionem præbuerat; pijſſimum ſcilicet, mitiſſimum, ſingulari in Deum religione, erga proximum charitate, prudentia in rebus gerendis, pauperum, ægrorumque parentẽ, Eccleſiæ defenſorem, diuini cultus promotorem; vtpotè, qui maxima quæque pro Chriſto, & Eccleſia ſedulò præſtitit,& patienter tolerauit.

℞. Poſui adiutorium ſuper potentẽ, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.
℣. Inuèni Dauid ſeruum meũ, oleo ſancto meo vnxi eũ. Manus.

Le-

Lectio vj.

CVm ab impijs, erutis oculis, & confoſſus vulneribus, ſemiuiuus relictus fuiſſet, poſtridiè per inſigne miraculum, ſanus inuentus eſt, ijſdemque parricidis vitam, ſuis precibus obtinuit. Carolo Magno Francorum Regi Romanũ Imperium detulit; peregrinis ampliſſimum Xenodochium extruxit; patrimonium, aliosque fundos pauperibus adſcripſit. Baſilicas Vrbis, præſertim noſtram Lateranenſem (in cuius Patriarchio Triclinium magnum ſuper omnia Triclinia fũdauit) & ſacras ædes tot, ac tantis diuitijs cumulauit, vt fidem omnem ſuperare videatur. Vitam demum religioſiſſimam pio fine coronauit, pridie Idus Iunij anno Domini octingenteſimo decimo ſexto, & ſepultus eſt in Vaticano.

℟. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum. ℣. Iſte eſt, qui contempſit vitã mundi, & peruénit ad cœleſtia regna. Ipſe. Gloria. Ipſe.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Matthæũ.

Lectio vij. c. 25

IN illo tẽpore: dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Homo peregrè proficiſcẽs vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Et reliqua.

Hom. S. Gregorij PP.

Hom. 9. in Euang.

LEctio ſancti Euãgelij, fratres chariſſi-

riſſimi, ſolicitè conſiderare nos admonet, ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo, accepiſſe aliquid cernimur ab auctore mundi, grauius inde iudicemur. Cum enim augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum. Tantò ergò eſſe humilior, atque ad ſeruiendum Deo promptior, quiſque debet ex munere, quantò ſe obligatiorē eſſe conſpicit in reddenda ratione. Ecce homo, qui peregrè proficiſcitur, ſeruos ſuos vocat, eiſque ad negocium talenta partitur. Poſt multum verò tēporis poſiturus rationem reuertitur. Benè operantes pro apportato lucro remunerat, ſeruum verò à bono opere torpentem damnat.

℟. Amauit eum Dominus, & ornauit eum ſtolam gloriæ induit eum: * Et ad portas paradiſi coronauit eū. ℣. Induit eum Dominus loricam fidei, & ornauit eum. Et.

Lectio viij.

Quis itaque iſte homo eſt, qui peregrè proficiſcitur niſi Redemptor noſter, qui in ea carne, quam aſſumpſerat abijt in cælum? Carnis enim locus proprius terra eſt, quæ quaſi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem noſtrum in cęlo collocatur. Sed homo iſte peregrè proficiſcens ſeruis ſuis bona ſua tradidit, quia fidelibus ſuis ſpiritualia dona conceſſit. Et vni quidem quinque talenta, alij duo, alij verò commiſit vnum. Quinque

etenim ſunt corporis ſenſus: videlicet, viſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus. Quinque ergo talentis, donum quinque ſenſuum, id eſt, exteriorum ſcientia exprimitur. Duobus verò, intellectus, & operatio deſignatur. Vnius autem talenti nomine, intellectus tātummodò deſignatur. ℟. Sint lūbi veſtri prę-cincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris: *Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs.

℣. Vigilate ergo, quia neſcitis, qua hora Dominus veſter venturus ſit. Et.

Pro SS. Baſilide, Cyrino, Nabore, & Nazario MM. Lect. ix.

Baſilides, Cyrinus, Nabor, & Nazarius, Romani Milites, nobiles genere, & virtute illuſtres, Chriſtiana religione ſuſcepta, cum Chriſtum Dei filium, Diocletiano Imperatore, prædicarent; ab Aurelio Præfecto Vrbis comprehenſi, & vt dijs ſacra facerent admoniti, eius iuſſa contemnentes, miſſi ſunt in carcerem. Quibus orantibus, cum ſubitò clariſſima lux oborta omnium oculis qui ibidem eſſent, carcerē colluſtraſſet: illo cęleſti ſplendore cō-motus, Marcellus cuſtodiæ præpoſitus, multique alij, Chriſto Domino crediderunt. Verùm poſteà è carcere emiſſi ab Imperatore Maximiano, cum eius etiam neglecto imperio, vnum Chriſtum Deum, & Dominum in ore haberent, ſcor-

pionibus cruciati iterùm conijciuntur in vincula: vndè ſeptimo die educti, & antè pedes Imperatoris conſtituti, perſtiterunt in irriſione inanium deorum, Ieſum Chriſtum Deum conſtantiſſimè confitentes. Quamobrem damnati, ſecuri feriuntur: Quorum corpora feris obiecta, nec ab illis tacta, à Chriſtianis honorificè ſepulta ſunt. Te Deũ.

In Laud. pro commem. SS. Baſilidis &c. Martyrum.

Antiph. Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt: nolite timere, multis paſſeribus meliores eſtis vos.

℣. Exultabunt ſancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis.

Orat. Sanctorum martyrum &c. vt ſuprà.

In ij. Veſp. à Cap. fit de S. Antonio de Padua Conf.

Ad Magnif. Antiph. Similabo eum viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram. Oratio.

Eccleſiam tuam Deus beati Antonij confeſſoris tui ſolemnitas votiua lætificet: vt ſpiritualibus ſemper muniatur auxilijs, & gaudijs perfrui mereatur æternis. Per Dominum.

Deindè fit commem. S. Leonis.

Antiph. Dum eſſet ſũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit.

℣. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et oſtendit illi regnum Dei.

Oratio. Da quæſumus &c. vt ſupra.

DIE XX. IVNII.
In Feſto
Sancti Silucrij Papæ, & Mart. Duplex.
Veſp. de S. Siluerio.
Ad Magnif. Antiph.

Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram. Oratio.

INfirmitatem noſtrã reſpice omnipotẽs Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat, beati Siluerij martyris tui, atque Pontificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per Dominum.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.
Lectio iv.

SIluerius Campanus, poſt Agapitum, proximè Pontifex creatus eſt: cuius doctrina, & ſanctitas illuxit in inſectandis hæreticis: & conſtantis animi magnitudo, perſpecta eſt in tuendo iudicio Agapiti. Nam Anthimum, quẽ quia Eutychianam hęreſim defẽdebat, Agapitus ab Epiſcopatu Conſtantinopolitano depoſuerat, cum à Theodóra Auguſtà ſępiſſimè rogatus eſſet, reſtituere noluit.

℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: *Et dedit illi claritatem æternam.

℣. Deſcenditque cum illo in foueam: & in vinculis non dereliquit eum. Et.

Lectio v.

QVamobrem, irata mulier mãdat Beliſario, vt Siluerium mit-

mittat in exilium: Qui exulauit in inſulaPon. tia, vndè his verbis ſcripſiſſe fertur ad Amatorem Epiſcopum: Suſtentor pane tribulationis, & aqua anguſtiæ, nec tamen dimiſi, aut dimitto officium meum. Quod re ipſa probauit: Nam ibi coacto Concilio multorum Epiſcoporum, quædam conſtituit, quæ ad integritatem fidei catholicæ, & ad reſtituendam Eccleſiaſticam diſciplinam pertinebant. Vbi breui incommodis, ærumniſque confectus obdormiuit in Domino, duodecimo Kalendas Iulij: cuius ſepulchrum multis miraculis illuſtratum fuit: Cũ Eccleſiæ præfuiſſet annos tres, & amplius, creatis menſe Decembri Presbyteris treſdecim, Diaconis quinq; Epiſcopis per diuerſa loca decem, & nouem.

℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: *Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

℣. Quoniam pręueniſti eum in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Et.

Sermo ſancti Auguſtini Epiſcopi.

De S. Cypriano 12.

Lectio vj.

SErmonẽ exigit tàm grata, & religioſa ſolẽnitas: qua paſſionẽ beati martyris Siluerij celebramus. Triſtis proculdubiò tunc Eccleſia fuit, non damno cadentis, ſed deſiderio recedentis: ſemper cupiens videre pręſentem, tàm bonum rectorem, atque docto-

rem. Sed quos afflixerat ſolicitudo certaminis, conſolata eſt corona victoris. Et nunc non ſolum ſine vlla triſtitia, verùm cum ingenti lætitia cuncta, quæ tunc geſta ſunt, legendo recolimus, dièque iſto gaudere nobis conceſſum eſt, non timere. Neque enim formidamus terribiliter venientem, ſed expectamus hilariter redeuntem.

℞. Stola iucunditatis induit eum Dominus:* Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius.

℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et. Gloria Patri. Et.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euangel. Si quis venit ad me. de communi vnius Mart. viij. ℞. Domine præueniſti &c.

In ij. Veſp. à Cap. fit de commem. SS. Mart. & aliorum ſanctorum, quorum Corpora, & Reliquiæ in noſtra Sacroſancta Lateranenſi Eccleſia, coluntur.

Ad Magnif. Antiph. Iſtorum eſt enim regnum cœlorum, qui contempſerunt vitam mundi, & peruenerunt ad pręmia regni, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

Oratio.

DEvs, qui hanc Sacroſanctam Baſilicam, innumeris voluiſti ſanctorum decorari Reliquijs; concede nobis famulis tuis, vt quorum memoriam veneramur in terris, eorum conſortio perfruamur in cœlis. Per Dominum.

Deindè fit commem. ſancti Siluerij.

Antiph. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipsũ, & tollat crucẽ ſuam, & ſequatur me.

℣. Iuſtus vt palma florebit.

℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Orat. Infirmitatem noſtram &c. vt ſupra.

DIE XXI. IVNII.

In Feſto

Commem. SS. Mart. & aliorum ſanctorum, quorum Corpora, & Reliquiæ in noſtra Sacroſancta Lateranenſi Eccleſia, coluntur.

Duplex.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Ex tractatu S. Ioannis Damaſceni de Fide Orthodoxa. c. 21.

Lectio iv.

CHriſtus Dominus ſanctorum Reliquias, velut ſalutiferos fontes præbuit, ex quibus plurima nobis beneficia manant, ſuauiſſimumque vnguentum profluit. Nec verò quiſquam huic ſermoni fidem detrahat, nam, ſi aqua in deſerto ex aſpera, & ſolida rupe, atq; ex aſini maxilla, ad ſedandam Sápſonis ſitim, Deo ità volente, proſilijt: erit nè, cur cuiquam incredibile videatnr, ex martyrum Reliquijs, ſuaue vnguentum ſcaturire? Minimè certè ijs quidem, quibus Dei potentia, honorque, quo Sanctos ſuos afficit, perſpectus, & exploratus eſt: Atquè illud quidem veteri lege comparatum erat, vt, quiſquis mortuum contigiſſet, immundus cenſeretur, verum hi mortuorum nume-

ro minimè habendi ſunt.

℟. Sanctì tui Domine mirabile conſecuti sũt iter, ſeruientes præceptis tuis, vt inuenirentur illæſi in aquis validis: * Terra apparuit arida: & in mari rubro via ſine impedimento.

℣. Quoniam percuſſit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. Terra.

Lectio v.

EX quo enim ipſamet vita, ac vitæ auctor, inter mortuos adſcriptus eſt, eos qui in ſpe reſurrectionis, fideique ergà eum diē extremum clauſerunt, mortuos haúdquaquā appellamus. Qui enim mortuum corpus miracula edere queat? Per ea Dœmones expelluntur, morbi profligãtur, ægroti ſanantur, cœci proſpiciunt, leproſi mundantur, tētationes, ac mærores diſcutiuntur, ac denique omne donum optimum à patre luminum, eorum opere à Deo, qui fide minimè dubia poſtulant, deſcendit. Quid non laboris ſuſcipias, vt Patronum quemdam nāciſcáris, qui te mortali Regi offerat, ac tuo nomine, ad eum verba faciat? An non igitur hi honorandi ſunt, qui totius humani generis Patronos ſe profitentur, ac Deo noſtrà cauſá ſupplicant.

℟. Verbera carnificũ non timuerunt ſancti Dei, morientes pro Chriſti nomine: * Vt hæredes fierent in domo Domini.

℣. Tradiderunt corpora ſua propter Deũ ad ſupplicia. Vt.

Le-

Lectio vj.

HOnorandi certè, & quidem ità, vt in eorum nomine templa Deo extruamus, dona offeramus, eorũ memorias colamus, atque in ea ſpiritualiter oblectemur, quo nimirum lętitia noſtra ijs, à quibus mutamur, congruat, ac non, dum eos colere, & demereri ſtudemus, offendamus potius, & irritémus. Quibus enim rebus Deus colitur, ijſdem quoque ſerui ipſius oblectantur; quibus autem Deus offenditur, ijſdem etiam ipſius milites offendũtur: Quocircà in pſalmis, & hymnis, & cantibus ſpiritualibus, & compunctione, & eorum qui in egeſtate verſantur, commiſeratione, quibus obſequijs Deus potiſſimum conciliatur, ſanctos colámus, ſtatuas ipſis, ac viſibiles imagines erigamus, imò ipſi virtutibus eorum imitandis hoc conſequamur, vt viuæ eorum ſtatuæ, atque imagines ſimus.

℟. Tamquam aurum in fornace probauit electos Dominus: & quaſi holocauſti hoſtiã accepit illos: & in tempore erit reſpectus illorum: * Quoniam donum, & pax eſt electis Dei.

℣. Qui confidunt in illum, intelligent veritatem: & fideles in dilectione acquieſcẽt illi. Quoniam. Gloria. Quoniam.

In iij. Noctur. Homil. ſuper Euang. Deſcendens Ieſus de Monte. de commu. plur. Mart.

In ij. Veſp. Ad Magnif. Antiph. Gaudent in cœlis animæ ſanctorũ,

qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti: & quia pro eius amore ſanguinem ſuum fuderunt, ideò cum Chriſto exultant ſine fine.

Orat. Deus, qui hanc Sacroſanctam &c. vt ſupra.

Deindè fit commem. Sancti Paulini Epiſc. & Conf.

Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum.

℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum.

℟. Stolam gloriæ induit eum.

Oratio.

DA quæſumus omnipotens Deus, vt beati Paulini confeſſoris tui, atque Pōtificis veneranda ſolēnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominum.

DIE XXIV. IVNII.

In Feſto Natiuitatis S. Io: Bapt. Noſtri Titularis.

Dupl. 1. claſs.

Omnia vt in Breuiar.

DIE XXVIII. IVNII.

In Feſto S. Leonis II. Papæ, & Conf. Duplex.

Veſp. de S. Leone.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dn̄m.

Oratio.

DEvs, qui beatum Leonem Pontificem, ſanctorum tuorum meritis coæquaſti: concede propitius, vt qui commemorationis eius feſta percolimus, vitæ quoque imitemur exempla. Per.

Deindè fit commem. Octau. S. Ioannis.

Antiph. Puer qui natus eſt nobis, pluſquā

Pro-

Propheta eſt: hic eſt enim, de quo Saluator ait: inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioãne Baptiſta.
℣. Iſte puer magnus coram Domino.
℟. Nam & manus eius cum ipſo eſt. Oratio.

Deus, qui præſentem diem, honorabilem nobis in beati Ioannis natiuitate feciſti: da populis tuis ſpiritualium gratiam gaudiorum, & omnium fidelium mẽtes dirige in viam ſalutis æternæ. Per Dominum.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

In ij. Noct. Lect. vt in Breuiario.

IN III. NOCTVRNO

Lectio ſancti Euãgelij ſecundùm Matthæũ.

Lectio vij. c. 25.

In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Homo peregre proficiſcens vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Et reliqua.

Homilia ſancti Gregorij Papæ.

Lectio ſancti Euãgelij, fratres chariſſimi, ſolicitè conſiderare nos admonet, ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo, accepiſſe aliquid cernimur ab auctore mundi, grauius inde iudicemur. Cum enim augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum. Tantò ergò eſſe humilior, atque ad ſeruiendum Deo promptior quiſque debet ex munere, quãtò ſe obligatiorem eſſe conſpicit in reddenda ratione. Ecce homo, qui peregrè proficiſcitur, ſeruos ſuos vocat, eiſque ad negocium ta-

lenta partitur. Poſt multum verò temporis poſiturus rationem reuertitur. Benè operantes pro apportato lucro remunerat, ſeruum verò à bono opere torpentem damnat.

℟. Amauit eum Dominus, & ornauit eum: ſtolam gloriæ induit eum: * Et ad portas paradiſi coronauit eũ.

℣. Induit eum Dominus loricam fidei, & ornauit eum. Et.

Lectio viij.

QVis itaque iſte homo eſt, qui peregrè proficiſcitur, niſi Redemptor noſter, qui in ea carne, quam aſſumpſerat, abijt in cælum? Carnis enim locus proprius terra eſt, quæ quaſi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem noſtrũ in cęlo collocatur. Sed homo iſte peregrè proficiſcens ſeruis ſuis bona ſua tradidit, quia fidelibus ſuis ſpiritualia dona conceſſit. Et vni quidem quinque talenta, alij duo, alij verò commiſit vnum. Quinque etenim ſunt corporis ſenſus, videlicet, viſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus. Quinque ergo talentis, donum quinque ſenſuum, ideſt, exteriorum ſcientia exprimitur: Duobus verò, intellectus, & operatio deſignatur. Vnius autem talenti nomine, intellectus tãtummodò deſignatur.

℟. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris: * Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs.

℣. Vigilate ergò, quia neſcitis, qua hora Dominus veſter venturus ſit. ℟. Gloria. ℟.

De Vigil. SS. Apoſtol. Petri, & Pauli.

Lectio ix.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Ioannem. c. 21.

IN illo tempore: dixit Ieſus Simoni Petro: Simon Ioannis diligis me plus his? Et reliqua.

Homilia ſancti Auguſtini Epiſcopi.

Tract. 123. In Ioa. in medio.

REdditur negatio. ni trinæ trina confeſſio, ne minus amori lingua ſeruiat, quam timori: & plus vocis elicuiſſe videatur mors imminens, quam vita præſens. Sit amoris officium paſcere Dominicum gregē, ſi fuit timoris indiciū negare Paſtorem. Qui hoc animo paſcun: oues Chriſti, vt ſuas velint eſſe, non Chriſti: ſe conuincuntur amare, non Chriſtum, vel gloriandi, vel dominādi, vel acquirendi cupiditate, non obediendi, & ſubueniendi, & Deo placendi charitate. Te Deum.

In Laud. pro comm. Octauæ S. Ioannis.

Antiph. Apertum eſt os Zachariæ, & prophetauit dicens, benedictus Deus Iſrael.

℣. Iſte puer magnus coram Domino.

℟. Nam, & manus eius cum ipſo eſt.

Orat. Deus, qui præſentem diem &c. vt ſupra.

Deindè fit commem. Vigiliæ SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli.

Antiph. ℣. & ℟. de fer. occurr.

Ora-

audire noluit, & in Catholicos, ac præcipuè in Monachos ſæuire non ceſſauit; quorum plurimi, vt à tyranno ſe ſubducerent, in Italiam ſe receperunt, quos benignè Paulus excepit, iiſque templa, & Monaſteria, cōgruis inſtructa redditibus aſſignauit, in quibus Græcâ linguâ, & patrio ritu ſacra peragerent.

℟. Poſui adiutorium ſuper potentem, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum. Manus.

Lectio vj.

Extant multæ illius Epiſtolæ ad Pipinum Francorum Regem ſcriptæ, in quibus gratias agit optimo, & de Romana Eccleſia benemerito Principi, pro ſuſcepta Eccleſiæ contra Longobardorum irruptiones, defenſione; eumque raris elogiis cumulatum impensè hortatur, nè vmquam à cœpto deſiſtat. Cùm autem Cœmeteria extrà muros à Longobardis diruta fuiſſent; multas inde Sanctorum exuuias, ne barbaris in prædam cederent, in Vrbem intulit; quarum non modicam partem, in Eccleſiam Monaſterij à ſe conſtructi in paternis ædibus, & pingui cenſu ditati, collocauit. Cæterùm ſi quid ipſi temporis reſidui Eccleſiaſtici regiminis cura relinqueret, id totum alendis Chriſti pauperibus, ægris, viduis, ac detétis in car-

cere conſolandis, liberandiſq; oppreſſis ære alieno impendit: Et tandem maturus cælo piè obijt, vndecimo Pontificatus anno iam inito, & in Vaticano ſepultus eſt.

℟. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt,& omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum. ℣. Iſtè eſt,qui cōtempſit vitam mundi,& peruénit ad cæleſtia regna. Ipſe intercedat. Gloria Patri. Ipſe intercedat.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euangel. Homo peregré &c. de comm. Conf. Pont.

In Laud. pro comm. Oct. SS. Apoſtolorum. Antiph. Glorioſi Principes terræ quomodo in vita ſua dilexerunt ſe, ità & in morte non ſunt ſeparati.

℣. In omnem terram exiuit ſonus eorum.

℟. Et in fines orbis terræ verba eorum.

Orat. Deus, qui hodiernam &c. vt ſupra.

In ij. Veſp. ad Magnif. Antiph. Dum eſſet sūmus Pontifex, terrena non metuit,ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit.

Oratio. Da quæſumus &c. vt ſupra.

Deindè fit comm. S. Eliſabeth Reginę Portugalliæ.

Antiph. Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram.

℣. Ora pro nobis beata Eliſabeth.

℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti

Oratio.

Clemētiſſime Deus, qui beatam Eliſabeth Reginam, inter

etenim ſunt corporis ſenſus: videlicet, viſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus. Quinque ergo talentis, donum quinque ſenſuum, id eſt, exteriorum ſcientia exprimitur. Duobus verò, intellectus, & operatio deſignatur. Vnius autem talenti nomine, intellectus tãtummodò deſignatur.

℟. Sint lũbi veſtri pręcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris: * Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs.

℣. Vigilate ergo, quia neſcitis, qua hora Dominus veſter venturus ſit. Et.

Pro SS. Baſilide, Cyrino, Nabore, & Nazario MM. Lect. ix.

BAſilides, Cyrinus, Nabor, & Nazarius, Romani Milites, nobiles genere, & virtute illuſtres, Chriſtiana religione ſuſcepta, cum Chriſtum Dei filium, Diocletiano Imperatore, prædicarent; ab Aurelio Præfecto Vrbis comprehenſi, & vt dijs ſacra facerent admoniti, eius iuſſa contemnentes, miſſi ſunt in carcerem. Quibus orantibus, cum ſubitò clariſſima lux oborta omnium oculis qui ibidem eſſent, carcerẽ colluſtraſſet: illo cęleſti ſplendore cõmotus, Marcellus cuſtodiæ præpoſitus, multique alij, Chriſto Domino crediderunt. Verùm poſteà è carcere emiſſi ab Imperatore Maximiano, cum eius etiam neglecto imperio, vnum Chriſtum Deum, & Dominum in ore haberent, ſcor-

pio-

pionibus cruciati iterùm conijciuntur in vincula: vndè ſeptimo die educti, & antè pedes Imperatoris conſtituti, perſtiterunt in irriſione inanium deorum, Ieſum Chriſtum Deum conſtantiſſimè confitentes. Quamobrem damnati, ſecuri feriuntur: Quorum corpora feris obiecta, nec ab illis tacta, à Chriſtianis honorificè ſepulta ſunt. Te Deũ.

In Laud. pro commem. SS. Baſilidis &c. Martyrum.

Antiph. Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt: nolite timere, multis paſſeribus meliores eſtis vos.

℣. Exultabunt ſancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis.

Orat. Sanctorum martyrum &c. vt ſupra.

Iu.ij. Veſp. à Cap. fit de S. Antonio de Padua Conf.

Ad Magnif. Antiph. Similabo eum viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram. Oratio.

Eccleſiam tuam Deus beati Antonij confeſſoris tui ſolemnitas votiua lætificet: vt ſpiritualibus ſemper muniatur auxilijs, & gaudijs perfrui mereatur æternis. Per Dominum.

Deindè fit commem. S. Leonis.

Antiph. Dum eſſet ſũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit.

℣. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et oſtendit illi regnum Dei.

Oratio. Da quæſumus &c. vt ſupra.

DIE XX. IVNII.
In Feſto
Sancti Siluerij Papæ, & Mart. Duplex.
Veſp. de S. Siluerio.
Ad Magnif. Antiph.

Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram. Oratio.

INfirmitatem noſtrã reſpice omnipotẽs Deus: & quia pondus proprię actionis grauat, beati Siluerij martyris tui, atque Pontificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per Dominum.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.
Lectio iv.

SIluerius Campanus, poſt Agapitum, proximè Pontifex creatus eſt: cuius doctrina, & ſanctitas illuxit in inſectandis hæreticis: & conſtantis animi magnitudo, perſpecta eſt in tuendo iudicio Agapiti. Nam Anthimum, quẽ quia Eutychianam hęreſim defẽdebat, Agapitus ab Epiſcopatu Conſtantinopolitano depoſuerat, cum à Theodóra Auguſtà ſępiſſimè rogatus eſſet, reſtituere noluit.

℞. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: *Et dedit illi claritatem æternam.

℣. Deſcenditque cum illo in foueam: & in vinculis non dereliquit eum. Et.

Lectio v.

QVamobrem, irata mulier mãdat Beliſario, vt Siluerium

mittat in exilium: Qui exulauit in inſula Pontia, vndè his verbis ſcripſiſſe fertur ad Amatorem Epiſcopum: Suſtentor pane tribulationis, & aqua anguſtiæ, nec tamen dimiſi, aut dimitto officium meum. Quod re ipſa probauit: Nam ibi coacto Concilio multorum Epiſcoporum, quædam conſtituit, quæ ad integritatem fidei catholicæ, & ad reſtituendam Eccleſiaſticam diſciplinam pertinebant. Vbi breui incommodis, ærumniſque confectus obdormiuit in Domino, duodecimo Kalendas Iulij: cuius ſepulchrum multis miraculis illuſtratum fuit: Cũ Eccleſiæ præfuiſſet annos tres, & amplius, creatis menſe Decembri Presbyteris treſdecim, Diaconis quinq; Epiſcopis per diuerſa loca decem, & nouem.

℞. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: *Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

℣. Quoniam prȩueniſti eum in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Et.

Sermo ſancti Auguſtini Epiſcopi.

De S. Cypriano 12.

Lectio vj.

SErmonẽ exigit tàm grata, & religioſa ſolẽnitas: qua paſſionẽ beati martyris Siluerij celebramus. Triſtis proculdubiò tunc Eccleſia fuit, non damno cadentis, ſed deſiderio recedentis: ſemper cupiens videre prȩſentem, tàm bonum rectorem, atque docto-

rem. Sed quos afflixerat ſolicitudo certaminis, conſolata eſt corona victoris. Et nunc non ſolum ſine vlla triſtitia, verùm cum ingenti lætitia cuncta, quæ tunc geſta ſunt, legendo recolimus, dièque iſto gaudere nobis conceſſum eſt, non timere. Neque enim formidamus terribiliter venientem, ſed expectamus hilariter redeuntem.

℟. Stola iucunditatis induit eum Dominus:* Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius.

℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et. Gloria Patri. Et.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euangel. Si quis venit ad me. de communi vnius Mart. viij. ℟. Domine præueniſti &c.

In ij. Veſp. à Cap. fit de commem. SS. Mart. & aliorum ſanctorum, quorum Corpora, & Reliquiæ in noſtra Sacroſancta Lateranenſi Eccleſia, coluntur.

Ad Magnif. Antiph. Iſtorum eſt enim regnum cœlorum, qui contempſerunt vitam mundi, & peruenerunt ad prẽmia regni, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

Oratio.

DEus, qui hanc Sacroſanctam Baſilicam, innumeris voluiſti ſanctorum decorari Reliquijs; concede nobis famulis tuis, vt quorum memoriam veneramur in terris, eorum conſortio perfruamur in cœlis. Per Dominum.

Dein-

Deindè fit commem. ſancti Siluerij.
Antiph. Qui vult venire poſt me abneget ſe metipsũ, & tollat crucẽ ſuam, & ſequatur me.
℣. Iuſtus vt palma florebit.
℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur.
Orat. Infirmitatem noſtram &c. vt ſupra.

DIE XXI. IVNII.
In Feſto
Commem. SS. Mart. & aliorum ſanctorum, quorum Corpora, & Reliquiæ in noſtra Sacroſancta Lateranenſi Eccleſia, coluntur.
Duplex.
In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.
Ex tractatu S. Ioannis Damaſceni de Fide Orthodoxa. c. 21.
Lectio iv.

CHriſtus Dominus ſanctorum Reliquias, velut ſalutiferos fontes præbuit, ex quibus plurima nobis beneficia manant, ſuauiſſimumque vnguentum profluit. Nec verò quiſquam huic ſermoni fidem detrahat, nam, ſi aqua in deſerto ex aſpera, & ſolida rupe, atq; ex aſini maxilla, ad ſedandam Sápſonis ſitim, Deo ità volente, proſilijt: eritnè, cur cuiquam incredibile videatnr, ex martyrum Reliquijs, ſuaue vnguentum ſcaturire? Minimè certè ijs quidem, quibus Dei potentia, honorque, quo Sanctos ſuos afficit, perſpectus, & exploratus eſt: Atquè illud quidem veteri lege comparatum erat, vt, quiſquis mortuum contigiſſet, immundus cenſeretur, verum hi mortuorum nume-

ro minimè habendi ſunt.

℟. Sancti tui Domine mirabile conſecuti sũt iter, ſeruientes præceptis tuis, vt inuenirentur illæſi in aquis validis: * Terra apparuit arida: & in mari rubro via ſine impedimento.

℣. Quoniam percuſſit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. Terra.

Lectio v.

EX quo enim ipſamet vita, ac vitæ auctor, inter mortuos adſcriptus eſt, eos qui in ſpe reſurrectionis, fideique ergà eum diẽ extremum clauſerunt, mortuos haúdquaquã appellamus. Quì enim mortuum corpus miracula edere queat? Per ea Dœmones expelluntur, morbi profligãtur, ægroti ſanantur, cœci proſpiciunt, leproſi mundantur, tẽtationes, ac mærores diſcutiuntur, ac denique omne donum optimum à patre luminum, eorum opere à Deo, qui fide minimè dubia poſtulant, deſcendit. Quid non laboris ſuſcipias, vt Patronum quemdam nãciſcáris, qui te mortali Regi offerat, ac tuo nomine, ad eum verba faciat? An non igitur hi honorandi ſunt, qui totius humani generis Patronos ſe profitentur, ac Deo noſtrã cauſá ſupplicant.

℟. Verbera carnificũ non timuerunt ſancti Dei, morientes pro Chriſti nomine: * Vt hæredes fierent in domo Domini.

℣. Tradiderunt corpora ſua propter Deũ ad ſupplicia. Vt.

Lectio vj.

HOnorandi certè, & quidem ità, vt in eorum nomine templa Deo extruamus, dona offeramus, eorũ memorias colamus, atque in ea ſpiritualiter oblectemur, quo nimirum lętitia noſtra ijs, à quibus mutamur, congruat, ac non, dum eos colere, & demereri ſtudemus, offendamus potius, & irritémus. Quibus enim rebus Deus colitur, ijſdem quoque ſerui ipſius oblectantur; quibus autem Deus offenditur, ijſdem etiam ipſius milites offendũtur: Quocircà in pſalmis, & hymnis, & canticibus ſpiritualibus, & compunctione, & eorum qui in egeſtate verſantur, commiſeratione, quibus obſequijs Deus potiſſimum conciliatur, ſanctos colámus, ſtatuas ipſis, ac viſibiles imagines erigamus, imò ipſi virtutibus eorum imitandis hoc conſequamur, vt viuæ eorum ſtatuæ, atque imagines ſimus.

℟. Tamquam aurum in fornace probauit electos Dominus: & quaſi holocauſti hoſtiã accepit illos: & in tempore erit reſpectus illorum: * Quoniam donum, & pax eſt electis Dei.

℣. Qui confidunt in illum, intelligent veritatem: & fideles in dilectione acquieſcẽt illi. Quoniam. Gloria. Quoniam.

In iij. Noctur. Homil. ſuper Euang. Deſcendens Ieſus de Monte. de commu. plur. Mart.

In ij. Veſp. Ad Magnif. Antiph. Gaudent in cœlis animæ ſanctorũ,

qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti: & quia pro eius amore ſanguinem ſuum fuderunt, ideò cum Chriſto exultant ſine fine.

Orat. Deus, qui hanc Sacroſanctam &c. vt ſupra.

Deindè fit commem. Sancti Paulini Epiſc. & Conf.

Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum.

℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum.
℟. Stolam gloriæ induit eum.

Oratio.

DA quæſumus omnipotens Deus, vt beati Paulini confeſſoris tui, atque Pōtificis veneranda ſolēnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominum.

DIE XXIV. IVNII.
In Feſto
Natiuitatis S. Io: Bapt.
Noſtri Titularis.
Dupl. 1. claſs.
Omnia vt in Breuiar.

DIE XXVIII. IVNII.
In Feſto
S. Leonis II. Papæ, & Conf. Duplex.
Veſp. de S. Leone.
Ad Magnif. Antiph.

Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dn̄m.

Oratio.

DEvs, qui beatum Leonem Pontíficem, ſanctorum tuorum meritis coæquaſti: concede propitius, vt qui commemorationis eius feſta percolimus, vitæ quoque imitemur exempla. Per.

Deindè fit commem. Octau. S. Ioannis.

Antiph. Puer qui natus eſt nobis, pluſquā

Pro-

Propheta eſt: hic eſt enim, de quo Saluator ait: inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioãne Baptiſta.
℣. Iſte puer magnus coram Domino.
℟. Nam & manus eius cum ipſo eſt. Oratio.

Devs, qui præſentem diem, honorabilem nobis in beati Ioannis natiuitate feciſti: da populis tuis ſpiritualium gratiam gaudiorum, & omnium fidelium mẽtes dirige in viam ſalutis æternæ. Per Dominum.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

In ij. Noct. Lect. vt in Breuiario.

IN III. NOCTVRNO

Lectio ſancti Euãgelij ſecundùm Matthęũ.

Lectio vij. c. 25.

IN illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Homo peregre proficiſcens vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Et reliqua.

Homilia ſancti Gregorij Papæ.

LEctio ſancti Euãgelij, fratres chariſſimi, ſolicitè conſiderare nos admonet, ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo, accepiſſe aliquid cernimur ab auctore mundi, grauius inde iudicemur. Cum enim augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum. Tantò ergò eſſe humilior, atque ad ſeruiendum Deo promptior quiſque debet ex munere, quãtò ſe obligatiorem eſſe conſpicit in reddenda ratione. Ecce homo, qui peregrè proficiſcitur, ſeruos ſuos vocat, eiſque ad negocium ta-

lenta partitur. Poſt multum verò temporis poſiturus rationem reuertitur. Benè operantes pro apportato lucro remunerat, ſeruum verò à bono opere torpentem damnat.

℟. Amauit eum Dominus,& ornauit eum: ſtolam gloriæ induit eum: *Et ad portas paradiſi coronauit eũ. ℣. Induit eum Dominus loricam fidei, & ornauit eum. Et.

Lectio viij.

QVis itaque iſte homo eſt,qui peregrè proficiſcitur,niſi Redemptor noſter,qui in ea carne, quam aſſumpſerat, abijt in cælum? Carnis enim locus proprius terra eſt, quæ quaſi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem noſtrũ in cęlo collocatur. Sed homo iſte peregrè proficiſcens ſeruis ſuis bona ſua tradidit, quia fidelibus ſuis ſpiritualia dona conceſſit. Et vni quidem quinque talenta, alij duo, alij verò commiſit vnum. Quinque etenim ſunt corporis ſenſus, videlicet, viſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus. Quinque ergo talentis, donum quinque ſenſuum, ideſt, exteriorum ſcientia exprimitur: Duobus verò, intellectus, & operatio deſignatur. Vnius autem talenti nomine,intellectus tãtummodò deſignatur.

℟. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris:* Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs.

℣. Vi-

℣. Vigilate ergò, quia neſcitis, qua hora Dominus veſter venturus ſit. ℟. Gloria. ℟.

De Vigil. SS. Apoſtol. Petri, & Pauli.

Lectio ix.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Ioannem. c. 21.

IN illo tempore: dixit Ieſus Simoni Petro: Simon Ioannis diligis me plus his? Et reliqua.

Homilia ſancti Auguſtini Epiſcopi.

Tract. 123. in Ioa. in medio.

Redditur negationi trinæ trina confeſſio, ne minus amori lingua ſeruiat, quam timori: & plus vocis elicuiſſe videatur mors imminens, quam vita præſens. Sit amoris officium paſcere Dominicum gregē, ſi fuit timoris indiciū negare Paſtorem. Qui hoc animo paſcunt oues Chriſti, vt ſuas velint eſſe, non Chriſti: ſe conuincuntur amare, non Chriſtum, vel gloriandi, vel dominādi, vel acquirendi cupiditate, non obediendi, & ſubueniendi, & Deo placendi charitate. Tu autem.

In Laud. pro comm. Octauæ S. Ioannis.

Antiph. Apertum eſt os Zachariæ, & prophetauit dicens, benedictus Deus Iſrael.

℣. Iſte puer magnus coram Domino.

℟. Nam, & manus eius cum ipſo eſt.

Orat. Deus, qui præſentem diem &c. vt ſupra.

Deindè fit commem. Vigiliæ SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli. Antiph. ℣. & ℟. de fer. occurr.

Oratio.

PRæſta quæſumus, omnipotens Deus vt nullis nos permittas perturbationibus concuti; quos in Apoſtolicę confeſſionis petra ſolidaſti. Per.

In ij. veſp. de SS. Apoſt. Petro, & Paulo, vt in Breuiario.

DIE XXIX. IVNII.

In Feſto SS. Apoſtolorum Petri & Pauli.

Duplex j. claſſ.

Omnia vt in Breuiar.

FESTA IVLII.

Die iij.

In Feſto S. Pauli I. Papæ, & Confeſſ.

Duplex.

Veſp. de Viſitatione Beatæ Mariæ Virginis. Deinde fit commem. S. Pauli Papæ.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum.

℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum.
℟. Stolam gloriæ induit eum.

Oratio.

DA quęſumus omnipotens Deus, vt beati Pauli confeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolemnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dñm.

Poſteà fit comm. Oct. Apoſtolorum.

Antiph. Petrus Apoſtolus, & Paulus Doctor gentium, ipſi nos docuérunt legem tuã Domine.

℣. Cõſtitues eos Principes ſuper omnem terram.
℟. Memores erunt nominis tui Domine.

Oratio.

DEvs, qui hodiernam diem Apo-

ſtolorum tuorum Petri, & Pauli martyrio conſecraſti: da Eccleſiæ tuæ, eorum in omnibus ſequi præceptũ, per quos religionis ſumpſit exordium. Per Dominum &c.

In Hymn. mutatur verſ.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

PAulus huius nominis Primus, natione Romanus, Patre Conſtantino, poſt obitũ Stephani Tertij germani fratris, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo ſeptimo, in eius locum, nouo exemplo, ſubrogatus eſt. Sed hoc eximiæ illius virtuti debebatur; Cùm enim à Gregorio ſecundo in noſtro Partiarchio Lateranenſi, vnà cum fratre, à primis annis, ad Chriſtianos mores, & omnem eruditionẽ Eccleſiaſticam egregiè formatus fuiſſet, digniorem Clerus non habuit, quem perturbatiſſimis illis temporibus, pio fratri ſucceſſorem eligeret.

℟. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

COnſtantinum Copronimum literis, per Legatum ad eum miſsis, ſemel, atque iterum ſolicitauit, vt ſaniorem doctrinam amplecteretur; ſed hereticus, & induratus Princeps, ſoliciti Paſtoris vocem

audire noluit, & in Catholicos, ac præcipuè in Monachos ſæuire non ceſſauit; quorum plurimi, vt à tyranno ſe ſubducerent, in Italiam ſe receperunt, quos benignè Paulus excepit, iiſque templa, & Monaſteria, cõgruis inſtructa redditibus aſſignauit, in quibus Græcâ linguâ, & patrio ritu ſacra peragerent.

℟. Poſui adiutorium ſuper potentem, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum. Manus.

Lectio vj.

Extant multæ illius Epiſtolæ ad Pipinum Francorum Regem ſcriptæ, in quibus gratias agit optimo, & de Romana Eccleſia benemerito Principi, pro ſuſcepta Eccleſiæ contra Longobardorum irruptiones, defenſione; eumque raris elogijs cumulatum impensè hortatur, nè vmquam à cæpto deſiſtat. Cùm autem Cœmeteria extrà muros à Longobardis diruta fuiſſent, multas inde Sanctorum exuuias, ne barbaris in prædam cederent, in Vrbem intulit; quarum non modicam partem, in Eccleſiam Monaſterij à ſe conſtructi in paternis ædibus, & pingui cenſu ditati, collocauit. Cæterùm ſi quid ipſi temporis reſidui Eccleſiaſtici regiminis cura relinqueret, id totum alendis Chriſti pauperibus, ægris, viduis, ac detentis in car-

cere conſolandis, liberandiſq; oppreſſis ære alieno impendit: Et tandem maturus cælo piè obijt, vndecimo Pontificatus anno iam inito, & in Vaticano ſepultus eſt.

℞. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum. ℣. Iſtè eſt, qui cõtempſit vitam mundi, & peruénit ad cæleſtia regna. Ipſe intercedat. Gloria Patri. Ipſe intercedat.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euangel. Homo peregrè &c. de comm. Conf. Pont.

In Laud. pro comm. Oct. SS. Apoſtolorum. Antiph. Glorioſi Principes terræ quomodo in vita ſua dilexerunt ſe, ità & in morte non ſunt ſeparati.

℣. In omnem terram exiuit ſonus eorum.

℞. Et in fines orbis terræ verba eorum.

Orat. Deus, qui hodiernam &c. vt ſupra.

In ij. Veſp. ad Magnif. Antiph. Dum eſſet ſũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit.

Oratio. Da quæſumus &c. vt ſupra.

Deindè fit comm. S. Eliſabeth Reginę Portugalliæ.

Antiph. Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram.

℣. Ora pro nobis beata Eliſabeth.

℞. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti

Oratio.


Clemẽtiſſime Deus, qui beatam Eliſabeth Reginam, inter cæte-

cæteras egregias dotes, bellici furoris ſedandi prerogatiua decoraſti: da nobis eius interceſſione, poſt mortalis vitæ, quam ſuppliciter petimus pacē, ad æterna gaudia peruenire.

Poſteà ſit commem. Octauæ SS. Apoſtol. Aña. Petrus Apoſtolus, &c. ℣. ℞. & Orat. vt ſupra in j. Veſp.

DOMINICA PRIMA

Non imped. poſt Oct. SS. Apoſt. Petri, & Pauli.



COMMEMORATIO

Omnium Sanctorum Sacroſanctæ Rom. Eccl. Pontificum. Dupl.

Ad Veſper. Antiph. Sancti tui Domine florebunt. cum reliquis de Laud. Pſal. Dixit Dominus. cum reliquis de Dom. & loco vltimi

Pſal. Laudate Dominum omnes gentes.

Capitulum. Hebr. c. 13.

FRatres, mementote prępoſitorum veſtrorum, qui vobis loquuti ſunt verbum Dei: quorum intuentes exitum cõuerſationis, imitamini fidem.

Hymnus.

REx glorioſe Præſulum.
Corona confitentiũ,
Qui reſpuẽtes terrea
Perducis ad cęleſtia.
Aurem benignam protinus,
Appone noſtris vocibus;
Trophæa ſacra pangimus,
Ignoſce quod deliquimus.
Tu vincis in Martyribus,
Parcendo Cõfeſſoribus,
Tu vince noſtra crimina
Donando indulgentiam.
Deo Patri ſit gloria,
Eiuſque ſoli filio,
Cũ Spiritu Paraclito,
Et nunc, & in perpetuum. Amen.

℣. Exaltent eos in Eccleſia Plebis.

℟. Et in Cathedra Seniorum laudent eos.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdotes Dei benedicite Dominum, ſerui Domini hymnum dicite Deo. Alleluia.

Oratio.

DEvs, qui populis tuis indulgentia conſulis, & amore dominaris: da Spiritum ſapientiæ, ſuffragantibus meritis Antiſtitũ Eccleſiæ tuæ, quibus dediſti regimen diſciplinæ; vt de profectu ſanctarum ouium, fiant gaudia æterna Paſtorum. Per Dominum.

Deindè fit commem. Dominicę occurr.
Ad Matut. Inuitat. Chriſtum Principem Paſtorum: * Venite adoremus. Hymn.

Aeterna Chriſti munera,
Et gloriam Pontificũ,
Laudes canentes debitas,
Lætis canamus mentibus.

Eccleſiarũ Principes,
Belli triumphales duces;
Cœleſtis aulę milites,
Et vera mũdi lumina.

Deuota Sanctorum fides,
Inuicta ſpes credentium,
Perfecta Chriſti charitas,
Mundi triũphat Principem.

In his paterna gloria,
In his voluntas Spiritus,
Exultat in his Filius,
Cęlum repletur gaudio.

Te nunc Redemptor quæſumus,
Vt ipſorum cõſortio
Iungas precantes ſeruulos,
In ſempiterna ſecula. Amen.

Ad Matut. Antiph. Pſal. & Verſ. Noctur. dicuntur de communi Apoſtolorum.

IN I. NOCTVRNO.

De Libro Eccleſiaſtici.

Lectio j. c.44.

Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua. Multam gloriam fecit Dominus magnificentia ſua à ſeculo. Dominantes in poteſtatibus ſuis, homines magni virtute, & prudentia ſua præditi, nunciantes in Prophetis dignitatem Prophetarum, & imperantes in præſenti po-

populo, & virtute prudentiæ populis ſãctiſſima verba. In peritia ſua requirentes modos muſicos, & narrantes carmina ſcripturarum,

℟. Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum, dicit Dominus:* Eſtote ergò prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.

℣. Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis ſitis. Eſtote.

Lectio ij.

HOmines diuites in virtute, pulchritudinis ſtudium habentes: pacificantes in domibus ſuis. Omnes iſti, in generationibus gentis ſuę gloriam adepti ſunt, & in diebus ſuis habētur in laudibus. Qui de illis nati ſunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorũ: & ſunt quorum non eſt memoria: perierunt, quaſi qui non fuerint, & nati ſunt quaſi non nati, & filij ipſorum cum ipſis.

℟. Tollite iugum meũ ſuper vos dicit Dominus, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde: * Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.

℣. Et inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum.

Lectio iij.

SEd illi viri miſericordiæ ſunt, quorum pietates non defuerunt: cum ſemine eorum permanent bona, hæreditas ſancta nepotes eorum, & in teſtamentis ſtetit ſemẽ eorum; & filij eorum propter illos vſque in æternum manent, ſemen eorum, & gloria eorum nõ derelinque-

tur. Corpora ipſorum in pace ſepulta ſunt, & nomen eorum viuit in generationem,& generationem. Sapientiam ipſorum narrent populi,& laudem eorum nunciet Eccleſia.

℟. Dum ſteteritis ante reges, & præſides, nolite cogitare quomodò,aut quid loquamini:*Dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini.

℣. Non enim vos eſtis, qui loquimini:Sed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. Dabitur. Gloria. Dabitur.

IN II. NOCTVRNO.

Sermo ſancti Bernardi Abbatis.

In Feſto Sancti Malachiæ Epiſcopi.

Lectio iv.

Congratulemur, fratres, congratulemur, vt dignum eſt, Pontificibus noſtris: quia & pium eſt defunctos plangere, & pium magis congaudere viuenti. Numquid non viuunt? & beatè. Nimirum viſi ſunt oculis inſipientium mori, illi autem ſunt in pace. Denique iam conciues ſanctorum,& domeſtici Dei pſallunt pariter, & gratias agunt, dicentes: Tranſiuimus per ignem, & aquam, & induxiſti nos in refrigerium. Tranſiuerunt planè viriliter, & feliciter pertranſierūt. Tranſiuerunt per ignē, & aquam, quos neque triſtitia frangere, nec detinere mollia potuerunt.

℟. Vidi coniunctos viros habentes ſplendidas veſtes, & Angelus Domini locutus eſt ad me dicens:*Iſti sūt viri ſācti facti amici Dei.

℣. Vi-

℣. Vidi Angelum Dei fortem volantem per medium cęlum, voce magna clamantem, & dicentem. Iſti ſunt.

Lectio v.

Lætemur, quod Pontifices noſtri aſcenderunt ad ciues ſuos, pro filijs captiuitatis legatione fungētes, corda nobis conciliantes beatorū, vota illis intimantes miſerorum. Lætemur, inquam, & exultemus, quia cęleſtis illa curia ex nobis habet, quibus ſit cura noſtri, qui ſuis nos protegant meritis quos informauerunt exemplis, miraculis confirmauerunt. Sancti Pontifices, qui in ſpiritu humilitatis hoſtias pacificas cœlis frequenter inuexerant per ſemetipſos introierūt ad altare Dei ipſi hoſtiæ, & Sacerdotes. ℟. Beati eſtis cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersū vos mētiētes propter me:* Gaudete, & exultate, quoniā merces veſtra copioſa eſt in cœlis. ℣. Cum vos oderint homines, & cum ſeparauerint vos, et exprobrauerint, et eiecerint nomen veſtrum tamquam malum propter filium hominis. Gaudete.

Lectio vj.

Benedictus Dominus Deus, qui tātorum Pontificum miniſterio viſitauit plebem ſuam; Et nunc aſſumptis ijs in ſanctam ciuitatem, tantę recordatione ſuauitatis noſtram non deſinunt cōſolari captiuitatem. Exultent in Domino eorum ſpiritus, quòd leuati pondere corpo-

reæ molis, nulla iam feculenta, vel terrena materia prægrauantur quò minus tota alacritate, ac viuacitate corpoream omnem, & incorpoream tranſeũtes creaturam, pergant toti in Deum, & adhærentes illi, vnus ſit cum eo ſpiritus in æternũ. Domum iſtam decet ſanctitudo, in qua tantę frequentatur memoria ſanctitatis.

℟. Iſti ſunt triumphatores, & amici Dei, qui contemnentes iuſſa Principum, meruerunt prẹmia æterna: *Modo coronantur, & accipiunt palmam.

℣. Iſti ſunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni. Modò coronantur. Gloria Patri. Modô coronantur.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Matthęũ.

Lectio vij. c. 16.

IN illo tempore: Venit Ieſus in partes Cæſareę Philippi, & interrogabat diſcipulos ſuos, dicens: Quem dicunt homines eſſe filiũ hominis? Et reliqua.

Homilia S. Leonis PP.

Serm. 2. in Anniu. Aſſump. ſuæ, ante mediũ.

CVm, ſicut Euangelica lectione reſeratum eſt, interrogaſſet Dominus diſcipulos, quem ipſum, (multis diuerſa opinantibus) crederent; reſpondiſſetq; beatus Petrus, dicens: Tu es Chriſtus Filius Dei viui: Dominus ait: Beatus es Simon Bar-Iona quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui in cœlis eſt: & ego dico tibi,

quia tu es Petrus,& ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meā, & portæ inferi non preualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues Regni Cęlorum,et quodcumq; ligaueris ſuper terram,erit ligatum & in cęlis:& quodcumque ſolueris ſuper terram,erit ſolutum et in cœlis. Manet ergò diſpoſitio veritatis, & beatus Petrus in accepta fortitudine petræ perſeuerans, ſuſcepta Eccleſiæ gubernacula non reliquit.

℟. Amauit eos Dominus,& ornauit eos,ſtolam gloriæ induit eos:*Et ad portas Paradiſi coronauit eos.

℣. Induit eos Dominus loricam fidei, & ornauit eos.Et.

Lectio viij.

IN vniuerſa namq; Eccleſia,tu es Chriſtus filius Dei viui,quotidiè Petrus dicit: & omnis lingua, quę cōfitetur Dominum,magiſterio huius vocis imbuitur. Hæc fides diabolum vincit, & captiuorum eius vincula diſſoluit.Hęc erutos mundo, inſerit cęlo, & portæ inferi aduerſus eam præualere non poſſunt. Tanta enim diuinitùs ſoliditate munita eſt,vt eam neque hæretica vnquā corrumpere prauitas, nec pagana potuerit ſuperare perfidia. His itaque modis, dilectiſſimi, rationabili obſequio celebratur hodierna feſtiuitas, vt in perſona humilitatis meæ, ille intelligatur, ille honoretur, in quo & omnium Paſtorum ſolicitudo, cum commendatarum ſibi ouiū cuſtodia perſeuérat, et

cuius etiam dignitas in indigno hærede, non deficit.

℟. Iſti ſunt, qui ante Deum magnas virtutes operati ſunt, & omnis terra doctrina eorũ repleta eſt: * Ipſi intercedãt pro peccatis omnium populorum. ℣. Iſti sũt qni contempſerunt vitam mundi, & peruénerunt ad cæleſtia regna. Ipſi. Gloria. Ipſi.

Lectio ix. legitur de Homil. Dom. occurr.

AD LAVDES, & per Horas Aña.

SAncti tui Domine florebunt ſicut lilium, et ſicut odor balſami erunt ante te. Pſalm. Dñs regnauit. cum reliq. de Laud.

Antiph. In cœleſtibus regnis ſanctorum habitatio eſt, et in ęternũ requies eorum.

Antiph. Corpora Sanctorum in pace ſepulta ſunt, & nomina eorum viuent in æternum.

Aña. Spiritus, & animæ iuſtorum Hymnũ dicite Deo noſtro.

Aña. Fulgebũt iuſti ſicut Sol in cõſpectu Dei.

Capitulum. Heb. c. 13.

FRatres, mementote præpoſitorum veſtrorum, qui vobis loquuti ſunt verbum Dei: quorum intuentes exitum conuerſationis, imitamini fidẽ.

Hymnus.

REx glorioſe Præſulum,
Corona confitentiũ,
Qui reſpuẽtes terrea
Perducis ad cęleſtia.
Aurem benignã protinus,
Appone noſtris vocibus;
Trophæa ſacra pangimus,
Ignoſce quod deliquimus.

Tu

Tu vincis in Martyribus,
Parcendo Confeſſoribus;
Tu vince noſtra crimina,
Donando Indulgentiam.
Deo Patri ſit gloria,
Eiuſque ſoli Filio,
Cũ Spiritu Paraclito,
Et nunc, et in perpetuum. Amen.

℣. Iuſtos deduxit Dominus per vias rectas.
℟. Et oſtendit illis regnum Dei.

Ad Benedictus Aña. Vos eſtis lux mundi: non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita; neque accendunt lucernam, et ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrũ, vt luceat õnibus, qui in domo ſunt. Oratio.

Deus, qui populis tuis, indulgentia conſulis, et amore dominaris: da ſpiritum ſapientię, ſuffragantibus meritis Antiſtitum Eccleſię tuæ, quibus dediſti regimẽ diſciplinæ, vt de profectu ſanctarum ouiũ fiant gaudia æterna Paſtorum. Per Dñm.

Deinde fit commem. Dom. occurr.

Ad Tertiam Aña. In cęleſtibus Regnis.

Capitulum Fratres mementote &c.

℟. breuè. Lætamini in Domino:* Et exultate iuſti. Lætamini. ℣. Et gloriamini omnes recti corde. Et exultate, Gloria. Lætamini.

℣. Exultent iuſti in conſpectu Dei. ℟. Et delectentur in lætitia.

Ad Sextam Antiph. Corpora Sanctorum.

Capitulum. Act.c.20.

Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus

ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.

℟. breue. Exultent iuſti:* In conſpectu Dei. Exultent. ℣. Et delectentur in lætitia. In conſpectu. Gloria. Exultent. ℣. Iuſti autem in perpetuum viuent. ℟. Et apud Dominum eſt merces eorum.

Ad Nonam, Aña. Fulgebunt iuſti.

Capitulū. Hebr. c. 13.

Obedite Præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis: ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.

℟. breue. Iuſti autem:* In perpetuum viuent. Iuſti. ℣. Et apud Dominum eſt merces eorum. In perpetuum. Gloria. Iuſti. ℣. Exultabunt ſancti in gloria ℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis.

In ij. Veſp. Antiph. Pſalm. Capit. & Hymnus, vt in j. Veſperis, & loco vltimi Pſalm. Memento Domine Dauid.

℣. Elegit eos Dominus ſacerdotes ſibi. ℟. Ad ſacrificandum ei hoſtiam laudis.

Ad Magnif. Antiph. Dum eſſent ſūmi Pontifices, terrena non metuerunt, ſed ad cæleſtia regna glorioſi migrarunt.

Orat. Deus qui populis tuis &c. vt ſupra.

Deindè fit commemoratio Dominicę occurren.

DIE X. IVLII.

In Feſto SS. Ruffinę, & Secundę Virg. & MM. Dupl.

Veſp. de SS. Ruffina, & Secunda.

℣. Adducentur regi vir-

virgines poſt eam.
℞. Proximæ eius afferentur tibi.

Ad Magnif. Antiph. Prudentes virgines, aptate veſtras lampades: Ecce ſponſus venit, exite ob viam ei.

Oratio.

DA nobis, quæſumus Domine, Deus noſter, ſanctarũ virginum, & martyrũ Ruffinæ, & Secundæ palmas inceſſabili deuotione venerari: vt quas digna mente non poſſumus celebrare, humilibus ſaltem frequentemus obſequijs. Per Dominum.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

RVffina, & Secunda ſorores virgines Romanæ, patre Aſterio, & matre Aurelia nobiliſſimis coniugibus ortæ; Armentario, & Verno viris æquè nobilibus deſpõſatæ, cum illos à fide Chriſtiana defeciſſe nouiſſent, in prædiolum, quod in Tuſcia poſſidebant, vt liberius Chriſto inſeruirent, confugerunt: quamobrem à ſponſis, Arceſiláo Comiti accuſatæ, eiuſdem iuſſu ab équeſtribus militibus perquiſitæ, & cõpræhenſæ, Iunio Prefecto oblatæ fuerunt, vt earum agnita cauſa iudicarentur; quas primò in cuſtodia inuicem ſeparatas ſeruari iuſſit, deinde in Secretarium adduci, vbi in Ruffinam acriter inuehere cæpit, obiectis ei preclara generis nobilitate, Parẽtum opibus, illuſtribus connubijs, & reliquis agendæ vitæ commoditatibus;

bus ; quibus fortiter ipſa ſatisfaciens, ſe votum virginitatis emiſiſſe, & nihil prçter cçleſtis Agni nuptias, ſolamque æternitatem curaturam, affirmauit. Quapropter actus furore Præfectus, eam flagellis crudeliter cçdi, præcepit.

℟. Propter veritatem & mánſuetudinem, & iuſtitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua, Intende, proſpere procede, & regna. Et.

Lectio v.

Animaduertés autem Secunda, ſororem flagellari, Iudicem ſic interpellare aggreſſa, inquit: Quid eſt, quod ſororem meam honore, me afficis agnominia? Iube, ambas ſimul cædi, quæ ſimul Chriſtum Deum confitemur. Quibus verbis excādeſcens Iudex, imperat vtramq; detrúdi in tenebricoſum, fætidumque carcerem; ſed illicò carceris horror in meridianam lucem, & fætor in ſuauiſſimam odorum omnium fragrantiam conuertitur. Eductas deindè ab ergaſtulo, ad feruida balnea, feruenſque dolium trahi iuſſit, vt ibi nimio calore præfocatæ interirent; ſed, cum elapſo duarum horarum ſpatio, ingreſſi fuiſſent ſatellites, vt eas emortuas creditas efferrent; vegetes, & viuæ, in gratiarum actione ſolutæ, ſtupentibus omnibus, inuentæ ſunt: Deindè vtramque mandauit in medium Tyberis deportari, ligatoque ad am-

barum colla prǽingenti ſaxo demergi; at illæ ſupernatãtes aquas ſiccis veſtibus, cunctis Chriſti fidem diſertiſſimè prędicare, non deſiſtebant.

℟. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem:* Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ.

℣. Propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam. Propterea vnxit te.

Lectio vj.

Noſcens ſe oleum, & operam inaniter perdere Iunius, Sanctas ſorores Arceſilào Comiti, pro ſuo libito adiudicãdas remiſit; qui vtramquè ad ſiluam via Cornelia tractam, ibidem decollari præcepit. Inhumatis Virginum ſacris Corporibus abſque debito honore iacentibus, ambæ nitidiſſimo cultu ornatæ, gemmatoquè in thalamo ſedentes, Plautillę, in cuius prædio martyriũ conſummarant, apparuére, eique Chriſtianam fidem amplecti, & ſacra pignora honorificè tumulare, demandarunt; quod, & ipſa alacriter, pièq; peregit. Tractu autem temporis, ſacræ harum virginum, & martyrum exuuiæ, ab Anaſtaſio Quarto Summo Pontifice, cum adhuc eſſet Epiſcopus Cardinalis Sabinus, in Cœmeterijs repertæ, in Ara earum nominibus ſacra, propè noſtrum Baptiſterium Conſtantinianum reconditæ, pia Fidelium veneratione coluntur.

℟. Afferétur Regi virgines poſt eam, proximæ eius: *Afferentur

tibi in lætitia, & exultatione.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, proſpere procede, & regna. Afferentur. Gloria. Afferentur.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euang. Simile erit regnum Cęlorum decem virginibus &c. de commu. virg. MM. Antiph. & ℣. ad Benedict. vt in j. Veſp.

In ij. Veſp. à Cap. fit de S. Pio I. Papa, & M. Ad Magnif. Antiph.

Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram.

Oratio.

INfirmitatem noſtrã reſpice omnipotẽs Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat, beati Pij martyris tui, atque Pontificis, interceſſio glorioſa nos protegat. Per.

Deindè fit commem. SS. Ruffinæ, &c.

Aña. Prudẽtes virgines aptate veſtras lampades: Ecce ſponſus venit, exite obuiam ei.

℣. Adducentur Regi virgines poſt eam.

℟. Proximæ eius afferentur tibi.

Orat. Da nobis, quæſumus &c. vt ſupra.

DIE XI. IVLII.

In Feſto Sancti Pij I. Papæ, & Mart. Duplex.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

PIus huius nominis Primus, Ruffini filius, Hermetis frater, patria Aquileienſis, ex Presbytero Sanctę Romanę Eccleſię ſummus Pontifex creatus eſt;

ſeditq; Antonino Pio, & Marco Aurelio Imperatoribus Auguſtis. Quinque Ordinationibus, menſe Decembri, Epiſcopos duodecim, octodecim Presbyteros creauit.

℞. Honeſtum fecit illũ Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

℣. Deſcenditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Lectio v.

Extant nonnulla ab eo preclarè inſtituta, præſertim, vt Reſurrectio Domini nonniſi die Dominico celebraretur; quod poſtea ab eius ſucceſſoribus Romanis Pontificibus confirmatum eſt; quibus id maximè curæ fuit, vt totius Eccleſiæ Epiſcopi, in Paſchali celebritate vniformes eſſent.

℞. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: * Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Et.

Lectio vj.

Praxedis domum in Eccleſiam mutauit, eamque titulo Paſtoris dicauit, in qua ſæpiùs rem ſacrã fecit, & multos ad fidem conuerſos, & ſacro fonte purgatos, in fidelium numerum adſcripſit. Dum verò pij paſtoris munus obiret fuſo pro ſuis ouibus, & sũmo Paſtore Chriſto ſanguine, martyrio coronatus eſt, quinto

Idus Iulij, ac ſepultus in Vaticano.

℟. Stola iucunditatis induit eum Dominus:* Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius.

℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illũ. Et. Gloria. Et.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euang. Si quis venit ad me &c. de commu. vnius Mart.

In ij. Veſp. à Cap. fit de S. Ioanne Gualberto Conf.

Ad Magnif. Antiph. Similabo eum viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram. Oratio.

INterceſſio nos, quęſumus Domine, beati Ioannis Gualberti Abbatis commendet: vt quod noſtris meritis non valemus, eius patrocinio aſſequamur. Per Dominum.

Deindè fit commem. ſancti Pij.

Antiph. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

℣. Iuſtus vt palma florebit.

℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Orat. Infirmitatem noſtram reſpice &c. vt ſupra.

Poſteà fit comme. SS. Naboris, & Felicis MM.

Aña. Iſtorum eſt enim regnum cœlorum, qui contempſerunt vitam mundi, & peruenerunt ad pręmia regni, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

℣. Lętamini in Domino, & exultate iuſti.

℟. Et gloriamini omnes recti corde.

Oratio.

PRæſta quæſumus Domine; vt ſicut nos ſanctorum martyrum tuorum Nabóris, & Felicis natalitia celebranda non deſerunt ità iugiter ſuffragijs comitentur. Per Dñm.

DIE XIII. IVLII.

In Feſto S. Anacleti Papæ, & Mart. Duplex.

Veſp. de S. Ioanne Gualberto, à Cap. de S. Anacleto.

Ad Magnif. Antiph. Iſte Sanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorũ nõ timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram.

Oratio.

DEus qui nos, beati Anacleti martyris tui, atque Pontificis annua ſolemnitate lætificas: concede propitius, vt cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

Deinde fit commem. S. Ioannis Gualberti.

Antiph. Hic vir deſpiciens mundum, & terrena triumphans, diuitias cœlo condidit ore, manu.

℣. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas.
℞. Et oſtendit illi regnum Dei.

Orat. Interceſſio nos &c. vt ſupra.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

ANacletus natione Græcus, Atheniensis, patre Antiocho, multis rebus preclarè geſtis celeberrimus, poſt interregnum Pontificium, quatuor menſium, & decem dierum, Chriſtianę re-

ligionis ſummum Pō-tificatum adeptus, Clementi per martyrium ſublato, tertio Nonas Aprilis ſobrogatur; ſeditque in Cathedra Petri, Presbyteris quinque, tribus Diaconis, & ſex Epiſcopis, duplici Ordinatione creatis, ſub Traiano Imperatore.

℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem ęternam.

℣. Deſcenditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Lectio v.

Hic Principi Apoſtolorum Memoriam, ſeu Eccleſiam, gratus, & memor tanti beneficij ab eo accepti; per ſacri Ordinis collationem, dum adhuc Presbyter eſſet, in Vaticano extruxit, atque ornauit, Apoſtolorum trophæū ab antiquis Patribus meritò appellatam; quam nullo vnquam, furentis licèt perſecutionis turbine deijci potuiſſe; ſed, quod omnem admirationem ſuperat, maiore in dies gloria auctam fuiſſe, compertum eſt; futurum ſanè ſequuturis tēporibus, maioris, & amplioris molis nobile rudimentum.

℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: * Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis; poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Et.

Lectio vj.

RΕs ab eo geſtæ, quas mirificas fuiſſe, multis argumentis conijcere licet, cõmuni Scriptorum antiquorũ naufragio obſcuræ, atque obrutæ manſerunt. Multa ad religionem,& diſciplinam ſpectantia,prudẽter ſtatuit, ac præ cęteris, vt Epiſcopus à paucioribus, quàm tribus Epiſcopis minimè conſecraretur, vt Clerici ſacris Ordinibus publicè à proprio Epiſcopo initiarentur, & vt in Miſſa, peracta conſecratione, omnes communicarent.Obijt tandem martyrio coronatus, tertio Idus Iulij, & iuxta corpus beati Petri ſepultus eſt.

℟. Stola iucunditatis induit eumDominus:* t coronã pulchritudinis poſuit ſuper caput eius.

℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ,& intellectus: & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et coronam. Gloria. Et.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euang. Si quis venit ad me &c. de commu. vnius Mart.

In ij. Veſp. à Cap. fit de S.Bonauentura Ep. & Conf. & Eccl.Doct.

Ad Magnif. Antiph.

O Doctor optimè Eccleſiæ ſanctæ lumen, beate Bonauentura, diuinæ legis amator, deprecare pro nobis filium Dei.

Oratio.

DEvs, qui populo tuo ęternæ ſalutis beatum Bonauenturam miniſtrum tribuiſti: præſta quæſumus, vt quem doctorem vitæ habuimus in

terris, interceſſorem habere mereamur in cœlis. Per Dominum.

Deindè fit commem. ſancti Anacleti.

Antiph. Qui vult venire poſt me, abneget ſe metipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

℣. Iuſtus vt palma florebit.

℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Orat. Deus, qui nos &c. vt ſupra.

DIE XVI. IVLII.

In Feſto SS. Septem Fratrum Mart. Semidupl.

Veſp. de S. Henrico I. Imperat. conf. à Cap. de Sanctis Septem Fratribus.

Ad Magnif. Antiph. Iſtorum eſt enim regnum cęlorum, qui cõtempſerunt vitam mũdi, & peruenerunt ad præmia regni, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens Deus, vt qui glorioſos martyres, fortes in ſua cõfeſſione cognouimus: pios apud te in noſtra interceſſione sẽtiamus Per Dominum.

Deindè fit commem. S. Henrici.

Antiph. Hic vir deſpiciens mundum, & terrena triumphans, diuitias cælo condidit, ore manu.

℣. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et oſtendit illi regnum Dei.

Oratio.

DEvs, qui hodierna die beatum Henricum confeſſorẽ tuum, è terreni culmine imperij ad regnum æternum tranſtuliſti; te ſupplices exoramus

vt ſicut illum gratiæ tuæ vbertate præuentum, illecebras ſæculi ſuperare feciſti; ita nos facias eius imitatione, mundi huius blandimenta vitare, & ad te puris mentibus peruenire. Per.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occur.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

SEptem Fratres filij ſanctæ Felicitatis, Romæ in perſecutione Marci Aurelij Antonini à Publio Pręfecto primum blandicijs, deindè terroribus tentati, vt Chriſto renunciantes, deos venerarentur; & ſua virtute, & matre hortante, in fidei confeſſione perſeuerantes, variè necati ſunt. Ianuarius plumbatis cęſus, Felix, & Philippus fuſtibus contuſi, Siluanus ex altiſſimo loco præceps deiectus eſt, Alexander, Vitalis, & Martialis, capite plectuntur. Mater eorũ quarto poſt menſe, eamdem martyrij palmam cõſecuta eſt, illi ſexto Idus Iulii ſpiritum Domino reddiderunt.

℟. Sancti tui Domine mirabile conſecuti sũt iter, ſeruientes præceptis tuis, vt inuenirentur illæſi in aquis validis: * Terra apparuit arida, & in mari rubro via ſinè impedimento.

℣. Quoniam percuſſit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. Terra.

Sermo S. Auguſtini Epiſcopi.

Serm. 100. de diuerſis.

Lectio v.

MAgnum ſpectaculum, fratres, poſitum eſt antè ocu-

los fidei noſtræ. Aure audiuimus, corde vidimus optantem matrem, antè ſe finire vitam iſtam filios ſuos, longè contrarijs votis conſuetudinis humanæ. Omnes enim homines filios ſuos, ex hac vita migrando, præcedere volunt, non ſequi: illa autem optauit poſterior mori. Nō enim amittebat filios, ſed præmittebat, nec intuebatur quam vitam finirent, ſed quam inchoarent. Deſinebant enim viuere, vbi quandoq; fuerint morituri, & incipiebant viuere, ſinè fine victuri. Parum eſt fuiſſe ſpectatricem, mirati ſumus potius hortatricem. Fæcundior virtutibus, quàm fætibus, videns certantes; in quibus omnibus, ipſa certabat, & in omnibus vincentibus, ipſa vincebat.

℟. Verbera carnificū non timuerunt ſancti Dei, morientes pro Chriſti nomine: * Vt hęredes fierent in domo Domini.

℣. Tradiderunt corpora ſua propter Deū ad ſuplicia. Vt hæredes.

Lectio vj.

VNa mulier, vna mater quomodo nobis antè oculos poſuit vnam Matrem ſanctam Eccleſiam, vbique exhortantem filios ſuos, pro illius nomine mori, de quo eos concepit, & peperit? Sic ſanguine Martyrum impletur Orbis, præiactatis ſeminibus ſeges Eccleſię pullulauit. Vndè hoc homini, niſi ſalus Iuſtorum à Domino, & protector eorum eſt in tem-

pore

pore tribulationis? Vidimus, nouimus Protectorem fuiſſe Dominum in tempore tribulationis, trium virorũ illorum qui ambulabant inter ignes innoxios, & Dominum ſine vlla lęſione laudabant. Vbi homo ſæuiebat, flamma parcebat.

℞. Tamquam aurum in fornace probauit electos Dñs: & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos, & in tempore erit reſpectus illorũ: * Quoniam donum, & pax eſt electis Dei.

℣. Qui confidunt in illum, intelligent veritatem, & fideles in dilectione acquieſcẽt illi. Quoniam donum. Gloria. Quoniam.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euang. Loquente Ieſu ad turbas &c. vt in Breuiar. die 10. curren.

In ij. Veſp. de S. Leone IV. Papa, & Conf.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dñm.

Oratio.

Da quæſumus omnipotens Deus, vt beati Leonis confeſſoris tui, atque Põtificis veneranda ſolẽnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominum.

Deinde fit commem. SS. Septem fratrum. Antiph. Gaudent in cœlis animæ ſanctorũ, qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti; & quia pro eius amore ſanguinem ſuum fuderunt, ideò cum Chriſto exultant ſine fine.

℣. Exultabunt ſancti in gloria.

℞. Lætabuntur in cubilibus ſuis.

Ora-

Orat. Præſta quæſumus &c. vt ſupra.

Poſteà fit commem. S. Alexij Conf.

Antiph. Similabo eum viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram.

℣. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et oſtendit illi regnum Dei. Oratio.

DEus, qui nos beati Alexij confeſſoris tui annua ſolemnitate lætificas: concede propitius, vt cuius natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per Dominum.

DIE XVII. IVLII.

In Feſto S. Leonis IV. Papæ, & Conf. Duplex.

In j. Noct. Lect. de Script. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

LEo huius nominis Quartus, Romanus, Rodulphi filius, Monachus ſancti Benedicti primum, Cardinalis deinde, ac demum poſt obitum Sergij Secundi eadem die, inuitus licèt, in noſtrũ Lateranẽſe Patriarchiũ deductus, ad ſanctã Sedẽ omnium votis promotus eſt. Vir fuit religione, innocẽtia, pietate, humanitate, liberalitate, prudentia, & doctrina, præſertim Eccleſiaſtica, inſignis. Sedit annos octo, ſex menſes, & totidem dies, Lothario, & Ludouico iuniore Imperatoribus Auguſtis.

℟. Inueni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Le-

Lectio v.

PAucis ante illius aſſumptionem menſibus, cum Baſilicæ Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli à Saracenis direptę fuiſſent, ad alteram Vrbis direptionem iam accinctos ſuis precibus fregit, & eorum claſsē diſſipauit. Muris Vaticanum cinxit, & in ciuitatem Leoninam commutauit, quam beato Petro cuſtodiēdam tradidit. Tiberinam orā turribus muniuit, direptas Baſilicas reſtaurauit, & ornatum domus Dei, pręſertim in noſtro Lateranenſi Patriarchio, ſublatum reſtituit.

℟. Poſui adiutorium ſuper potētem, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Inueni Dauid ſeruum meū, oleo ſancto meo vnxi eū. Manus.

Lectio vj.

MIraculis ſanctiſſimam vitam illuſtrauit; nam, & baſiliſcum, cuius anhelitu iam multi extincti fuerant, ſuis precibus præſens occidit; & maximum incendium, quod Baſilicæ Vaticanæ imminebat, ſigno Crucis extinxit. Qua ſanctitate permotus Rex Anglię Aſtulphus Regnum ſuum Romanæ Eccleſiæ tributariū fecit, & cenſum annuū conſtituit. Vir ſanè de Vrbe, totaque Republica Chriſtiana optime meritus, obijt decimo ſexto Kalendas Auguſti, Anno Domini octogenteſimo quinquageſimo quinto, & ſepultus eſt in Vaticano.

℟. Iſte eſt, qui ante

Deum magnas virtutes operatus eſt,& omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum.
℣ Iſte eſt,qui contempſit vitã mundi,& peruénit ad cęleſtia regna. Ipſe. Gloria. Ipſe.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Matthęũ.

Lectio vij. c.25

IN illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Homo peregrè proficiſcens vocauit ſeruos ſuos, et tradidit illis bona ſua. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorij Papæ.

Homil.9. in Euang.

LEctio ſancti Euãgelij,fratres chariſſimi, ſolicitè conſiderare nos admonet, ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo, accepiſſe aliquid cernimur ab auctore mundi, grauius inde iudicemur. Cum enim augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum. Tantó ergò eſſe humilior,atque ad ſeruiendum Deo promptior quiſque debet ex munere,quãtò ſe obligatiorem eſſe conſpicit in reddenda ratione. Ecce homo, qui peregrè proficiſcitur, ſeruos ſuos vocat, eiſque ad negocium talenta partítur. Poſt multum verò temporis poſiturus rationem reuertitur. Benè operantes pro apportato lucro remunerat, ſeruum verò à bono opere torpentem damnat.
℟. Amauit eum Dominus,& ornauit eum, ſtolam gloriæ induit eum: * Et ad portas

paradiſi coronauit eũ.
℣. Induit eum Dominus loricam fidei, & ornauit eum. Et.

Lectio viij.

QVis itaque iſte homo eſt, qui peregrè proficiſcitur, niſi Redemptor noſter, qui in ea carne, quam aſſumpſerat, abijt in cælum? Carnis enim locus proprius terra eſt, quæ quaſi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem noſtrũ in cęlo collocatur. Sed homo iſte peregrè proficiſcens ſeruis ſuis bona ſua tradidit, quia fidelibus ſuis ſpiritualia dona conceſſit. Et Vni quidem quinque talenta, alij duo, alij verò commiſit vnum. Quinque etenim ſunt corporis ſenſus, videlicet, viſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus. Quinque ergo talentis, donum quinque ſenſuum, ideſt, exteriorum ſcientia exprimitur: Duobus verò, intellectus, & operatio deſignatur. Vnius autem talenti nomine, intellectus tãtummodò deſignatur.

℟. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris: *Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs.
℣. Vigilate ergo, quia neſcitis, qua hora Dominus veſter venturus ſit. Et vos.

Pro S. Alexio Conf.

Lectio ix.

ALexius Romanorum nobiliſſimus propter eximium Ieſu Chriſti amorem prima nocte nuptiarum, peculiari Dei moniture-

linquens intactā ſponſam, illuſtrium orbis terræ Eccleſiarum peregrinationem ſuſcepit. Quibus in itineribus, cum ignotus ſeptemdecim annos fuiſſet, aliquando apud Edeſſam Syriæ Vrbem, per imaginem Sanctiſſimę Marię Virginis, eius nomine diuulgato, indè naui diſceſſit. Ad portum Romanum appulſus, à patre ſuo tamquàm alienus pauper hoſpitio accipitur; apud quem, omnibus incognitus, cum decem, & ſeptem annos vixiſſet, relicto ſcripto ſui nominis, ſanguinis, ac totius vitæ curſus, migrauit in cœlum, Innocentio Primo Summo Pontifice. Te Deū.

In Laud. pro comm. S. Alexij conf.

Antiph. Euge ſerue bone, & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudiū Domini tui.

℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum.
℟. Stolam gloriæ induit eum.

Orat. Deus, qui nos beati Alexij &c. vt ſup.

In ij. Veſp. Ad Magnif. Antiph. Dum eſſet sūmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit.

Orat. Da quæſumus &c. vt ſupra.

Deindè fit commem. S. Symphoroſæ cum ſeptem filijs mart.

Antiph. Iſtorum eſt enim regnum cœlorum, qui contempſerunt vitam mundi, & peruenerunt ad præmia regni, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

℣. Lætamini in Domino, & exultate iuſti.
℟. Et gloriamini omnes recti corde.

Oratio.

Deus, qui nos concedis ſanctorum martyrum tuorũ Symphoroſæ, & filiorum eius natalitia colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum ſocietate gaudere. Per Dominum.

DIE XIX. IVLII.

In Feſto S. Symmachi Papæ, & Conf. Duplex.

Veſp. de S. Symmacho.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum.

Oratio.

Da quæſumus omnipotens Deus, vt beati Symmachi cõfeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolemnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dñm.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Symmachus genere Sardus, patre Fortunato, ex Diacono á maiore, & potiore Cleri parte, in noſtra Conſtantiniana Baſilica, quarto ab obitu Anaſtaſij die, in eius locum ſuffectus eſt. Quia tamen diſtractis electorum ſuffragijs, Feſti Senatus Principis Exconſulis inſtinctu, à nonnullis, Laurentius Archipresbyter promotus fuerat, grauiſſimum inde ſchiſma ortum habuit, ex quo maxima Chriſtianę reipublicæ clades imminebat, niſi eximia

Symmachi prudentia, cum ſingulari Chriſtianę modeſtiæ exemplo coniuncta, & quatuor Synodorum, Romę collectarum decretis firmata; quibus, & Theodorici Regis, pro executione auctoritas, & elegans Ennodij, pro defenſione ſtylus acceſſit, penitus extinctum fuiſſet.

℟. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. * Manus.

Lectio v.

IN commemoratis Synodis, alijſque reliquo tempore habitis, multa eius nutu, & imperio ſtatuta fuerunt, tum circa Romani Pontificis, & Epiſcoporum electionem, ad turpem ambitum amouendum, abrogata Regis Odoácris inìqua lege; tum circa diſciplinam Eccleſiaſticam, ac præſertim bonorum Eccleſię alienationē. Imò ſub eius Pontificatu, & auſpicijs, Aurelianenſis, Agathenſis, & aliæ Synodi habitæ ſunt, in quibus multi, & egregij Canones conditi fuerunt, ad dignitatē Eccleſiæ, & fidelium mores plurimùm conducentes. Varias demum ſedulus Paſtor Epiſtolas ſcripſit, in quibus ardentiſſimus propagandæ, ac ſeruandæ fidei zelus, cum indefeſſo Paſtoralis curæ ſtudio mirabiliter eniteſcit.

℟. Poſui adiutorium ſuper potentē, & exaltaui electum de plebe

mea : * Manus enim mea auxiliabitur ei.
℣. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum. Manus.

Lectio vj.

MAximam pecuniæ ſummam pro redimendis Liguriæ captiuis, vltrò contribuit ; & quotannis Præſulibus Africanis à Vandalis, in odium fidei, in Sardiniam relegatis, alimenta, & veſtes ſuppeditauit; eoſque ſacris, quas petierant, reliquijs, necnon Epiſtolæ Ennodij ſtylo nitente, recreauit. Admirationeporrò dignum eſt, quod ſub barbaro, & Arriano Rege, ſub quo Vrbs ipſa captiua quodammodo tenebatur, tantam auri, & argenti vim, tum ad nouas Baſilicas à fundamentis extruendas, tum ad alias reparandas, & regali cultu ornandas contulerit. Anno demum Chriſti decimoquarto ſupra quingenteſimum, decimo Kalendas Auguſti, cùm ſediſſet annos quindecim, & menſes octo, piè obijt, & ſepultus eſt in Vaticano.

℞. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt : * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum.
℣. Iſte eſt, qui contempſit vitam mundi, & peruénit ad cęleſtia regna. Ipſe. Gloria Patri. Ipſe.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euangel. Homo peregrè &c. de commu. Conf. Pont.

In ij. Veſp. Ad Magn. Antiph. Dum eſſet ſū-

mus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit.

Orat. Da quæſumus &c. vt ſupra.

Deinde fit commem. S. Margaritæ V. & M.

Antiph. Veni ſponſa Chriſti, accipe coronam, qua tibi Dominus prçparauit in çternũ.

℣. Specie tua, et pulchritudine tua.

℟. Intende, proſpere procede, & regna.

Oratio.

INdulgentiam nobis, quçſumus Domine, beata Margarita virgo, et martyr imploret: quæ tibi grata ſemper extitit, et merito caſtitatis, et tuæ profeſſione virtutis. Per Dominum.

DIE XXI. IVLII.

In Feſto S. Praxedis Virg. Dupl.

Veſp. de S. Praxede.

Ad Magnif. Antiph. Veni ſponſa Chriſti, accipe coronam, quam tibi Dominus præparauit in æternum.

Oratio.

EXaudi nos Deus ſalutaris noſter: vt ſicut de beatæ Praxédis virginis tuæ feſtiuitate gaudemus, ità piç deuotionis erudiamur affectu. Per Dñm.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

INter eos, quos ad Chriſtum Apoſtolorum Princeps Romæ perduxit, Pudens Senator, omnigena probitatis laude conſpicuus, fuit. Hic beatarum virginum Praxedis, et Pudentianæ pater, ità eas in Euangelicæ perfectionis ſtudijs inſtituit, vt breui eiuſdem apicem felici-

ter attigerint. In ea verò perſecutionis procella, qua Chriſti Eccleſiam Marcus Antoninus perfidè diuexabat, egentibus Chriſtianis, liberaliſſimè opitulabantur. Praxedes autem ieiunijs, et orationibus vacans, auſteriſſimam vitam ducens, in pręgrandi ſaxo, quod adhuc in eius Eccleſia viſitur, cubabat; perquiſitos à Tyranno Fideles domi occultabat; detentos in càrceribus, et ergaſtulis, alebat; ſanctorumque corpora diligentiſſimè perquiſita, honorificè ſepeliebat.

℞. Propter veritatem, et manſuetudinem, et iuſtitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua.

℣. Specie tua, et pulchritudine tua, intende, proſpere procede, et regna. Et deducet.

Lectio v.

Maiorum firma traditione accepimus, primum hoſpitium ſancti Petri, cũ ad Vrbem venit, domum Pudentis fuiſſe et illic primum Chriſtianos conueniſſe; quos ſanctiſſimus Põtifex Pius Primus, ſedulitate, et facultatibus Praxédis adiũtus, in fide confirmabat; eaque domo in Eccleſiam conſecrata, ibi Sacramenta miniſtrabat, ſacramque Synáxim celebrabat. Praxedes verò nullis deerat pietatis operibus, ſanctoq; Pontifici, maximo fuit adiumento in Chriſtianæ Religionis propagatione.

℞. Dilexiſti iuſtitiam, et odiſti iniquitatem:* Propterea vnxit te

Deus Deus tuus oleo lætitiæ.

℣. Propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam. Propterea.

Lectio vj.

IN dies autem magis creſcente perſecutione, cum ſanctiſſima virgo, tantam fidelium ſtragem æquo animo ferre non poſſet, Deum enixè rogauit, vt, ſi expediens foret, ab his malis ereptam, ad optatas in cæleſti thalamo nuptias euocaret. Annuit pijſſimis votis cœleſtis Spõſus, eamque corporeis vinculis ſolutam, recepit ſecum perpetuò victuram in cælis. Eius corpus, à Paſtore Presbytero elatum, in patris, & ſororis Pudentianæ ſepulchro, quod erat in Cæmeterio Priſcillæ via Salaria, conditum fuit. Sacrum autem ipſius Caput, ad Sancta Sanctorum deportatum, & in argentea capſula integrum, à Nicolao Tertio Summo Pontifice poſitum, ibidem inter cæteras celeberrimi illius noſtri Sanctuarij Reliquias honorificè aſſeruatur.

℟. Afferentur regi virgines poſt eam, proximæ eius: *Afferentur tibi in lætitia, & exultatione.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, proſpere procede, & regna. Afferentur. Gloria. Afferentur.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euang. Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro &c. de commu. non Virg.

In ij. Veſp. à Cap. fit de Sancta Maria Magdalena.

Ad Magnif. Antiph. Mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit, quod Ieſus accubuit in domo Simonis leproſi, attulit alabaſtrum vnguenti, & ſtans retrò ſecus pedes Ieſu, lacrymis cæpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.

Oratio.

Beatæ Mariæ Magdalenæ, quæſumus Domine, ſuffragijs adiuuemur: cuius precibus exoratus, quatriduanum fratrẽ Lazarum viuum ab inferis reſuſcitaſti. Qui viuis, & regnas &c.

Deinde fit commem. S. Praxedis.

Aña. Veni ſpõſa Chriſti, accipe coronam, quam tibi Dñs pręparauit in æternum.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua.

℟. Intende proſpere procede, & regna.

Orat. Exaudi. vt ſupr.

DIE XXVIII. IVLII.

In Feſto SS. Victoris, & Innocentij Rom. Pont. ac Nazarij, & Celſi Martyr. Dupl.

Veſp. de SS. Victore, &c. Martyribus.

Ad Magnif. Antiph. Iſtorum eſt enim regnum cœlorum, qui contempſerunt vitam mundi, et peruenerunt ad prœmia regni, et lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

Oratio.

Sanctorum tuorum nos Domine, Victoris, Innocentij, Nazarij, ac Celſi, confeſſio beata communiat: et fragilitati noſtræ ſubſidium dignanter exoret. Per Dominum.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

VIctor in Africa natus, Seuero Imperatore rexit Eccleſiam. Confirmauit decretum Pij Primi, vt ſacrum Paſcha die Dominico celebraretur: qui ritus, vt poſteà in mores induceretur, habita ſunt multis in locis Concilia, et in Nicæna denique prima Synodo ſancitum eſt, vt Paſchę dies feſtus, poſt quartam decimã Lunam ageretur, ne Chriſtiani Iudęos imitari viderentur. Statuit, vt quauis aqua, modo naturali, ſi neceſſitas cogeret, quicumque baptizari poſſet. Theodorũ Coriarium Bizantinum, docentem Chriſtum tantummodò hominem fuiſſe, eiecit ex Eccleſia. Scripſit de quæſtione Paſchæ, et alia quædam opuſcula. Creauit duabus Ordinationibus menſe Decembri Presbyteros quatuor, Diaconos ſeptem, Epiſcopos per diuerſa loca duodecim. Martyrio coronatus, ſepelitur in Vaticano quinto Kalendas Auguſti. Sedit annos nouem, menſem vnum, dies viginti octo.

℟. Sancti tui Domine mirabile conſecuti sũt iter, ſeruientes præceptis tuis, vt inuenirentur illæſi in aquis validis: *Terra apparuit arida: & in mari rubro via ſine impedimento.

℣. Quoniam percuſſit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. Terra.

Lectio v.

INnocentius Albanenſis, Sancti Hieronymi, & Auguſtini ætate floruit, de quo ille ad Demetriadem virginem: Sancti Innocentij, qui Apoſtolicæ Cathedrę, et beatę memoriæ Anaſtaſij ſucceſſor, et filius eſt, teneas fidem, nec peregrinam, quamuis tibi prudens callidáque videaris, doctrinam recipias. Eum tamquã iuſtum Loth ſubtractũ Dei prouidentia, ad Rauennam ſeruatum fuiſſe, ſcribit Oroſius, ne Romani populi videret excidium. Is, Pelagio, & Cęleſtio damnatis, contra eorum hæreſim decretum fecit, vt paruuli ex Chriſtiana etiam muliere nati, per baptiſmum renaſci deberent; vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt. Probauit etiam, vt ſabbato, ob memoriam Chriſti Domini ſepulturæ, ieiunium ſeruaretur. Sedit ãnos quindecim, menſem vnum, dies decem. Quatuor Ordinationibus menſe Decẽbri, creauit Presbyteros triginta, Diaconos quindecim, Epiſcopos per diuerſa loca quinquaginta quatuor. Sepultus eſt in cæmeterio ad Vrſum pileatum.

℟. Verbera carnificũ non timuerunt ſancti Dei, morientes pro Chriſti nomine: * Vt hæredes fierent in domo Domini.

℣. Tradiderunt corpora ſua propter Deũ ad upplicia. Vt hęredes fierent in domo Domini.

Lectio vj.

NAzarius, à beato Lino Papa baptizatus, cum in Galliam profectus eſſet, ibi Celſum puerum à ſe Chriſtianis præceptis prius inſtructū, baptizauit: qui vnà Treuerim euntes, Neronis perſecutione in mare vterq; deijcitur, vndè mirabiliter euaſerunt. Poſteà Mediolanum venientes, cum ibi Chriſti fidem diſſeminarent, ab Anolino Præfecto, conſtantiſſimè Chriſtum Deum confitentes, capite plectuntur: quorum corpora extrá portam Romanam, ſepulta ſunt. Quæ cum diù latuiſſent, Dei monitu à beato Ambroſio, conſperſa recenti ſanguine ſunt inuenta, tamquàm ſi paulò antè martyrium paſſi eſſent: vndè in Vrbem translata, honorifico ſepulchro contecta ſunt.

℟. Tamquam aurum in fornace probauit electos Dominus: & quaſi holocauſti hoſtiã accepit illos: & in tempore erit reſpectus illorum: * Quoniam donum, & pax eſt electis Dei.

℣. Qui confidunt in illum, intelligent veritatem: & fideles in dilectione acquieſcēt illi. Quoniam. Gloria Patri. Quoniam.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euang. Cum audieritis prælia &c. de commu. plur. Mart.

In ij. Veſp. à Cap. fit de S. Felice II, Papa & Mart.

Ad Magnif. Antiph. Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non ti-

muit, fundatus enim erat ſupra firmam petram. Oratio.

INfirmitatem noſtrã reſpice omnipotẽs Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat, beati Felicis martyris tui, atq; Pontificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per Dominum.

Deindè fit commem. SS. Victoris &c. Mart. Antiph. Gaudent in cœlis animæ ſanctorum, qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti: & quia pro eius amore ſanguinem ſuum fuderunt, ideò cum Chriſto exultant ſine fine.

℣. Exultabunt ſancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis.

Orat. Sanctorum tuorum &c. vt ſupra.

Poſteà fit commem. ſancti Simplicij, Fauſtini, & Beatricis MM. Aña. Iſtorum eſt enim regnum cęlorum, qui contempſerunt vitam mundi, & peruenerunt ad pręmia regni, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

℣. Lętamini in Domino, & exultate iuſti.

℟. Et gloriamini omnes recti corde.

Oratio.

PRæſta quæſumus Domine, vt ſicut populus Chriſtianus martyrum tuorũ Simplicij, Fauſtini, & Beatricis, temporali ſolemnitate congaudet, ità perfruatur æterna: & quod votis celebrat, comprehendat effectu. Per Dominum.

DIE XXIX. IVLII.

In Feſto S. Felicis II. Papæ, & Mart. Duplex.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

FElix Secūdus Romanus patre Anaſtaſio, ex Romanę Eccleſiæ Archidiacono, in Pontificem electus eſt, viuente Liberio. Cum autem de Felicis Pontificatu, tempore Gregorij decimitertij, non leuis controuerſia incidiſſet, virique grauiſſimi diuerſum ſentirent; accidit eo ipſo tempore, vt in Diaconía ſanctorum martyrum Coſinę, & Damiani, in foro Romano, quidam theſaurum quærentes, in arcam marmoreā inciderint, in qua corpus ſancti Felicis repertum eſt, vnà cum lapideo laterculo, ibidem intus poſito, hiſque literis exarato: Corpus ſancti Felicis Papæ, & martyris, qui damnauit Conſtantium. Contigit id pridie eius diei quo Felicis in Eccleſia natalis dies agi conſueuerat; quarto Kalendas Auguſti, anno Dñi millesimo quingenteſimo octuageſimo ſecundo: Vndè Felice quaſi pro ſe teſtimonium reddente, feſtum eius in eadem Diaconía, cum maiori ſolemnitate ſingulis annis celebrari conſueuit.

℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: *Et dedit illi claritatem æternam.

℣. Deſcenditque cum illo in foueam: & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit illi claritatem æternam.

Sermo S. Auguſtini Epiſcopi.

De S. Cypriano 12.

Lectio v.

SErmonem exigit tã grata, & religioſa ſolemnitas, qua paſſionem beati martyris Felicis celebramus. Triſtis proculdubio, tunc Eccleſia fuit, non damno cadentis, ſed deſiderio recedentis, ſemper cupiens videre preſentem tàm bonum rectorem, atque doctorem. Sed quos afflixerat ſolicitudo certaminis, conſolata eſt corona victoris. Et nunc non ſolum ſinè vlla triſtitia, verùm etiam cum ingenti lætitia, cuncta quæ tunc geſta ſunt, legendo recolimus; diéque iſto gaudere nobis conceſſum eſt, non timere. Neque enim formidamus terribiliter venientem, ſed expectamus hilariter redeuntem.

℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: * Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

℣. Quoniam preueniſti eum in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Et voluntate.

Lectio vj.

VIcina corporis morte, non moriebatur in animo paſtoris, vigilantia paſtoralis; & cura tuendi Dominici gregis, vſq; ad extremum vitæ huius diem, mente ſobria tenebatur. Nec excutiebat ab animo diligentiam fideliſſimi diſpẽſatoris, manus iàm proxima cruenti carnificis. Ita ſe martyrem cogitabat futurũ, vt eſſe non obliuiſcere-

tur Epiſcopum, magis curans, quam rationem paſtorum Principi de commiſſis ſibi ouibus redderet, quàm quid infideli, de fide propria reſponderet. Amabat quippe eum, qui Petro dixerat, Amas me? Paſce oues meas. Et paſcebat oues eius, pro quibus ſanguinem fundere, illum imitans præparabat.

℟. Stola iucunditatis induit eum Dominus:* Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius.

℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et coronam. Gloria Patri. Et.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euangel. Si quis venit ad me &c. de communi vnius Martyris.

In Laud. pro comm. SS. Simplicij &c. MM.

Antiph. Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt, nolite timere, multis paſſeribus meliores eſtis vos.

℣. Exultabunt ſancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis.

Oratio. Præſta quæſumus &c. vt ſupra.

In ij. Veſp. ad Magnif. Antiph. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

Oratio. Infirmitatem noſtram &c. vt ſupra.

Deinde fit commem. S. Marthæ virg.

Antiph. Veni ſponſa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus præparauit in æternum.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua.

℟. In-

℟. Intende , proſpere procede , & regna .

Oratio .

EXaudi nos Deus ſalutaris noſter , vt ſicut de beatæ Marthæ virginis tuę feſtiuitate gaudemus: ità piæ deuotionis erudiamur affectu . Per .

Poſteà fit commem. SS. Abdon , & Senneń. Martyr.

Aña. Iſtorum eſt enim regnum cœlorum, qui contempſerunt vitam mundi, & peruenerunt ad præmia regni, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni .

℣. Lætamini in Domino, & exultate iuſti.

℟. Et gloriamini omnes recti corde .

Oratio .

DEvs , qui ſanctis tuis Abdon , & Sennen , ad hanc gloriam veniendi copioſum munus gratiæ contuliſti: da famulis tuis ſuorum veniam peccatorum , vt ſanctorum tuorum intercedentibus meritis , ab omnibus mereamur aduerſitatibus liberari. Per.

DIE XXX. IVLII.

In Feſto S. Marthæ virg. Semid.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

In ij. Noct. Lect. vt in Breuiar. die 29. curren.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Lucã .

Lectio vij. c. 10. g.

IN illo tẽpore intrauit Ieſus in quoddam caſtellum , & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum ſuam . Et reliqua .

Homil. ſancti Auguſtini Epiſcopi .

Serm. 26. de verb. Dñi.

VErba Domini noſtri Ieſu Chriſti ,

quæ modo ex Euangelio recitata ſunt, admonent nos, eſſe vnum aliquid quò tẽdamus, quando in huius ſeculi multitudine laboramus. Tendimus autem adhuc peregrinãtes, nondum manentes; adhuc in via, nondum in patria; adhuc deſiderando, nondum fruendo. Tamen tendamus, & ſine pigritia, & ſine intermiſſione tendamus, vt aliquando peruenire valeamus. Martha, & Maria duæ ſorores erant, ambæ non ſolùm carne, ſed etiam religione germanæ, ambæ Domino cohęſerunt, ambæ Domino in carne præſenti concorditer ſeruierunt.

℟. Hæc eſt virgo ſapiens, quam Dominus vigilantẽ inuénit: quæ acceptis lampadibus ſumpſit ſecum oleum:* Et veniente Domino, introiuit cum eo ad nuptias.

℣. Media nocte, clamor factus eſt, ecce ſponſus venit, exite obuiã ei. Et veniente.

Lectio viij.

SVſcepit eum Martha, ſicut ſolent ſuſcipi peregrini; ſed tamen ſuſcepit famula Dominum, ægra Saluatorem, creatura Creatorem. Suſcepit autem ſpiritu paſcenda, in carne paſcendum. Voluit enim Dominus formam ſerui accipere, & accepta forma ſerui, in illa paſci à ſeruis, dignatione non conditione. Nam & iſta dignatio fuit, ſe prębere paſcendum. Habebat carnẽ, in qua eſuriret quidẽ, & ſitiret: ſed neſcitis quia in erémo eſurienti

ti Angeli miniſtrabãt? Ergo, quod paſci voluit, paſcenti præſtitit. Quid autem mirũ, ſi & de ſancto Eliâ prętitit viduę, quem prius, coruo miniſtrante paſcebat? Numquid paſcẽdo defecerat, quando ad viduam mittebat? Nequaquam, ſed religioſam viduã per obſequium exhibitum ſeruo ſuo, benedicere diſponebat.

℞. Media nocte clamor factus eſt: * Ecce ſponſus venit, exite obuiam ei.

℣. Prudentes virgines aptate veſtras lampades. Ecce ſponſus venit, exite obuiam ei.

Pro ſanctis Abdon, & Sennen Martyribus.

Lectio ix.

Abdon, & Sennen Perſę Decio Imperatore accuſati, quòd corpora Chriſtianorum, quæ inhumata proijciebãtur, in ſuo prædio ſepeliſſent; iuſſu Imperatoris cõprehenduntur, & dijs iubentur ſacrificare. Quod cum facere negligerent, & Ieſum Chriſtum Deum, conſtantiſſimè prędicarẽt; traditos in arctam cuſtodiam, Romam poſteà rediẽs Decius, vinctos duxit in triumpho. Qui cum in vrbe ad ſimulacra attracti eſſent, ea deteſtati cõſpuerunt. Quamobrem vrſis, ac leonibus obiecti ſunt, quos feræ non audebant attingere. Demùm gladijs trucidati, colligatis pedibus tracti ſunt ante ſolis ſimulacrum: quorum corpora clàm inde aſportata, Quirinus Diàconus ſepeliuit in ſuis ædibus. Te Deum.

In

In Laud. pro comm. SS. Abdon, &c. MM.

Antiph. Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt, nolite tímere, multis paſſeribus meliores eſtis vos.

℣. Exultabunt ſancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis.

Orat. Deus, qui ſanctis tuis &c. vt ſupra.

In ij. Veſper. fit de S. Ignatio Conf.

Ad Magnif. Antiph. Similabo eum viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram. Oratio.

Devs, qui ad maiorem tui nominis gloriam propagãdam, nouo per beatum Ignatium ſubſidio, militantem Eccleſiam roboraſti; concede, vt eius auxilio, & imitatione, certantes in terris, coronari cum ipſo mereamur in cœlis. Qui viuis, &c.

Deindè fit commem. S. Marthæ Virg.

Antiph. Veni ſponſa Chriſti, accipe coronam, quam tibi Dominus præparauit in æternum.

℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.

℟. Propterea benedixit te Deus in ęternũ.

Oratio.

Exaudi nos Deus ſalutaris noſter: vt ſicut de beatę Marthæ virginis tuæ feſtiuitate gaudemus, ità pię deuotionis erudiamur affectu. Per Dñm.

FESTA AVGVSTI.

Die ij.

In Feſto S. Stephani I. Papæ, & M. Dupl.

Veſp. de S. Petro ad Vincula:

Deindè fit commem. S. Stephani.

Antiph. Iſte Sanctus

pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit; fundatus enim erat ſupra firmam petram.

℣. Gloria, & honore coronaſti eum Dñe.

℟. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Oratio.

DEvs, qui nos beati Stephani martiris tui, atque Pontificis annua ſolemnitate lætificas: concede propitius, vt cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

STephanus Romanus, Pontificatum geſſit Valeriano, & Galliéno Imperatoribus. Inſtituit, vt Sacerdotes, & Diaconi nuſquam ſacris veſtibus, niſi in Eccleſia vterentur. Baptizatos ab hæreticis, iterùm baptizari vetuit, reſcribens ſancto Cypriano verbis illis: Nihil innouetur, niſi quod traditum eſt. Multos etiam ad Chriſtum conuertit: in ijs Olympium Tribunum cum vxore Exupéria, & filio Theodulo, item Neméſium Tribunum cum tota familia, oculis Lucillę eius filiæ reſtitutis, qui omnes Ieſu Chriſti martyres fuerunt.

℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à seductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

℣. Deſcenditque cum illo in foueam: & in

vinculis non dereliquit eum. Et dedit illi claritatem.

Lectio v.

SEd vehementius iã ingraueſcente perſecutione Imperatorũ, Stephanus conuocato Clero, ad martyrium ſuos hortabatur, in Cryptiſque martyrum aſſiduè Miſſas,& Concilia celebrabat; qui cùm aliquando raptus eſſet ab infidelibus ad templum Martis, vt ei ſacrificaret, liberè negauit, ſe dæmonibus honorem velle tribuere, qui vni Deo deberetur. Quibus in verbis Martis ſtatua terremotu concidit, templumque contremuit. ℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: *Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Et voluntate labiorum.

Lectio vi.

QVare omnibus aufugientibus qui Stephanum tenebant, Põtifex ad ſuos reuertitur in Cęmeteriũ Lucinæ, quos diuinis pręceptis inſtruens, Sacramẽto corporis Chriſti communicauit; ibique dum Miſſarum ſolemnia perficit, aduenientibus iterùm Imperatorum ſatellitibus, ei in ſua ſede caput abſcinditur. Corpus cum eádem ſede conſperſa Martyris ſanguine, à Clericis ſepultum eſt in Cœmeterio Calixti quarto Nonas Auguſti. Vixit in Pontificatu annos tres, menſes tres, dies vigintiduos.

Ha-

Habuit ordinationes duas menſe Decembri, quibus creauit Presby. teros ſex, Diaconos quinque, Epiſcopos tres.

℞. Stola iucunditatis induit eum Dominus:* Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius.

℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et coronã. Gloria Patri. Et coronam.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euangel. Si quis vult poſt me venire &c. de commun. vnius M.

In ij. Veſp. ad Magnif. Antiph. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Oratio.

DEvs, qui nos, beati Stephani martyris tui, atque Pontificis annua ſolemnitate lætificas: concede propitius, vt cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

Deinde fit commem. Inuentionis S. Stephani Protomart.

Antiph. Stephanus autem plenus gratia, & fortitudine faciebat ſigna magna in populo.

℣. Gloria, & honore coronaſti eũ Domine.

℞. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Oratio.

DA nobis, quæſumus Domine, imitari quod colimus, vt diſcamus, & inimicos diligere, quia eius Inuentionẽ celebramus, qui nouit etiam pro perſecutoribus exorare, Dñm noſtrum &c.

DIE VI. AVGVSTI.



In Feſto
Transfigurationis
Domini Saluatoris
Primarij
Noſtri Titularis.
Dupl.j. claſſ.

Veſp. de Transfiguratione, vt in Breuiario, ſine vlla commem.
Hymn. ordinarij metri terminantur per totam Octauam.

Ieſu tibi ſit gloria,
Qui te reuelas paruulis &c.

Reliqua, vt in Breuiario præter ſequen.

In iij. Noct. omiſſa lect. pro Sanctis MM.
Ex eadem Homil. 57.
S. Io: Chryſoſt.
Lectio ix.

TV verò, Matthæi philoſophíam cōſidera, qui non celauit nomina eorum, qui præpoſiti fuerāt, quod & Ioannes ſæpius facit, cùm eximias Petri laudes veriſſimè, ac diligentiſſimè deſcribat. Nullum enim, in hoc Apoſtolorum conſortio liuor, aut inanis gloria, locum habebat. Primos igitur Apoſtolorum ſeorſum aſſumpſit. Quamobrē eos accepit? Quia excellentiores cæteris videlicet erant. Cur autem non illicò, ſed poſt ſex dies hoc fecit? Ne cæteri, ſcilicet diſcipuli, ſeù homines mouerentur: qua de re, nec eos nominauit, quos

acceptururs erat. Te Deum.

In ij. Veſp. fit comm. S.Caietani Cóf. tantū.

Antiph. Quærite primum regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.

℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum.

℟. Stolam gloriæ induit eum. Oratio.

DEvs, qui beato Caietano Cõfeſſori tuo, Apoſtolicam viuendi formam imitari tribuiſti: da nobis eius interceſſione, & exemplo, in te ſemper confidere, & ſola cæleſtia deſiderare. Per.

DIE VII. AVGVSTI.

Secunda die infrà Oct.Transfig.

Officium fit de S.Caietano Conf.vt in Breuiario, cum commem. Octauæ Transfig. in Laud.& Veſp.& S.Donati Epiſ.& M.in laud. tantùm.

DIE VIII. AVGVSTI.

Tertia die infràOct. Transfigurat.

Officium fit de SS. Cyriáco, Largo &c. Martyr. vt in Breuiario, cum comme. Oct. Transfigurat. in Laud.

In ij. Veſp. fit de S. Sixto Papa,& Mart.

Ad Magnif.Antiph. Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram.

Oratio.

INfirmitatem noſtrã reſpice Omnipotẽs Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat, beati Sixti martyris tui, atque Pontificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per.

Deindè fit commem. SS. Cyriaci &c. MM.

Antiph. Gaudent in cœlis animæ ſanctorũ, qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti; & quia pro eius amore ſanguinem ſuum fuderunt, ideò cum Chriſto exultant ſine fine.

℣. Exultabunt ſancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis. Orat.

Deus, qui nos annua ſanctorum Martyrũ tuorum, Cyriaci, Largi, & Smaragdi ſolemnitate lętificas: concede propitius, vt quorum natalitia colimus, virtutem quoque paſſionis imitemur. Per Dominũ.

Poſteà fit comm. Oct. Transfigurat.

Antiph. Et audientes diſcipuli ceciderũt in faciem ſuam, & timuerunt valdè: & acceſſit Ieſus, & tetigit eos, dixitque eis: Surgite, & nolite timere, alleluia.

℣. Glorioſus apparuiſti in conſpectu Dñi.

℟. Propterea decorẽ induit te Dñs. Orat.

Deus, qui fidei ſacramenta, in Vnigeniti tui glorioſa Transfiguratione, Patrum teſtimonio roboraſti; & adoptionem filiorũ perfectam, voce delapſa in nube lucida, mirabiliter præſignaſti: concede propitius, vt ipſius Regis gloriæ nos cohæredes efficias, & eiuſdẽ gloriæ tribuas eſſe conſortes. Per Dominũ.

Poſtremò fit comm. S. Romani Martyris.

Antiph. Qui odit animam ſuam in hoc mũdo, in vitam æternam cuſtodit eam.

℣. Iuſtus vt palma florebit.

℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens Deus, vt intercedente beato Romano martyre tuo, & á cunctis aduerſitatibus liberemur in corpore, & à prauis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominum.

DIE X. AVGVSTI.

In Vigil. S. Laurentij M. Quarta die infrà Oct. Transfigurat.

In Feſto S. Sixti II. Papæ, & Mart. Dupl.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

SIxtus Secundus, Athenienſis, ex philoſopho Chriſti diſcipulus, in perſecutione Valeriani accuſatus, quod publicè Chriſtum prędicaret, comprehenſus trahitur in templum Martis, propoſita ei capitali pœna, niſi illi ſimulacro ſacrificaret. Qua impietate conſtātiſſimè recuſata, cum ad martyrium duceretur, occurrenti ſancto Laurentio, & dolenter in hunc modum interroganti: Quò progrederis ſinè filio pater? quò Sacerdos ſancte ſinè miniſtro properas? Reſpondit: Non ego te deſero fili; maiora te manent pro Chriſti fide certamina: poſt triduùm me ſequéris, ſacerdotem Leuita: intereà, ſi quid in theſauris habes, pauperibus diſtribue. Eodem igitur die interfectus eſt, vnà cum Feliciſſimo, & Agapito Diàconis, Ianuario, Magno, Vincentio, & Stephano Subdiaconis, & in cæmeterio Calixti ſepultus, octa-

uo Idus Auguſti: cęteri verò in cæmeterio Prætextáti. Sedit menſes vndecim, dies duodecim; quo tempore habuit Ordinationem menſe Decembri, creatis Presbyteris quattuor, Diaconis ſeptē, Epiſcopis duobus.

℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

℣. Deſcenditque cum illo in foueam: & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Sermo S. Auguſtini Epiſcopi.

De S. Cypriano 12.

Lectio v.

Sermonem exigit tã grata, & religioſa ſolemnitas: qua paſſionem beati martyris Sixti celebramus. Triſtis proculdubiò tunc Eccleſia fuit, non damno cadentis, ſed deſiderio recedentis, ſemper cupiens videre præſentem tàm bonum rectorem, atque doctorem. Sed quos afflixerat ſolicitudo certaminis, conſolata eſt corona victoris. Et nunc non ſolùm ſinè vlla triſtitia, verùm etiam cum ingenti lætitia, cuncta quæ tunc geſta ſunt, legendo recolimus; dieque iſto gaudere nobis conceſſum eſt, non timere. Neque enim formidamus terribiliter venientem, ſed expectamus hilariter redeuntem.

℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: * Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

℣. Quoniam prçueniſti eum in benedictioni-

nibus dulcedinis, poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. E t voluntate.

Lectio vj.

VIcina corporis morte, non moriebatur in animo Paſtoris, vigilantia paſtoralis: & cura tuendi Dominici gregis, vſq; ad extremum vitæ huius diem, mente ſobria tenebatur. Nec excutiebat ab animo diligentiā fideliſſimi diſpenſatoris, manus iā proxima cruenti carnificis. Ità ſe martyrem cogitabat futurū, vt eſſe non obliuiſceretur Epiſcopum; magis curans, quam rationem PaſtorumPrincipi de commiſſis ſibi ouibus redderet, quàm quid infideli, de fide propria reſponderet. Amabat quippè eum, qui Petro dixerat, Amas me? Paſce oues meas. Et paſcebat oues eius, pro quibus ſanguinem fundere, illum imitans præparabat. ℞. Stola iucunditatis induit eum Dominus:* E t coronā pulchritudinis poſuit ſuper caput eius. ℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus: & aqua ſapientíæ ſalutaris potauit illum. E t coronam. G loria. E t.

IN III. NOCTVRNO.

L ectio ſancti Euangelij ſecundùm Lucā.

Lectio viij. c. 14.

IN illo tempore dixit Ieſus turbis: Si quis venit ad me, & nō odit patrem ſuum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorij Papæ.

Hom. 37. in Euang.

SI conſideremus, fratres cariſſimi, quę & quanta ſunt, quę nobis promittuntur in cælis, vileſcunt animo omnia, quæ habentur in terris. Terrena namque ſubſtantia, ſupernæ felicitati comparata, pondus eſt, non ſubſidium. Temporalis vita æternæ vitæ comparata, mors eſt potius dicenda, quam vita. Ipſe enim quotidianus defectus corruptionis, quid eſt aliud, quam quędam prolixitas mortis? Quę autem lingua dicere, vel quis intellectus capere ſufficit, illa ſupernæ ciuitatis quanta ſint gaudia; Angelorum choris intereſſe, cum beatiſſimis ſpiritibus glorię conditoris aſſiſtere, præſentem Dei vultum cernere, incircumſcriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuę muneret lætari?

℟. Corona aurea ſuper caput eius: * Expreſſa ſigno ſanctitatis gloria honoris, & opus fortitudinis.

℣. Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Expreſſa.

Lectio viij.

SEd ad hæc audita inardeſcit animus: iamque illic cupit aſſiſtere, vbi ſe ſperat ſine fine gaudere. Sed ad magna præmia perueniri non poteſt, niſi per magnos labores. Vnde & Paulus egregius prædicator, dicit: Non coronabitur, niſi qui legi-

legitimè certauerit. Delectat ergo mentem magnitudo præmiorum, ſed non deterreat certamen laborũ. Vnde ad ſe venientibus Veritas dicit: Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

℟. Hic eſt verè martyr, qui pro Chriſti nomine ſanguinem ſuum fudit: * Qui minas iudicum non timuit, nec terrenę dignitatis gloriam quæſiuit, ſed ad cęleſtia regna peruénit. ℣. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei. Qui minas. Gloria Patri. Qui minas.

Lect. 9. de Vigil. ſancti Laurentij.

Lectio ſancti Euãgelij ſecundùm Matthęũ.

Lectio ix. c. 16.

IN illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ſi quis vult poſt me venire, abneget ſe metipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Et reliqua.

Homilia ſancti Gregorij Papæ.

Hom. 32. in Euang.

QVia Dominus, ac Redemptor noſter nouus homo venit in mundum, noua præcepta dedit mundo. Vitæ etenim noſtrę veteri in vitijs enutritæ, contrarietatem oppoſuit nouitatis ſuę. Quid enim vetus, quid carnalis homo nouerat, niſi ſua retinere, aliena rapere ſi poſſet, concupiſcere ſi non poſſet? Sed cęleſtis medicus ſingulis, quibuſque vitijs obuiantia

adhibet medicamenta. Nam ſicut arte medicinæ calida frigidis, frigida calidis curantur: itá Dominus noſter contraria oppoſuit medicamenta peccatis, vt lubricis continentiam, tenacibus largitatem, iracundis manſuetudinē, elatis præciperet humilitatem. Te Deum.

In Laud. pro comm. Octauæ Transfigurat.

Antiph. Et ecce vox de nube, dicens: Híc eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipſum audite, alleluia.

℣. Corona aurea ſuper caput eius.

℟. Expreſſa ſigno ſanctitatis, gloriæ, & honoris.

Oratio.

DEvs, qui fidei ſacramenta, in Vnigeniti tui glorioſa Transfiguratione, Patrum teſtimonio roboraſti, & adoptionem filiorum perfectam, voce delapſa in nube lucida, mirabiliter præſignaſti: concede propitius, vt ipſius Regis gloriæ, nos cohęredes efficias, & eiuſdem gloriæ tribuas eſſe conſortes.

Deinde fit commem. Vigiliæ S. Laurentij. Antiph. ℣. & ℟. de Fer. occurr.

Oratio.

ADeſto Domine ſupplicationibus noſtris: & interceſſione beati Laurentij martyris tui, cuius præuenímus feſtiuitatem, perpetuam nobis miſericordiam benignus impende. Per.

Poſteà fit commem. S. Romani Mart.

Aña. Iſte ſanctus pro lege Dei ſui, certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non

ti-

timuit; fundatus enim erat ſupra firmam petram.

℣. Gloria, & honore coronaſti eum Dñe.

℟. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Oratio. Præſta quæſumus &c. vt ſupra.

In ij. Veſp. de S. Laurentio Mart. vt in Breu.

Deindè fit commem. S. Sixti tantùm,

Aña. Qui vult venire poſt me, abneget ſemet ipſum, & tollat crucẽ ſuam, & ſequatur me.

℣. Iuſtus, vt palma florebit.

℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Oratio. Infirmitatem noſtram &c. vt ſupra.

DIE X. AVGVSTI.

Quinta die infrà Oct. Transfigurationis.

De S. Laurentio M. dupl. 2. claſs. Omnia vt in Breu. præter ſeq.

In ij. Veſp. fit de S. Laurentio.

Deindè fit commem. S. Hormiſdæ Papæ, & Confeſſoris.

Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum.

℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum.

℟. Stolam gloriæ induit eum. Oratio.

Da quęſumus omnipotens Deus, vt beati Hormiſdę cõfeſſoris tui, atque Põtificis veneranda ſolemnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dñm.

Poſteà fit tantùm commem. SS. Tiburtij, & Suſannę MM. omiſſa comm. Oct. Transfig.

Aña. Iſtorum eſt enim regnum cælorum, qui contempſerunt vitam mundi, & peruenerunt

ad præmia regni,& lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.
℣. Lętamini in Domino, & exultate iuſti.
℟. Et gloriamini omnes recti corde. Orat.

SAnctorum martyrum tuorum Tiburtij, & Suſannæ nos Domine foueant continuata præſidia: quia non deſinis propitius intueri, quos talibus auxilijs cõceſſeris adiuuari. Per Dominum.

DIE XI. AVGVSTI.

Sexta die infrà Octau. Transfigurationis.

In Feſto S. Hormiſdæ Papæ, & Conf. Duplex.

In Hymno mutatur verſus.

In j. Noctur. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

HOrmiſdas natione Campanus, Iuſto patre, ſeptimo à Symmachi obitu die, cùm iam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconus eſſet, ſumma omnium conſenſione, ad ſanctam Petri ſedem prouectus eſt; in qua ità ſe geſſit, & Dominico gregi paſcendo ſedulam operam nauauit, vt non ſine ſingulari Dei prouidentia, ac diuino conſilio electum fuiſſe, perſpectum ſit. Hoc quippè homine, ijs temporibus Eccleſia indigebat, qui, & res arduas faciendas animosè ſuſciperet, & ſuſceptas ad optatum finem ſtrenuè perduceret.
℟. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.
℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius

iniquitatis non nocebit ei. Manus enim.

Lectio v.

VBi ſupremum Pontificis munus inijt, totum ferè chriſtianum orbem ſub Regibus barbaris, vel hæreticis gementem inuénit, & diſtractam in partes Eccleſiam. Sed octo annorum ſpatio, vir planè Deo plenus, perenni cura, ac felici laborum ſuorum euentu, eò rem adduxit, vt Orientales Eccleſię ab octoginta circiter annis, fœdo ſchiſmate ſeparatę, ſubſcripto libello, quem is per ſuos Legatos miſerat, ad vnitatem redierint; & Africæ ſui Epiſcopi, quos in Sardiniã Vandali relegarant, fuerint reſtituti, & Lazórum Rex, ac populus ad Chriſti fidem, eius opera, inductus ſit; ac demũ Clodoueus Frãcorum Rex, ad eamdem fidem conuerſus, ſolemni legatione ad Sedem Apoſtolicam, coronam auream gẽmis diſtinctam Hormiſdæ obtulerit, ad perpetuum obedientię & fidei monumentum. ℟. Poſui adiutorium ſuper potentẽ, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Inuèni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum. Manus enim mea.

Lectio vj.

MAnichæos item diſcuſſit, eorũque Codices ante fores noſtræ Conſtantinianę Baſilicę incendio concremauit. Complures Epiſtolas ſcripſit ad varios, per vniuerſum orbem Chriſtianum, in quibus ardentiſſimus

ze-

zelus religionis amplificandæ, quo medullitùs flagrabat, ſacrarum literarum ſcientia, cum limpidiſſimo, & amæno ſtylo coniũcta, quà plurimùm valebat, ſingularis rerum gerendarum peritia, pręſertim cum Regibus, & Optimatibus, qua præ cæteris pollebat, aliæque heroici animi dotes, mirum in modum elucẽt. Eius demùm pia liberalitas in egenos, & ſacras ędes profuſa fuit; ac tandem ſuorum votorum compos, annis, ac meritis grauis, & rerum geſtarum gloria, apud Deum, & homines celeberrimus poſt nouem Pontificatus annos, ad cæleſtem patriam migrauit, anno Chriſti quingenteſimo vigeſimo tertio, exanimi corporis exuuijs Vaticanæ Baſilicę relictis.

℟. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum.
℣. Iſte eſt, qui contempſit vitã mundi, & peruénit ad cęleſtia regna. Ipſe. Gloria. Ipſe.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Mattheũ.

Lectio vij. c. 25.

IN illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Homo peregrè proficiſcens vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorij Papæ.

Homil. 9. in Euang.

LEctio ſancti Euãgelij, fratres chariſſi-

riſſimi, ſolicitè conſiderare nos admonet, ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo, accepiſſe aliquid cernimur ab auctore mundi, grauiùs inde iudicemur. Cum enim augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum. Tantó ergò eſſe humilior, atque ad ſeruiendum Deo promptior quiſque debet ex munere, quãtò ſe obligatiorem eſſe conſpicit in reddenda ratione. Ecce homo, qui peregrè proficiſcitur, ſeruos ſuos vocat, eiſque ad negocium talenta partitur. Poſt multum verò temporis, poſiturus rationem reuertitur. Benè operantes pro apportato lucro remunerat, ſeruum verò à bono opere torpentem damnat.

℟. Amauit eum Dominus, & ornauit eum, ſtolam gloriæ induit eum: *Et ad portas paradiſi coronauit eũ. ℣. Induit eum Dominus loricam fidei, & ornauit eum. Et ad portas.

Lectio viij.

QVis itaque iſte homo eſt, qui peregrè proficiſcitur, niſi Redemptor noſter, qui in ea carne, quam aſſumpſerat, abijt in cælum? Carnis enim locus proprius terra eſt, quæ quaſi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem noſtrũ in cęlo collocatur. Sed homo iſte peregrè proficiſcens, ſeruis ſuis bona ſua tradidit, quia fidelibus ſuis ſpiritualia dona conceſſit. Et vni quidem quinque talenta, alij duo, alij verò commiſit vnum: Quinque etenim ſunt corporis ſenſus, vide-

licet, viſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus. Quinque ergo talentis, donum quinque ſenſuum, ideſt, exteriorum ſcientia exprimitur: Duobus verò, intellectus, & operatio deſignatur. Vnius autem talenti nomine, intellectus tãtummodò deſignatur.

℞. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris:* Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs.

℣. Vigilate ergo, quia neſcitis, qua hora Dominus veſter venturus ſit. Et vos ſimiles.

Pro Sanctis Tiburtio, & Suſanna Martyr.

Lectio ix.

Tiburtius Chromatij Præfecti Vrbis filius, ſancti Sebaſtiani opera Chriſtianus, cum ob eam cauſam ad Fabianum Iudicem adductus eſſet, multaque apud illum de Chriſti fide prædicaret, excandeſcens Iudex, pauimentũ candentibus carbonibus ſterni iubet: mox, Tiburti, inquit, vel dijs noſtris ſacrifices oportet, vel per iſtos carbones nudis pedibus tibi incedendum eſt. At ille Crucis ſigno ſe muniens, fidenterque ambulans in pruna; Diſce, inquit, ex hoc ſolum eſſe Deum, quem Chriſtiani colunt; prunæ enim mihi flores videntur. Quod cum magicis artibus tribueretur; extrà Vrbẽ ductus Tiburtius, ac via Lauicana tertio ab Vrbe lapide, gladio percuſſus, ibi à Chriſtianis ſepelitur. Quo

die Suſanna virgo nobiliſſima, quod Galerij Maximiani, filij Diocletiani Imperatoris coniugium recuſaret, vt quæ virginitatem Deo vouerat; poſt multa tormentorum genera, quibus variè tentatum eſt ſanctum Virginis propoſitum, domi ſuæ iuſſu Imperatoris gladio percuſſa, ad duplex virginitatis, & martyrij pręmium, migrauit in cęlū. T eDeū.

In Laud. fit commem. Oct. Transfigurat. vt ſupra die 9. curren.

Deindè fit commem. S. Laurentij Mart.

Antiph. In craticula te Deum non negaui, & ad ignem applicatus te Chriſtum confeſſus ſum: probaſti cor meum, & viſitaſti nocte: igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas.

℣. Diſperſit dedit pauperibus.

℟. Iuſtitia eius manet in ſeculū ſeculi. Orat.

DA nobis quæſumus omnipotēs Deus, vitiorum noſtrorum flammas extinguere, qui beato Laurentio tribuiſti, tormentorum ſuorum incendia ſuperare.

Poſteà fit comm. SS. Tiburtij, & Suſannæ Martyrum.

Antiph. Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt: nolite timere, multis paſſeribus meliores eſtis vos.

℣. Exultabunt ſancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis.

Orat. Sanctorum martyrum &c. vt ſupra.

In ij. Veſp. à Cap. fit de S. Clara Virg.

Ad Magnif. Antiph. Veni ſponſa Chriſti,

accipe coronam, quã tibi Dominus præparauit in æternum.

Oratio.

EXaudi nos Deus ſalutaris noſter: vt ſicut de beatæ Claræ virginis tuæ feſtiuitate gaudemus, ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per Dominum.

Deindè fit commem. S. Hormiſdæ Papæ.

Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum.

℣. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et oſtendit illi regnum Dei.

Oratio. Da quæſumus &c. vt ſupra.

Poſteà fit commem. Octauæ Transfigurat. vt ſup. die 8. curren.

Poſtremò fit comm. Octauæ S. Laurentij.

Aña. Beatus Laurentius dum in craticula ſuperpoſitus vreretur, ad impijſſimum Tyrannum dixit: aſſatum eſt iàm, verſa, & manduca: nam facultates Eccleſię quas requiris, in cæleſtes theſauros manus pauperum deportauerunt.

℣. Leuita Laurentius bonum opus operatus eſt.

℟. Qui per ſignũ crucis cęcos illuminauit.

Oratio.

DA nobis quæſumus omnipotens Deus, vitiorum noſtrorum flammas extinguere, qui beato Laurentio tribuiſti, tormentorum ſuorum incendia ſuperare. Per.

DIE XII. AVGVSTI.

Septima die infrà Oct. Transfigurat.

De S. Clara virg. Dupl. Vt in Breuiario, cum comm. Oct. Transfig

&

& S. Laurentij in Laud.

In ij. Veſper. de die Octau. Transfig. Domini, omnia vt in primis Veſp. feſti.

Deinde fit commem. S. Claræ Virg.

Antiph. Veni ſponſa Chriſti, accipe coronam, quam tibi Dominus præparauit in æternum.

℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.

℟. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Orat. Exaudi nos &c. vt ſupra.

Poſteà fit commem. S. Laurentij. vt ſupra die 11. curren.

Poſtremò fit comme. Sanctorum Hippolyti & Caſſiani Martyr.

Afia. Iſtorum eſt enim regnum cęlorum, qui contempſerunt vitam mundi, & peruenerunt ad pręmia regni, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

℣. Lętamini in Domino, & exultate iuſti.

℟. Et gloriamini omnes recti corde.

Oratio.

Da quæſumus omnipotens Deus, vt beatorum martyrũ tuorum Hippolyti, & Caſſiani veneranda ſolemnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominũ.

DIE XIII. AVGVSTI.

In Feſto Octauæ Transfigurat. D.N. Ieſu Chriſti Duplex.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Sermo S. Cyrilli Epiſcopi Alexandrini.

Ap. Metaph. poſt med.

Lectio iv.

Arbitratus fortaſſe beatus Petrus aduenisſe tempus re-

gni Dei, in monte quidem verſari diligit; dicit autem tria eſſe facienda tabernacula, neſciens quid diceret. Non erat enim tempus conſummationis ſeculi, neque in præſenti tempore ſunt ſancti futuri participes ſpei eis promiſſæ. Cùm ergo diſpenſatio adhuc eſſet in principio, & nondum eſſet finita, quomodo erat conſentaneum, Chriſtum qui venerat propter charitatem in mundum, deſinere pro eo velle pati? Neſciebat ergo Petrus, quid diceret. ℟. Inebriati ſunt ab vbertate domus tuę: * Et torrente voluptatis tuę potaſti eos. ℣. Quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Et torrente voluptatis tuę.

Lectio v.

CÆterū preter admirabile, & arcanum Chriſti glorię ſpectaculum, aliquid quoque aliud factum eſt vtile, & neceſſarium, ad confirmandam in ſe fidem, nō ſolis diſcipulis, ſed etiam nobis ipſis. Deſuper enim ex alto extitit vox Dei, & Patris dicentis; Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè cōplacui, ipſum audite: Et dum facta eſt, inquit, vox, inuentus eſt ſolus Ieſus. Ecce præſente Moyſe Pater iubet ſanctis Apoſtolis, vt eum audiant; quod ſi eos voluiſſet ſequi præcepta Moyſis, dixiſſet: ſeruate legem. Nunc autem ne hoc quidem dicit Deus, & Pater. Aberat quidem Moyſes, Elias autem non aderat, ſolus verò erat

Chriſtus: iuſſit ergo ipſum audire. Ipſe enim eſt finis legis, & Prophetarum.

℟. Præceptor, bonum eſt nos, hic eſſe: * Faciamus hic tria tabernacula, tibi vnũ, Moyſi vnum, & Eliæ vnum.

℣. Non enim ſciebat quid diceret. Faciamus hic. Lectio vi.

PRopterea Iudęorũ populum allocutus eſt dicens: Si crederetis Moyſi, crederetis vtique mihi, ille enim de me ſcripſit. Quoniam autem, & per ſapientiſſimum Moyſen datum præceptum contemnere, & quæ per ſanctos Prophetas dicta ſunt nihil ducere, perpetuò perſeuerarunt, iure ſunt abalienati, & exturbati à bonis, quæ promiſſa ſunt ipſis patribus. Obedientia enim melior eſt, quam ſacrificiũ: & auſcultatio, quã adipes agnorum: ſicut ſcriptum eſt, & ita quidem ſe habet Rex Iudæorum. Nobis autẽ, qui eius aduentum agnouimus, omnia omninò bona aderunt per ipſum, & in ipſo Chriſto. Per quem, & cum quo Deo, & Patri gloria, & potentia cum ſancto Spiritu, in ſecula ſeculorũ. Amen.

℟. Si miniſtratio mortis, literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt non poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moyſis, propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur: * Multò magis miniſtratio ſpiritus, quæ manet, erit in gloria.

℣. Amplioris enim glorię, Chriſtus præ Moyſe dignus eſt habitus; quantò amplio-

rem honorem habet domo, qui fabricauit eam. Multò magis. Gloria. Multò magis.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Matthęū.

Lectio vij. c. 17.

IN illo tempore: Aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos. Et reliqua.

De Hom. S. Ambroſij Epiſcopi.

Lib. 7. in Luc. cap. 9.

HIc eſt filius meus dilectus; hoc eſt, non Elias filius: non Moyſes filius; ſed hic eſt filius, quem ſolum videtis; receſſerātenim illi, vbi cœpit Dominus deſignari. Vides hanc non ſolum inſipientium, ſed etiā perfectorum, imò etiam cœleſtium fidem eſſe perfectam, Filium Dei ſcire. Sed quoniam hęc iam ſupradiximus, cognoſce nubem iſtam non fumigantium eſſe montium nebuloſo humore concretam, & coacti aeris caligine piceam, quæ cælum tenebrarū horrore ſubtexerat: ſed lucidam nubem, quæ nos non pluuialibus aquis, & humentis alluuione imbris immádet, ſed de qua mētes hominū, voce Dei omnipotentis emiſſa, ros fidei rigauit.

℟. Vocauit nos Deus vocatione ſua ſancta, ſecundùm gratiam ſuā quæ manifeſtata eſt nunc: * Per illuminationem Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

℣. Qui deſtruxit mortem, illuminauit autē vitam in corruptionē. Per illuminationem.

Le-

Lectio viij.

ITaque cum tres eſſent, vnus eſt factus. Tres in principio videntur, vnus in fine. Perfecta enim fide vnũ ſunt. Denique hoc etiã Dominus Patrem orat, vt omnes vnum ſimus. Nec ſolùm Moyſes, & Elias in Chriſto vnum ſunt, ſed etiam nos vnum corpus ſumus Chriſti. Ergo, & illi tanquam in vnó corpore, recipiuntur in Chriſti corpus, quia & nos vnum erimus in Chriſto Ieſu. Aut fortaſſis, quia lex, & Prophetæ ex verbo; quæ autem ex verbo cæperunt in verbo deſinũt. Finis enim legís eſt Chriſtus, ad iuſtitiam omni credenti.

℟. Deus, qui fecit de tenebris lumen ſplendeſcere, illuxit in cordibus noſtris: *Ad illuminationem ſcientię claritatis Dei, in facie Ieſu Chriſti.

℣. Exortum eſt in tenebris lumẽ rectis corde, miſericors & miſerator, & iuſtus. Ad illuminationem. Gloria. Ad illuminationẽ.

Pro SS. Hippolyto, & Caſſiano Martyr.

Lectio ix.

HIppolytus à ſancto Laurentio baptizatus, domi ſuæ, dum Euchariſtiam ſumeret, comprehenſus, & ad Valerianum Imperatorem adductus, ab eo de ſuę religionis profeſſione interrogatus, liberè ſe Chriſtianum profeſſus eſt. Quamobrem fuſtibus cęditur: quibus in verberibus, cum eius fides cõſtantior inueniretur, muneribus, & honorum promiſſis tentatur. Quæ cum omnia

fruſtrà dicerentur, Prę-fecto occidendus traditur. Qui domum Hippolyti veniens, vt eius facultates publicaret, totam familiam Chriſtianam eſſe cognóſcit: atque ijs à Chriſtiana fide fruſtrà deterritis, primum plumbatis cæſa Concordia Hippolyti nutrice, quæ cæteros cõfirmabat, reliquos extrà Portam Tiburtinã occidi iubet. Hippolytus indomitis equis raptatus, per loca tribulis, & carduis conſita, lacerato corpore ſpiritum Deo reddidit vnàque cum reliquis à Juſtino Presbytero ad Agrum Veranum ſepultus eſt. Eadem die ad forum Syllæ, crudeliſſimo ſupplicio affectus eſt Caſſianus martyr: qui vinctis poſt terga manibus, puerorum quos erudiebat, ferreis ſtylis, configendus, excarnificanduſque traditur. Quorum quantò erat infirmior vis, tantò eius pęna martirij grauior, ac diuturnior, palmaque illuſtrior. Te Deum.

In Laud. fit cõm. Oct. S. Laurentij, vt ſupra die 11. curren.

Deindè fit commem. SS. Hippolyti &c. MM. Aña. Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt: nolite timere, multis paſſeribus meliores eſtis vos.

℣. Exultabunt ſancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis.

Oratio. Da quæſumus &c. vt ſupra.

In ij. Veſp. vt in feſto.

Deindè fit commemoratio Octauæ ſancti Laurentij. vt ſupra die 11. curren.

Po-

Poſteà fit commem. S. Euſebij Conf.

Aña. Similabo eũ viro ſapienti, qui ędificauit domum ſuam ſupra petram.

℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum.

℟. Stolam gloriæ induit eum. Oratio

DEvs, qui nos beati Euſebij confeſſoris tui annua ſolemnitate lætificas: cõcede propitius, vt cuius natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dñm.

DIE XXVI. AVGVST.

In Feſto S. Zephyrini Papæ, & Mart. Duplex.

Veſp. de S. Bartholomæo Apoſt.

Deindè fit commem. S. Zephyrini.

Aña. Iſte ſanctus pro lege Dei ſui, certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat ſupra firmã petrã.

℣. Gloria, & honore coronaſti eum Dñe.

℟. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Oratio

PRæſta quæſumus omnipotens Deus vt beati Zephyrini martyris tui, atq; Pontificis cuius gaudemus meritis, inſtruamur exemplis. Per Dominum.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

ZEphyrinus Romanus, Seuero Imperatore, ad regendam Eccleſiam aſſumptus, ſanciuit, vt qui ordinandi eſſent, opportuno tempore, & multis pręſentibus Clericis, & Laicis, de more ſacris initiarentur; doctique, ac ſpectatæ vitę homines, ad id of-

ficij munus deligerentur. Decreuit prætereà vt rem diuinam facienti Epiſcopo, Sacerdotes omnes adſtarent. Idem inſtituit, vt Patriarcha, Primas, & Metropolitanus, aduerſus Epiſcopum non ferant ſententiam, niſi Apoſtolica auctoritate fulti. Vixit in Pontificatu annos decem, & octo, dies decem, & octo. Habuit Ordinationes quatuor menſe Decẽbri, quibus creauit Presbyteros treſdecim, Diaconos ſeptem, Epiſcopos per diuerſa loca treſdecim. Antonino Imperatore martyrio coronatus eſt, & ſepultus in via Appia propè Cœmeterium Calixti, ſeptimo Kalendas Septembris.

℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

℣. Deſcenditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Sermo ſancti Auguſtini Epiſcopi.

De verb. Dom. 50.

Lectio v.

Paſtor bonus Chriſtus. Quid Petrus? Nonne bonus Paſtor? Nonne & ipſe animam ſuam pro ouibus poſuit? Quid Paulus? Quid cæteri Apoſtoli? Quid eorum tempora conſequẽtes beati Epiſcopi Martyres? Quid etiam iſte ſanctus Zephyrinus? Nonne omnes paſtores boni, non mercenarij, de quibus dicitur: Amen dico vobis, perceperunt mercedem ſuam? Omnes ergo illi paſtores bo-

ni, non ſolum quia ſanguinem fuderunt, ſed quia pro ouibus fuderunt. Non enim fuderunt elatione, ſed charitate.

℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: * Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis; poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Et volũtate.

Lectio vj.

Nam & apud hæreticos, qui propter iniquitates, & errores ſuos aliquid moleſtiarum perpeſſi fuerunt, nomine martyrij ſe iactant; vt hoc pallio dealbati facilius furentur, quia lupi ſunt. Si autem vultis ſcire, in quo numero habendi ſunt, paſtorem bonum Paulum Apoſtolum audite: Quoniam non omnes qui corpora ſua in paſſione etiã ignibus tradunt, æſtimandi ſunt ſanguinem fudiſſe pro ouibus, ſed potius contra oues. Si diſtribuero, inquit, omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meum, vt ardeam: Iam ipſi ſunt. Sed vide quid ſequitur: Charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt. Ecce venitur ad paſſionem, ecce venitur, & ad ſanguinis effuſionem: & tamen nihil prodeſt, quia charitas deeſt. Adde charitatem, proſunt omnia: detrahe charitatem, nihil proſunt cætera.

℟. Stola iucunditatis induit eũ Dñs: * Et coronã pulchritudinis poſuit ſuper caput eius.

℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et coronam Patri. Gloria. Et.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euangel. Si quis vult poſt me venire. de comm. vnius Mart.

In ij. Veſp. Ad Magn. Antiph. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

Oratio.

Præſta quæſumus omnipotens Deus, vt beati Zephyrini martyris tui, atque Pontificis, cuius gaudemus meritis, inſtruamur exemplis. Per Dñm.

Deindè fit commem. S. Ludouici Conf.

Antiph. Similabo eum viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram.

℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum. ℟. Stolam gloriæ induit eum.

Oratio.

Deus, qui beatum Ludouicum cõfeſſorem tuum, de terreno regno, ad cæleſtis Regni gloriam transtuliſti: eius quæſumus meritis, & interceſſione, Regis regum Ieſu Chriſti filij tui, facias nos eſſe conſortes. Per Dominum.


DIE XXVII. AVGVSTI.

In Feſto S. Ludouici Galliarum Regis Conf. Semid.

Omnia vt in Breuiario die 25. currentis, & in Hymno mutatur verſus.

DIE XXIX. AVGVSTI.

In Feſto Decollationis S. Ioannis Baptiſtę Dupl. maius.



Veſp. de Decollatio-tione. Aña. Herodes enim &c. cum reliq. de Laud. Pſalm. de Dom. & loco vlt. Pſal. Laudate Dominum &c. Capit. & rel. vt in Breu.

Deindè fit commem. S. Auguſtini.

Antiph. O Doctor optimè, Eccleſiæ ſanctæ lumen, beate Auguſtine, diuinæ legis amator, deprecare pro nobis filium Dei.

℣. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et oſtendit illi regnum Dei. Oratio.

Adeſto ſupplicationibus noſtris omnipotens Deus: & quibus fiduciam ſperandæ pietatis indulges; intercedente beato Auguſtino confeſſore tuo, atque Pontifice; conſuetæ miſericordiæ tribue benignus effectum.

Poſteà fit commem. S. Sabinæ Mart.

Antiph. Simile eſt regnum cœlorum homini negociatori, quærenti bonas margaritas: inuenta vna pretioſa, dedit omnia ſua, & comparauit eã.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua.

℟. Intende, proſpere procede, & regna.

Oratio.

Devs, qui inter cętera potẽtię tuę mi-

miracula, etiam in ſexu fragili victoriam martyrij cõtuliſti: concede propitius, vt qui beatæ Sabinæ martyris tuę natalitia colimus, per eius ad te exẽpla gradiamur. Per

In Officio, vt in Breu.

In ij. Veſp. fit comm. SS. Felicis, &c. Martyr.

Aña. Iſtorum eſt enim regnum cœlorum, qui contempſerunt vitam mundi, & peruenerunt ad prẽmia regni, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

℣. Lętamini in Domino, & exultate iuſti.

℞. Et gloriamini oẽs recti corde. Orat.

Maieſtatem tuam Domine ſupplices exoramus: vt ſicut nos iugiter ſanctorum tuorum commemoratione lætificas: ità ſemper ſupplicatione defendas. Per Dominũ.

FINIS PARTIS ÆSTIVÆ.



DIE XX. JULII.
In Feſto
S. Margaritæ Virginis, & Martyris, Dupl.
Omnia de Communi Virg. & Mart. præter ea, quæ ſequuntur.
Oratio.

INdulgentiam nobis, quæſumus Domine, Beata Margarita Virgo, & Martyr implòret: quæ tibi grata ſempèr extitit & merito caſtitatis, & tuæ profeſſione virtutis. Per Dominum.

In I. Noct. Lect. de Script. occurr.

IN II. NOCTURNO.
Lect. iv.

MArgarita, quæ & Marina, Antiochiæ Piſſidiæ patre Edeſſio idolorum Sacerdote nata, à teneris annis Chriſtianæ religioni addicta, baptizata eſt. Quæ cum eximiæ eſſet pulchritudinis, à Præfecto Olybrio adamatur; Cùmque eam ſibì ſiſti jubèret, ità illam alloquitur: Tuam nobis, puella, & nomen, & religionem edicito: Tùm illa, Margarita, inquit, vocor, genere ſum nobilis, religione Chriſtiana. ℞. Veni Sponſa Chriſti, accipe coronam, quam tibi Dominus præparavit in æternum: pro cujus amore ſanguinem tuum fudiſti; * Et cum Angelis in Paradiſum introiſti. ℣. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum, quia concupivit Rex ſpeciem tuam. Et cum.

Lectio v.

AT Præſes: Duo prima, convenientia ſunt, tertium verò abſurditas eſt; Nam quid ſtultiùs, quàm ut Deum ſibi quis faciat crucifixum? Ad hæc Virgo: Undè dic, oro, didiciſti Dominum Jeſum fuiſſe crucifixum? Tum Præſes: Ex libris Chriſtianorum. Cui Margarita:

Quænàm verecundia eſt, ut cum eiſdem libris legatur & pœna Chriſti, & gloria, alterum credatis, alterum reſpuatis? ℟. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: * Propterea benedixit te Deus in æternum. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, proſperè procede, & regna. Propterea.

Lectio vj.

His vehementèr irà accenſus Præfectus varia tormentorũ genera in ſancto illo corpuſculo conſumpſit. Primùm enìm virgis cęſam, deindè ungulis foſſam in carcerem trudi jubet, ubi & ſpectro dęmonis appetitur, ſed ad ſignum Crucis tota vis diaboli proſternitur. Producitur iterùm Virgo, & cum in confeſſione fidei conſtantior perſeveràret, ardentibus facibus latera ejus exuruntur. Deniquè multis ſuperatis tormentis, truncato capite, victorem per tot coronas Spiritum cœlum excepit. ℟. Specie tua, & pulchritudine tua, * Intende, proſperè procede, & regna. ℣. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. Intende. Gloria Patri. Intende.

In III. Noct. Homil. ſuper Evang. Simile eſt regnum cœlorum theſauro &c. ut in Comm. non Virg.

PROPRIVM
SANCTORVM
AD VSVM CLERI ROMANI LATERANENSIS.

Pars Autumnalis.



COMMEMORATIO
SALVATORIS,
ET VTRIVSQVE IOANNIS,
Sacroſanctæ Archibaſilicæ Titularium.

Antiphona ad Veſp. & Laudes.

SALVATOR mundi ſalua nos omnes, huius Aulæ ſeruulos, & Præcurſoris inclyti, Diſcipulique dilecti deuota memoria, vota noſtra perducat in patriam.

AD VESPERAS.

℣. Mirabilis Deus. ℟. In Sanctis ſuis.

AD LAVDES.

℣. Saluos fac ſeruos tuos. ℟. Deus meus ſperantes in te.

OREMVS.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui hanc Sacratiſſimam Conſtantinianam Baſilicam, in tuo, & vtriuſque Ioannis nomine dedicatam, cunctarum Vrbis, & Orbis Eccleſiarum decoraſti primatu: concede nobis famulis tuis, vt amborum meritis, & precibus, à noſtris reatibus expiati, ad te Saluatorem noſtrum peruenire valeamus. Qui viuis &c.

ELectio proculdubio Dei ſingularis eſt, in illa ipſa Vrbe Ioannem vendicare Primatum Eccleſiæ, quam duo Cæli luminaria, morte clariſſima conſecrarunt.

D. Bern. Abb. Serm. de Priu. S. Io. Bapt. in fine.

Die ix.

IN FESTO S. SERGII PAPÆ, ET CONFESSORIS.

Duplex.

Veſp. de Natiuitate B. Mariæ Virg.

Deindè fit commem. S. Sergij.

Antiph. Sacerdos, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dñm.

℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum.

℞. Stolam gloriæ induit eum. Oratio.

Da quęſumus omnipotens Deus: vt beati Sergij confeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolemnitas, & deuotionem nem nobis augeat, & ſalutem.

Poſteà fit commem. S. Gorgonij Mart.

Aña. Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat ſupra firmam petram.

℣. Gloria, & honore coronaſti eum Dñe.

℞. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Oratio.

Sanctus tuus Domine Gorgonius, ſua nos interceſſione lætificet: & pia faciat ſolemnitate gaudere. Per Dominum.

In j. Noct. Lect. de Script. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

SErgius Antiochenus genere, Tiberio patre, Panormi in Sicilia natus, Conóne vita functo, anno Chriſti ſexcēteſimo octuogeſimo ſeptimo, annuente Deo, & ſuffragantibus omnium votis in ſacro Lateranenſi Palatio aſſumptus, fœdiſſimum ſchiſma, quod Exarchi Imperatoris auaritia, & Paſchalis Archidiaconi ābitio excitarāt, in ipſo ortu extinxit. Adeodato Pontifice, Romam veniens in Eccleſię Romanæ Clerum ab eodem adſcitus, & à Leone huius nominis ſecundo Presbyter Tituli ſanctæ Suſannæ ordinatus, impigrè ſuo munere defunctus eſt.

℟. Inueni Dauid ſeruū meū, oleo ſancto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

CAnones à Græcis ſextę Synodo dein affictos, inſtante licèt, & dira minante Imperatore, admittere noluit, ſed vt ſpurios non ſine vitę periculo, conſtanter abiecit. Magnā Dominicę Crucis portionem, reuelante Deo à ſe inuentam, in Baſilica noſtra Conſtantiniana populo adorandam collocauit. Corpus ſancti Leonis in obſcuro conditum angulo, Dei nutu, indè amouit, & ornatiori loco, omnibus colendum expoſuit. Baſili-

cam

cam Vaticanam innumeris donis ornauit, egregijs certè amoris ſui, ergà Principem Apoſtolorum monumentis.

℞. Poſui adiutorium ſuper potentē, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea au xiliabitur ei.

℣. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum. Manus enim mea.

Lectio vj.

Kilianū, & ſocios martyrio deinde affectos, in Germaniam Villebrordum, & Suuibertum, cum ſocijs in Friſiam, aliaſq; circumiectas regiones miſit; in quibus maximum Paganorum numerum ad Chriſti fidem conuerterunt. Coaduallū Britónum Regem Romam venientem excepit, & ſacro Baptiſmate tinxit. Rauennatibus, Damianum; Legionēſibus, Vbertum; Britannis, Berectualdū Epiſcopos ordinauit. Statuit, vt Liturgiæ ſacrę pius verſus: Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis; adderetur. Meritis denique plenus, poſtquā ſediſſet treſdecim annis, menſibus octo, sāncto fine quieuit, ac ſepultus eſt in Vaticano.

℞. Iſte eſt, qui antè Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum.

℣. Iſte eſt, qui contempſit vitam mundi, & peruénit ad cęleſtia regna. Ipſe. Gloria Patri. Ipſe intercedat.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Mattheū.

Lectio vij. c. 25.

IN illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Homo peregrè proficiſcens vocauit ſeruos ſuoſ, & tradidit illis bona ſua. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorij Papæ.

Homil. 9. in Euang.

LEctio ſancti Euāgelij, fratres chariſſimi, ſolicitè conſiderare nos admonet, ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo, accepiſſe aliquid cernimur ab auctore mundi, grauiùs inde iudicemur. Cum enim augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum. Tantò ergò eſſe humilior, atque ad ſeruiendum Deo promptior quiſque debet ex munere, quātò ſe obligatiorem eſſe conſpicit, in reddenda ratione. Ecce homo, qui peregrè proficiſcitur, ſeruos ſuos vocat, eiſque ad negocium talenta partitur. Poſt multum verò temporis, poſiturus rationem reuertitur. Benè operantes pro apportato lucro remunerat, ſeruum verò à bono opere torpentem damnat.

℟. Amauit eum Dominus, & ornauit eum, ſtolam gloriæ induit eum: * Et ad portas paradiſi coronauit eū. ℣. Induit eum Dominus loricam fidei, & ornauit eum. Et ad portas.

Lectio viij.

QVis itaque iſte homo eſt, qui peregrè proficiſcitur, niſi Redemptor noſter, qui in ea carne, quam aſ-

ſumpſerat, abijt in cælum? Carnis enim locus proprius terra eſt, quæ quaſi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem noſtrũ in cęlo collocatur. Sed homo iſte peregrè proficiſcens, ſeruis ſuis bona ſua tradidit, quia fidelibus ſuis ſpiritualia dona conceſſit. Et vni quidem quinque talenta, alij duo, alij verò commiſit vnum. Quinque etenim ſunt corporis ſenſus, videlicet viſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus. Quinque ergo talentis, donum quinque ſenſuum, ideſt, exteriorum ſcientia exprimitur: Duobus verò, intellectus, & operatio deſignatur. Vnius autem talenti nomine, intellectus tãtummodò deſignatur.
℞. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris: *Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs.
℣. Vigilate ergo, quia neſcitis, qua hora Dominus veſter venturus ſit. Et vos ſimiles.

Pro S. Gorgonio M.
Lectio ix.

Gorgonius Nicomediæ natus, Diocletiani Imperatoris cubicularius, Dorothéo collega ſuo adiutore, reliquos omnes cubiculi miniſtros ad Chriſti fidem perduxit. Vterque autem cùm vidiſſet quodam die martyrem coram Diocletiano acerbiſſime cruciari, eius exẽplo, martyrij amore incenſus eſt. Itaque amborum hęc vox erũpit: Quid eſt Impera-

tor, quod huius condemnata ſentētia, quæ nobis cum eo communis eſt, vnum illum impunis? iſtius noſtra etiam eſt fides, idem propoſitum. Eos igitur vinctos Imperator flagellis concidi iubet, ità vt toto corpore cutis dirumperetur, & in plagas acetum infundi, ſale permixtum: mox reuinctis in craticula, ſubijci imperat vim candentium carbonum. Denique variè torti, ſuſpendio necati ſunt. Ac ſācti Gorgonij corpus, aliquando Romam portatum inter duas Lauros via Latina ſepultum, poſteà Gregorio Quarto ſummo Pontifice in Baſilicam Principis Apoſtolorum translatum eſt. Te Deum.

In Laud. pro comm. Oct. Natiuit. B.M.V.

Aña. Natiuitatem hodiernam perpetuæ virginis Genitricis Dei Mariæ ſolemniter celebremus, qua celſitudo throni proceſſit, alleluia.

℣. Natiuitas eſt hodie ſanctæ Mariæ Virginis.

℟. Cuius vita inclyta cuncta illuſtrat Eccleſias. Oratio.

Famulis tuis quæſumus Domine, cęleſtis gratiæ munus impertire: vt quibus beatæ Virginis partus extitit ſalutis exordiū, Natiuitatis eius votiua ſolemnitas, pacis tribuat incrementum.

Deindè fit commem. S. Gorgonij Mart.

Antiph. Qui odit animam ſuam in hoc mūdo, ín vitam æternam cuſtodit eam.

℣. Iuſtus, vt palma florebit.

℟. Si-

℞. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Oratio.

SAnctus tuus Domine, Gorgonius ſua nos interceſſione lætificet: & pia faciat ſolemnitate gaudere. Per Dominum.

In ij. Veſp. à Cap. de S. Hilaro Papa, & Cõf.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum.

Oratio.

EXaudi quæſumus Domine preces noſtras, quas in beati Hilari confeſſoris tui, atque Pontificis ſolẽnitate deferimus, & qui tibi digné meruit famulari, eius intercedentibus meritis ab omnibus nos abſolue peccatis. Per Dñm.

Deindè fit commem. S. Sergij.

Antiph. Dum eſſet sũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit.

℣. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas.

℞. Et oſtendit illi regnum Dei.

Orat. Da quæſumus &c. vt ſupra.

Poſteà fit commem. Oct. Natiuit.

Antiph. Natiuitas tua Dei genitrix virgo, gaudium annunciauit vniuerſo mundo: ex te enim ortus eſt ſol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter; qui ſoluens maledictionem dedit benedictionem, & confundens mortem, donauit nobis vitam ſempiternam.

℣. Natiuitas eſt hodie S. Mariæ Virginis.

℞. Cuius vita inclyta cunctas illuſtrat Eccleſias.

Oratio.

FAmulis tuis, quæſumus Domine, cæleſtis gratiæ munus impertire: vt quibus beatæ Virginis partus extitit ſalutis exordiũ, Natiuitatis eius votiua ſolemnitas, pacis tribuat incrementum.

Si verò Feſtum S. Sergij occurrat in Dominica, transfertur; & fit de Sanctiſſimo Nomine B.M.V. Ac in ij. Veſp. Natiuit. eiuſdem B.M. non fit commmem. de Sanctiſſimo Nomine; ſed tantùm Dominic. occurren. & S. Gorgonij Mart. In ij. autem Veſp. Sanctiſs. Nominis, fit commem. S. Nicolai de Tolentino; & Dominicæ.

Quod ſi Feſtum Sanctiſſimi Nominis occurrat alia die infra Octauam, Officium erit vt ſequitur.

DE SS. NOMINE Beatæ Mariæ Virg.

Dupl. Maius.

AD VESPERAS

Antiphona. Dum eſſet Rex &c. cum reliquis Antiph. & Pſal. vt in Officio paruo B. M.

Capit. Ab initio, &c.

Hymnus.

Aue Maris Stella, &c.

℣. Dignare me laudare te, Virgo ſacrata.

℟. Da mihi virtutem contra hoſtes tuos.

Antiph. S. Maria ſuccurre miſeris, iuua puſillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro Clero, intercede pro deuoto fœmineo ſexu: Sentiant omnes tuum iuuamen, quicumque celebrant tui Sancti Nominis commemorationem.

Oratio.

COncede, quæſumus omnipotens Deus, vt fideles tui, qui

ſub Sanctiſſimæ Virginis Mariæ Nomine, & protectione lætantur: eius pia interceſsione, à cunctis malis liberentur in terris, & ad gaudia æterna peruenire mereantur in cælis. Per Dominũ &c.

Deindè fit comm. de præced. ſi facienda ſit, & Dominicę occurr.

Ad Matut. Inuitator.

Sancta Maria Dei Genitrix Virgo:* Intercede pro nobis.

Pſal. Venite exultemus, &c.

Hymnus.

Quem terra põtus, &c.

Antiph. Pſal. & ℣. Nocturnorum, vt in Officio paruo B. M.

IN I. NOCTVRNO.

De Parabolis Salomonis.

Lectio j. c. 8. & 9. b

EGo ſapientia habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus. Timor Domini odit malum: arrogantiam, & ſuperbiam, & viam prauam, & os bilingue deteſtor. Meum eſt conſilium, & æquitas, mea eſt prudentia, mea eſt fortitudo. Per me reges regnant, & legum conditores, iuſta decernũt: Per me principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam. Ego diligentes me diligo: & qui manè vigilant ad me, inuenient me.

℟. Sancta, & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferã neſcio:* Quia quẽ cæli capere non poterant, tuo gremio contuliſti.

℣ Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Quia.

Lectio ij

MEcum ſunt diuitiæ, & gloria, opes ſuperbæ, & iuſtitia.

tia. Melior eſt enim fructus meus auro, & lapide pretioſo, & genimina mea argento electo. In vijs iuſtitiæ ambulo, in medio ſemitarum iudicij, vt ditem diligentes me, & theſauros eorum repleam. Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequã quidquam faceret à principio. Ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyſſi, & ego iam concepta eram: necdum montes graui mole conſtiterant; ante colles ego parturiebar.

℞. Congratulamini mihi omnes qui diligitis Dominum, quia cũ eſſem paruula, placui Altiſſimo:* Et de meis viſceribus genui Deũ, & hominem.

℣. Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilẽ reſpexit Deus. Et de meis.

Lectio iij

BEatus homo, qui audit, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obſeruat ad poſtes oſtij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet ſalutem à Domino: qui autem in me peccauerit, lædet animam ſuam. Omnes, qui me oderunt, diligunt mortem. Sapiẽtia ędificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem. Immolauit victimas ſuas, miſcuit vinum, & propoſuit menſam ſuam. Miſit ancillas ſuas vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis: Si quis eſt paruulus, veniat ad me. Et inſipientibus locuta eſt: Venite, comedite panem meũ, & bibite vi-

nũ quod miſcui vobis.

℟. Beata es Virgo Maria, quæ Dñm portaſti creatorem mundi: * Genuiſti qui te fecit, & in æternum permanes virgo.

℣. Aue Maria gratia plena, Dñs tecũ. Genuiſti. Gloria. Genuiſti.

IN II. NOCTVRNO.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Ex hom. 2. ſuper miſſus eſt circa finem.

Lectio iv.

ET Nomen, inquit, Virginis Maria. Loquamur pauca, & ſuper hoc Nomine, quod interpretatum Maris Stella dicitur, & Matri Virgini valde conuenienter aptatur. Ipſa namq; aptiſſimè ſideri cõparatur. Quia ſicut ſine ſui corruptione, ſidus ſuum emittit radium, ſic abſque ſui læſione, Virgo parturiuit filium. Nec ſideri radius ſuã minuit claritatem, nec Virgini filius ſuam integritatẽ. Ipſa eſt igitur nobilis illa Stella ex Iacob orta, cuius radius vniuerſum orbem illuminat; cuius ſplendor & præfulget in ſupernis, & inferos penetrat, terras etiam perluſtrans; & calefaciens magis mentes, quâm corpora, fouet virtutes, excóquit vitia. Ipſa, inquam, eſt præclara, & eximia Stella ſuper hoc mare magnum, & ſpatioſum neceſſariò ſubleuata, micans meritis, illuſtrans exemplis.

℟. Sicut cedrus exaltata ſum in libano, & ſicut cypreſſus in mõte Sion: quaſi myrrha electa: * Dedi ſuauitatem odoris.

℣. Et ſicut cinnamo-

mum,& balſamuũ aromatizans. Dedi.

Lectio v.

O Quiſquis te intelligis in huius ſeculi profluuio magis inter procellas,& tempeſtates fluctuare, quã per terram ambulare: Ne auertas oculos à fulgore huius ſideris, ſi non vis obrui procellis. Si inſurgant venti tentationum, ſi incurras ſcopulos tribulationum, reſpice Stellam, voca Mariam. Si iactaris ſuperbiæ vndis, ſi ambitionis, ſi detractionis, ſi ęmulationis, reſpice ſtellam, voca Mariam. Si iracundia, aut auaritia, aut carnis illecebra nauiculam concuſſerit mentis, reſpice ad Mariam. Si criminum immanitate turbatus, conſcientiæ fœditate confuſus, iudicij horrore perterritus, barathro incipias abſorberi triſtitiæ, deſperationis abyſſo, cogita Mariam.

℞. Quæ eſt iſta, quæ proceſſit ſicut ſol, & formoſa tanquam Ieruſalem: *Viderunt eam filiæ Sion, & beatam dixerunt, & Reginæ laudauerunt eã. ℣. Et ſicut dies verni circũdabant eã flores roſarum,& lilia cõuallium. Viderũt. Lect. vj.

IN periculis, in anguſtijs, in rebus dubijs Mariam cogita, Mariam inuoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde, & vt impetres eius orationis ſuffragium, non deſeras conuerſationis exemplum. Ipſam ſequens non deuias; Ipſam rogans non deſpéras, Ipſam cogitans non erras; Ipſa tenente

te non corruis; Ipſa protegente non metuis; Ipſa duce non fatigaris; Ipſa propitia peruenis, & ſic in temetipſo experiris, quàm meritò dictum ſit; Et nomen Virginis Maria. Quod quidem Venerabile Nomen, iampridem in quibuſdam Chriſtiani Orbis partibus ſpeciali ritu cultum, Innocentius Vndecimus Romanus Pontifex, ob inſignem victoriam ſub eiuſdem Virginis Mariæ præſidio, de immaniſſimo Turcarũ Tyranno ceruicibus Populi Chriſtiani inſultante, Viennæ in Auſtria partam, & in perenne tanti beneficij monumentum, in Eccleſia vniuerſali ſingulis annis Dominica infra Octauam Natiuitatis Beatę Virginis Mariæ celebrari præcepit.

℟. Ornatam monilibus filiam Ieruſalem Dominus concupiuit: * Et videntes eam filiæ Sion, beatiſſimam prędicauerunt dicentes: * Vnguentum effuſum nomen tuum.

℣. Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circumdata varietate. Et videntes. Gloria Patri. Vnguentum.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Lucã.

Lectio vij. c. 1.

IN illo tempore: Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in Ciuitatem Galilęæ, cui nomen Nazareth, ad Virginem deſponſatã viro, cui nomen erat Ioſeph de domo Dauid, & nomen Virginis Maria.

Ex Homilia ſancti Petri Chryſologi.

Serm. 14. de Annunc.

Audiſtis hodie, fratres chariſſimi, Angelum cum muliere de hominis reparatione tractantem. Audiſtis agi, vt homo curſibus eiſdem, quibus dilapſus fuerat ad mortem, rediret ad vitam. Agit, agit cum Maria Angelus de ſalute, quia cum Eua Angelus egerat de ruina. Audiſtis Angelum de carnis noſtræ limo Templum Diuinę Maieſtatis arte ineffabili conſtruentem. Audiſtis in terris Deum, in cælis hominem Sacramento incomprehenſibili collocari. Audiſtis inaudita ratione in vno corpore Deum, hominemque miſceri. Audiſtis fragilem noſtræ carnis naturam ad portandam totam Deitatis gloriam Angelica exhortatione roborari.

℟. Felix namq; es ſacra Virgo Maria, & omni laude digniſſima: * Quia ex te ortus eſt ſol iuſtitię, Chriſtus Deus noſter.

℣. Ora pro populo, interueni pro Clero, intercede pro deuoto fœmineo ſexu: Sentiăt omnes tuum iuuamen, quicumque celebrant tuam ſanctam commemorationem. Quia.

Lectio viij.

Denique ne tanto ponderi cæleſtis fabricæ in Maria ſubtilis noſtri corporis arena ſuccumberet, & in Virgine totius generis humani portatura fructum, virga tenuis frangeretur, fugatura metum vox Angeli mox præceſſit, dicens;

cens: Ne timeas Maria. Ante cauſam dignitas Virginis annũciatur ex Nomine; Nã Maria hebræo ſermone, latinè Domina nuncupatur. Vocat ergo Angelus Dominam, vt Dominatoris Genitricem trepidatio deſerat ſeruitutis, quam naſci, & vocari Dominam, ipſa ſui germinis fecit, & impetrauit auctoritas: Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam. Verum eſt; quia qui inuenit gratiam, neſcit timere: Inueniſti gratiam.

℟. Beatam me dicent omnes generationes: * Quia fecit mihi Dominus magna, qui potens eſt: * Et ſanctum Nomen eius.

℣. Et miſericordia eius à progenie in progenies timentibus eũ. Quia. Gloria. Et.

Lectio ix.

De Homil. Dominicæ occurrentis.

Si autem idem Offic. iuxta Decretum Sacræ Congr. 20. Iulij 1686 transferendum ſit; nona Lectio erit ſequens.

Ex Epiſtola S. Leonis Papę ad Pulchériam Auguſtam.

Epiſt. 13. ante med.

Lectio ix.

Sacramentum reconciliationis noſtrę ante tempora ęterna diſpoſitum, nullæ implebant figurę: quia nondum ſuperuenerat Spiritus ſanctus in Virginem, nec virtus Altiſſimi obumbrauerat ei, vt & intrà intemerata viſcera, ædificante ſibi Sapientia domum, Verbum caro fieret, & forma Dei ac forma ſerui, in vnam conueniente perſonã, creator temporum na-

ſceretur in tempore,& per quem facta ſunt omnia, ipſe inter omnia, gigneretur. Niſi enim nouus homo factus in ſimilitudinem carnis peccati, noſtrã ſuſciperet vetuſtatem, & conſubſtantialis Patri, conſubſtantialis eſſe dignaretur & matri naturamque ſibi noſtram, ſolus à peccato liber, vniret; ſub iugo diaboli generaliter teneretur humana captiuitas.

Ad Laud. & per Hor. Aña. Dum eſſet Rex, &c. cum rel. vt in Offic. S. Mariæ in Sabbatho.

Capit. Ab initio &c.

Hymnus.

O Glorioſa, &c.

℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.

℟. Propterea benedixit te Deus in æternũ.

Ad Bened. Antiph.

Beata es Maria, quæ credidiſti; perficientur in te, quæ dicta ſunt tibi à Dño. Alleluia.

Orat. Concede quæſumus &c. vt ſupra.

Deindè fit commem. Dominicę.

Ad Horas Añę, Capit. & Reſp. breuia, vt in Offic. B.M. in Sabbat, & in fine Hymn. dicit,

Ieſu tibi ſit gloria,
Qui natus es de Virgine &c.

Orat. Cocede. vt ſup.

Deindè fit com. Dom.

In ij. Veſp. Ant. Pſal. Capit. Hymn. & ℣. vt in j. Veſp.

Ad Magnif. Antiph.

Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilẽ reſpexit Deus.

℣. Diffuſa &c.

Orat. Concedę quæſumus &c. vt ſupra.

Deindè fit comm. de ſeq. ſi facienda ſit, & Dominicę.

DIE

DIE X. SEPTEMBRIS
In Feſto
Sancti Hilarii Papæ, & Conf. Duplex.
Inj. Noct. Lect. de Script. occurr.

IN II. NOCTVRNO.
Lectio iv.

HIlarus Natione Sardus, patre Cryſpino genitus, poſt ſancti Leonis tranſitũ, Romanæ Eccleſiæ Põtifex factus eſt. Eum adhùc Diaconum, idẽ Leo Legatum deſtinauit, pro Epheſina Synodo celebranda: Sed cum Dioſcori Alexandrini Epiſcopi furore, per vim, & metum Epheſi patrarentur indignà, Hilarus vix effugiens per inuia loca, & multa pericula, diuina ope liberatus, ad Leonem reuerſus eſt. Pontifex autem renunciatus, nihil antiquiùs habuit, quàm quæ cõtrà Hæreticos conſtituta fuerant, ſuo decreto firmare. Quamobrem Encyclicam Epiſtolam ſcripſit de damnatione Neſtórij, & Euthychétis, ac triũ præcipuorum confirmatione Conciliorum.

℟. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.
℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

AB eo inuitatus Victorinus, natione Aquitanus, Paſchalem curſum cautiſſima indagatione cõpoſuit. Eccleſiaſticæ diſciplinæ retinentiſſimus, nullum voluit Epiſcopum per Eccleſias conſecrari, præter Metropolitani conſen-

ſum, nec Epiſcopum quempiam relicta propria Ecclesia, ad aliã transferri; neque tranſcendi terminos à Patribus conſtitutos. Leontium Arelatenſem Epiſcopum, ſuæ Sedis Vicariũ conſtituit per Gallias, cui ſolicitudinem in congregandis quotannis Epiſcopis, delegauit. Eccleſię prædia, quę neque deſerta, neque inutilia eſſent, quibus plurimorum neceſſitatibus ſubueniretur, alienari; niſi prius apud Concilium alienationis cauſa dicta, prohibuit; aliàque complura ſanctè decreuit in ea Synodo, quã apud ſanctam Mariam Maiorem coëgit.

℟. Poſui adiutorium ſuper potentem, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum. Manus.

Lectio vj.

Anthemium Imperatorem, cum Philothéus Macedonianus eius familiaritate ſuffultus, noua diuerſarum Conciliabula ſectarum, in Vrbem conaretur inducere; apud beatum Petrum Apoſtolum, palàm ne id fieret obiurgando cohibuit: in tantum vt ea non fore introducenda promiſerit Imperator, interpoſito etiam iuramento. Fecit in Conſtantinianæ noſtræ Baſilicæ Baptiſterio Oratoria quatuor, nempè ſanctæ Crucis, Sancti Ioannis Baptiſtæ, Sancti Ioannis Euangeliſtæ, & Sancti Stephani,

ac inſuper Bibliothe-
cas duas. Monaſteriũ
conſtruxit vnà cum
balneo, & Prætorio,
ad ſanctum Laurentiũ
forís, alterumque in
Vrbe ad Lunam. Plu-
ra, atque magnifica
tùm alia ornamenta
ex auro, argento, lapi-
buſque pretioſis, ſacris
locis contulit . Con-
ſtituit in Vrbe Miniſte-
riales, qui prȩfixas obi-
rent ſtationes . Pro
communi Sacerdotum
Domini concordia ſo-
licitè procurauit, ne
ſua audérent quærere,
ſed quæ eſſent Chriſti
ſtuderent obtinere.
Demùm ipſe corpore
ſolutus, abijt in Cœ-
lum regnaturus cum
Chriſto, quarto Idus
Septembris, ſub Impe-
ratoribus Leone, &
Anthemio, eiuſque
corpus ſepultum fuit
ad ſanctumLaurentiũ,
in Crypta iuxtà cor-
pus beati Syxti. Vna
Ordinatione menſe
Decẽbri, creauit Pres-
byteros viginti quin-
que, Epiſcopos per di-
uerſa loca viginti duos
Apoſtolicæ Sedis regi-
men tenuit annos ſex
menſes nouem, dies
viginti & octo.

℞. Iſte eſt, qui ante
Deum magnas virtu-
tes operatus eſt, & om-
nis terra doctrina eius
repleta eſt: * Ipſe in-
tercedat pro peccatis
omnium populorum.
℣. Iſte eſt, qui contem-
pſit vitã mundi, & per-
uénit ad cȩleſtia regna.
Ipſe. Gloria. Ipſe.

In iij. Noct. Homil.
ſuper Euang. Vigilate,
quia neſcitis. de com-
mun. Cont. Pont.

In Laud. fit comme-
moratio Octauæ Na-
tiuitat. vt ſupra die 9.
curren.

In ij. Veſp. à Cap. fit de S. Nicolao de Tolentino Conf.

In Hymno mutatur verſus.

Ad Magnif. Antiph. Similabo eum viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram. Oratio.

A Deſto Domine ſupplicationibus noſtris, quas in beati Nicolai confeſſoris tui ſolemnitate deferimus: vt qui noſtræ iuſtitiæ fiduciam non habemus, eius qui tibi placuit, precibus adiuuemur. Per Dominum.

Deindè fit commem. ſancti Hilari.

Aña. Dum eſſet ſummus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cęleſtia regna glorioſus migrauit.

℣. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas.

℞. Et oſtendit illi regnum Dei.

Orat. Exaudi quæſumus &c. vt ſupra.

Poſteà fit commem. Oct. Natiuit. vt ſupra die 9. curren.

Poſtremò fit comm. SS. Proti, & Hyacinthi martyrum.

Aña. Iſtorum eſt enim regnum cœlorum, qui contempſerunt vitam mundi, & peruenerunt ad prçmia regni, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

℣. Lętamini in Domino, & exultate iuſti.

℞. Et gloriamini omnes recti corde.

Oratio.

B Eatorum martyrum tuorum Proti, & Hyacinthi nos Domine foueat pretioſa cõfeſſio, & pia iugiter interceſſio tueatur. Per Dominum noſtrum &c.

DIE

DIE XI. SEPTEMBRIS.

In Feſto S. Nicolai de Tolentino Conf. Duplex.

Vt in Breuiar. die 10. curren. ſed in iij. Noct. legitur nona Lect. pro SS. Martyr. Proto &c. MM. vt hodie in Breu.

DIE XVI. SEPTEMBRIS.

In Feſto S. Euphemiæ Virg. & M. Dupl.

Veſp. de Oct. Natiu. B. M. V. vt in ij. Veſp. Feſti.

Deindè fit commem. S. Euphemiæ.

Antiph. Veni ſponſa Chriſti, accipe coronam, quam tibi Dominus præparauit in æternum.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua.

℟. Intēde, proſperè procede, & regna. Orat.

Deus, qui inter cętera potētię tuæ miracula etiam in ſexu fragili victoriam martyrij contuliſti: concede propitius, vt qui beatę Euphemiæ virginis, & martyris tuæ natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur.

Poſteà fit commem. SS. Luciæ, & Geminiani Martyr.

Aña. Iſtorum eſt enim regnum cælorum, qui contempſerunt vitam mundi, & peruenerunt ad præmia regni, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

℣. Lętamini in Domino, & exultate iuſti.

℟. Et gloriamini omnes recti corde.

Oratio.

Præſta, Domine, precibus noſtris cū exultatione prouentū: vt ſanctorum Martyrū Luciæ, & Geminiani, quorum diem paſſio-

nis annua deuotione recolimus, etiam fidei conſtantiam ſubſequamur. Per Dominum.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

EVphemia Philophrónis præclariſſimi Senatoris, & Theodóſię pijſſimę matronæ filia, Calcedone nata, fidem quam ab ineunte ętate ſuſcepit, conſtantiſſimè ſemper coluit: nec vllis valuit, aut blandicijs, aut minis à ſancto propoſito reuocari. Nam iubente Priſco Aſię Proconſule, vt ſtata die ad tubæ clangorem, omnes conuenirent in Martis Templum ad immolãdum, ipſa effecta Chriſtianorum dux, fortiter renuit. Quamobrem vnà cum ipſis, ſiſtitur ad Tribúnal, quibus cum vultus loris duriſſimè cęderentur, ipſa rotis alligari iubetur, quæ oſſa confringerent, & carnem dilaniarent; ſed crudeli machina, mirifico ſalutiferę Crucis ſigno diſſolúta, omni curato vulnere, vegetior, & ſolito formoſior euáſit.

℟. Propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, proſperè procede, & regna. Et deducet.

Lectio v.

IGnibus deindè adiudicata, à militibus, quorum nomina Victor, & Soſthenes, nequaquam valuit colligári, aſſerentibus, ſe viros terrifico aſpectu intuéri, qui nedúm minacibus oculis in

ipſos

ipſos intenderent, ſed etiam paratum ignem, hùc illùcquè diſpergerent; quamobrem Chriſto nomina dederunt. Suffectis autem eorum loco Cæſare, & Vario, in vehementer incenſam fornacem immittitur, ſed renouato Babylonicæ fornácis miraculo, perditi ſatellites, igne abſumuntur: Virgo autem in medio fornacis Deum laudabat, nullo in ea apparente ignis veſtigio. Victor interim, & Soſthenes obiecti feris, & earum morſibus leniter ſuffocáti, beatiſſimo fine quieuerunt.

℟. Dilexiſti iuſtitiam, & odíſti iniquitatem: * Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ.

℣. Propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam. Própterea.

Lectio vj.

Paratur poſt hæc nouum torměti genus, ferro lapidibuſq; compactum, ad omnimodam corporis dilaniationě; ſed hoc etiā diuina virtute deſtructo, iubet Tyrannus in medio ſtadij parari ciſternam aqua plenam, & omni carniuoro piſce refertam, in quam Crucis ſigno ſe muniens, Euphemia inſilijt; ſed ferarum humeris ſuſtentata, ab aquis illæſa emerſit. Parantur indè præacutæ ſerrę ad ſecandū, ſed acies ſerræ obtúſæ ſunt, & ignis ſartaginum extinctus eſt. Denique quatuor leonibus, & tribus vrſis in Theatro expoſita, Deū precata, vt agóni ſuo finem imponeret, lambentibus eius pedes cęteris, vnius vrſę morſu

ſu leniter preſſa, tot paſſionum ornata monilibus, euolauit ad Sponſum. Corpus à parentibus honorificè tumulatum, multis poſtea miraculis claruit: Caput verò ad Sancta Sanctorum delatum, ibi decentiſſimè cuſtoditur.

℞. Afferentur regi virgines poſt eam, proximę eius, * Afferentur tibi in lætitia, & exultatione.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, proſperè procede, & regna. Afferentur. Gloria. Afferentur.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio ſancti Euãgelij ſecúndùm Matthęũ.

Lectio vij. c. 25.

IN illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Simile erit regnum cęlorum decem Virginibus, quæ accipientes lampades ſuas, exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Papæ.

Homil. 12. in Euang.

SÆpè vos, fratres chariſſimi, admoneo praua opera fugerè, mundi huius inquinamenta deuitare; ſed hodierna ſancti Euangelij lectione compellor dicere, vt & bona, quæ agitis, cum magna cautela teneatis: ne per hoc quod à vobis rectũ geritur, fauor aut gratia humana requiratur: ne appetitus laudis ſubrepat, & quod foris oſtẽditur, intus à mercede vacuetur. Ecce enim Redemptoris voce decem virgines, & omnes dicuntur virgines, & tamen intrà beatitudinis ianuam

non omnes ſunt receptæ: quia earum quædam, dum de virginitate ſua gloriam foris expetunt, in vaſis ſuis oleũ habere noluerũt.

℟. Hæc eſt virgo ſapiens, quam Dominus vigilantẽ inuénit, quæ acceptis lampadibus ſumpſit ſecum oleum: * Et veniente Domino, introiuit cum eo ad nuptias.

℣. Media nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus venit, exite obuiam ei. Et veniẽte.

Lectio viij.

SEd prius quærendum nobis eſt, quid ſit regnum cælorum, aut cur decem virginibus cõparetur; quæ etiam virgines prudentes, & fatuæ dicantur. Dum enim cælorum regnum conſtat, quia reproborum nullus ingreditur, etiam fatuis virginibus cur ſimile eſſe perhibetur? Sed ſciẽdum nobis eſt, quod ſępè in ſacro eloquio regnum cęlorum pręſentis temporis Eccleſia dicitur. De quo alio in loco Dominus dicit: Mittet Filius hominis Angelos ſuos, & colligẽt de regno eius omnia ſcandala. Neq; enim in illo regno beatitudinis, in quo pax ſumma eſt, inueniri ſcãdala poterunt, quæ colligantur.

℟. Media nocte clamor factus eſt, * Ecce ſponſus venit, exite obuiam ei.

℣. Prudentes virgines aptate veſtras lampades. Ecce ſponſus. Gloria Patri. Ecce.

Pro SS. Martyr. Lucia, & Geminiano.

Lectio ix.

LVcia vidua Romana, à filio Eu-

tro-

tropio, quod Chriſtum multos annos coluiſſet, accuſata; in ollam pice, ac plumbo feruentem dimittitur: vndè incolumis euadens, cũ ferro, plumboque onerata per Vrbem duceretur, Geminianum nobilem virum, conſtantia fidei, & martyrij, ad Chriſtum conuertit; quem etiam, cum multis alijs ad fidem perductis, variè tortum, glorioſi martyrij abſciſſo capite, ſocium habuit. Quorum corpora Maxima mulier Chriſtiana honorificè ſepeliuit. Te Deum.

In Laud. fit comm. SS. Luciæ &c. Martyr. Antiph. Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt: nolite timere, multis paſſeribus meliores eſtis vos.

℣. Exultabunt ſancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis.

Orat. Præſta Domine &c. vt ſupra.

Si verò celebretur in Quatuor Temporibus, in j. Noct. Lect. erũt de Epiſt. B. Pauli Apoſt. de Virginib. vt in commu. virg. cum nona Lect. de Hom. fer. occurr. de qua erit commem. in Laud. & SS. Luciæ &c. Martyr.

In ij. Veſp. Ad Magn. Antiph. Veni ſponſa Chriſti, accipe coronã, quam tibi Dominus præparauit in æternũ.

Orat. Deus, qui inter cætera &c. vt ſupra.

Deindè fit commem. Impreſs. Sacr. Stigmat. S. Franciſci.

Aña. Similabo eũ viro ſapienti, qui ędificauit domum ſuam ſuprà petram.

℣. Signaſti Domine ſeruum tuũ Franciſcũ.

℞. Signis redemptionis noſtræ. Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, qui frigeſcéte mundo, ad inflammandum corda noſtra tui amoris igne, in carne beatiſſimi Franciſci paſſionis tuæ ſacra Stigmata renouaſti: concede propitius, vt eius meritis, & precibus, crucem iugiter feramus, & dignos fructus pęnitentiæ faciamus. Qui viuis, & regnas &c.

DIE XX. SEPTEMBRIS.

In Feſto S. Agapiti I. Papæ, & Confeſs. Duplex.

Veſp. de SS. Ianuario Epiſc. & ſocijs Martyr. à Cap. de S. Agapito.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dñm. Oratio.

DA quęſumus omnipotens Deus: vt beati Agapiti confeſſoris tui, atque Pōtificis veneranda ſolemnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominū.

Deindè fit commem. SS. Ianuarij & c. MM.

Aña. Gaudent in cœlis animæ ſanctorum, qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti: & quia pro eius amore ſanguinem ſuum fuderunt; ideò cum Chriſto exultant ſinè fine.

℣. Exultabunt ſancti in gloria.

℞. Lætabuntur in cubilibus ſuis. Oratio.

DEvs, qui nos annua ſanctorum martyrum tuorum Ianuarij, & ſociorum eius, ſolemnitate lętificas: concede propitius, vt quorum gau-

de-

demus meritis, accen-damur exemplis. Per.

In j. Noct. Lect. de Script. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

IOanne, hnius nominis Secundo è viuis ſublato, Agapitus Romanus genere, patre Gordiano, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Archidiaconus, propter ſingularem eruditionem, qua probè, & apprimè inſtructus erat, & compoſitos caſtigatiſſimæ vitæ mores, quibus prę cęteris eminebat, communibus totius Cleri ſuffragijs, & omnium bonorum gratulatione, ad SanctamPetri Sedem promotus eſt; & ſublimem illam prouinciam perindè adminiſtrauit, atque ſi non ab hominibus, ſed ab ipſo Deo electus fuiſſet.

℟. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eū: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus enim.

Lectio v.

EGregijs laudum titulis ab antiquis Patribus decoratus eſt, dictuſque ab ijs præco Iuſtitiæ, Euangelij tuba, vas Catholicum, vir pietate, & miraculis celebertimus, quibus heroicas illius virtutes, & Apoſtolicę vitæ ſanctimoniam Deus illuſtrauit. Aliquot huius ſanctiſſimi Præſulis decretales extant, in quibus Catholicæ fidei dogmata ſarta, tectaque ſeruantur, Eccleſiaſticæ diſciplinæ forma, & regula traditur ſacrorum Canonum,

num, & antiquarum traditionum indemnitati conſulitur, ac demum omnes, & ſingulæ Paſtoralis ſolicitudinis partes implētur.

℟. Poſui adiutorium ſuper potētem, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Inuéni Dauid ſeruū meū, oleo ſancto meo vnxi eum. Manus.

Lectio vj.

Conſtantinopolim profectus eſt, alio prorſus, quàm ad quē homines illum deſtinarant conſilio, diuino ſcilicet inſtinctu, & nutu; vt Anthimum Hæreticum Patriarchā Conſtantinopolitanū, Theodóræ Imperatricis malis artibus intrúſum exauctoraret, atque damnaret, & in eius locum Mennam ſubſtitueret; Patriarchales item Sedes Alexandrinam, & Antiochenā, extrúſis hæreticis, Catholicis Paſtoribus reſtitueret. Sed tandem biennio Pontificatus nondúm expleto, vir ſanctiſſimus, in quo nihil, niſi longiorem vitam Catholici deſideraſſent, Conſtantinopoli piè obijt, Anno Chriſti quingētesimo trigeſimo ſexto. Eius corpus Romā translatum, in Vaticano conditum eſt.

℟. Iſte eſt, qui antè Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorū. ℣. Iſte eſt, qui contempſit vitam mundi, & peruénit ad cæleſtia regna. Ipſe intercedat. Gloria Patri. Ipſe.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Mattheũ.

Lectio vij. c. 25.

IN illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Homo peregrè proficiſcens vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorij Papæ.

Homil. 9. in Euang.

LEctio ſancti Euãgelij, fratres chariſſimi, ſolicitè conſiderare nos admonet, ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo, accepiſſe aliquid cernimur ab auctore mundi, grauiùs inde iudicemur. Cum enim augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum. Tantò ergò eſſe humilior, atque ad ſeruiendum Deo promptior quiſque debet ex munere, quãtò ſe obligatiorem eſſe conſpicit, in reddenda ratione. Ecce homo, qui peregrè proficiſcitur, ſeruos ſuos vocat, eiſque ad negocium talenta partitur. Poſt multum verò temporis, poſiturus rationem reuertitur. Benè operantes pro apportato lucro remunerat, ſeruum verò à bono opere torpentem damnat. ℟. Amauit eum Dominus, & ornauit eum, ſtolam gloriæ induit eum: * Et ad portas paradiſi coronauit eũ. ℣. Induit eum Dominus loricam fidei, & ornauit eum. Et ad portas. Lectio viij.

QVis itaque iſte homo eſt, qui peregrè proficiſcitur, niſi Redemptor noſter, qui in ea carne, quam aſ-

ſumpſerat, abijt in cælum? Carnis enim locus proprius terra eſt, quæ quaſi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem noſtrũ in cęlo collocatur. Sed homo iſte peregrè proficiſcens, ſeruis ſuis bona ſua tradidit, quia fidelibus ſuis ſpiritualia dona conceſſit. Et vni quidem quinque talenta, alij duo, alij verò commiſit vnum. Quinque etenim ſunt corporis ſenſus, videlicet viſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus. Quinque ergo talentis, donum quinque ſenſuum, ideſt, exteriorum ſcientia exprimitur: Duobus verò, intellectus, & operatio deſignatur. Vnius autem talenti nomine, intellectus tãtummodò deſignatur.

℟. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris: * Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs.

℣. Vigilate ergo, quia neſcitis, qua hora Dominus veſter venturus ſit. Et vos ſimiles. Gloria Patri. Et.

Pro Vigilia S. Matthęi.

Lectio ſancti Euangelij ſecundum Lucã.

Lectio ix. c. 5. e

IN illo tempore: Vidit Ieſus publicanum nomine Leui, ſedentem ad telonium, & ait illi: Sequere me. Et reliqua.

Homilia S. Ambroſij Epiſcopi.

Lib. Comment. in Luc c. 5. poſt init.

MYſtica eſt hæc vocatio publicani, quem ſequi iubet non corporis greſſu,

ſed mentis affectu. Itaque ille prius auara de mercedibus, dura de laboribus periculiſque nautarum emolumenta conuertens, verbo vocatus propria derelinquit, qui rapiebat aliena: ac vile illud ſedile deſtituens, toto poſt Dominum veſtigio mentis incedit; conuiuij quoque magni exhibet apparatum. Qui enim domicilio Chriſtum recipit interno, maximis delectationibus exuberãtium paſcitur voluptatum. Te Deum.

In Laud. pro comm. Vigil. S. Matthęi Apoſt. Antiph. & ℣. de feria occurr. Oratio.

DA quęſumus omnipotens Deus: vt beati Matthæi Apoſtoli tui, & Euangeliſtæ, quam præuenimus veneranda ſolemnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominum.

Si verò celebretur in Quatuor Tempor. in I Noct. erunt Lect. de Epiſt. B. Pauli Apoſt. Fidelis ſermo, &c. vt in comm. Conf. Pont. cũ nona Lect. de Homil. Fer. occurren. ac eius comm. in Laud. tantùm: & de Vigilia S. Matthęi nihil fit.

In ij. Veſp. de S. Matthæo Apoſtolo.

Deindè fit commem. Sancti Agapiti.

Antiph. Dum eſſet ſũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cęleſtia regna glorioſus migrauit.

℣. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas. ℞. Et oſtendit illi regnum Dei.

Oratio. Da quæſumus omnipotens Deus, &c. vt ſupra.

DIE XXII. SEPTEMBRIS.

In Feſto SS. Cornelij Papæ, & Cypriani Epiſc. MM. Dupl.

Veſp. de S. Matthæo Apoſtolo.

Deinde fit commem. SS. Cornelij &c. MM.

Aña. Iſtorũ eſt enimregnũ cęlorũ, qui contẽpſerunt vitam mũdi,& peruenerũt ad pręmia regni,& lauerũt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

℣. Lætamini in Domino, & exultate iuſti.

℟. Et gloriamini omnes recti corde. Orat.

Beatorum martyrum, pariterque Pontificum Cornelij, & Cypriani, nos quæſumus Domine feſta tueantur: & eorum commendet oratio veneranda.

Poſteà fit commem. SS. Mauritij, & ſociorum Martyrum.

Aña. Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt:nolite timere,multis paſſeribus meliores eſtis vos.

℣. Exultabunt ſancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis. Orat.

Annue, quęſumus omnipotẽs Deus: vt ſanctorum martyrũ tuorum Mauritij,& ſociorum eius nos lætificet feſtiua ſolemnitas: vt quorum ſuffragijs nitimur, eorum natalitijs gloriemur. Per Dominum.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

In ij. Noct. Lect. prop. vt in Breu. die 16. curr.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio ſancti Euangelij ſecundum Lucã.

Lectio vij. c. 1.

IN illo tempore: dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Cùm audieritis

prælia, & ſeditiones, nolite terreri: oportet primum hæc fieri, ſed nondum ſtatim finis. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorij Papæ.

Hom. 35. in Euang.

DOminus, ac Redemptor noſter perituri mundi præcurrentia mala denunciat, vt eò minus perturbent venientia, quò fuerint præſcita. Minus enim iacula feriunt quæ præuidentur: & nos tolerabiliùs mundi mala ſuſcipimus, ſi contra hæc per præſcientiæ clypeum munímur. Ecce enim dicit: Cum audieritis prælia, & ſeditiones; nolite terreri: oportet enim primùm hęc fieri, ſed nondum ſtatim finis. Penſanda ſunt verba Redemptoris noſtri per quæ nos aliud interius, aliud exterius paſſuros eſſe denũciat. Bella quippe ad hoſtes pertinent, ſeditiones ad ciues. Vt ergo nos indicet interius exteriuſque turbari, aliud nos fatetur ab hoſtibus, aliud à fratribus perpeti.

℞. Propter teſtamentum Domini, & leges paternas, ſancti Dei perſtiterunt in amore fraternitatis: * Quia vnus fuit ſemper ſpiritus in eis, & vna fides. ℣. Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Quia.

Lectio viij.

SEd his malis præuenientibus, quia non ſtatim finis ſequatur, adiungit: Surget gens contra gentem, & regnum aduerſus regnum: & terræmotus magni erunt per loca,

& pe-

& peſtilentiæ,& fames, terroréſque de cœlo; & ſigna magna erunt. Vltima tribulatio multistribulationibus pręuenitur; & per crebra mala quæ præueniunt, indicātur mala perpetua, quæ ſubſequantur. Et ideò poſt bella, & ſeditiones non ſtatim finis: quia multa debēt mala pręcurrere, vt malum valeāt ſine fine nunciare.

℟. Sancti mei, qui in carne poſiti, certamen habuiſtis:* Mercedem laboris ego reddam vobis.

℣. Venite benedicti Patris mei, percipite regnum. Mercedem. Gloria. Mercedem.

Pro SS. Mauritio, & ſocijs Martyribus.

Lectio ix.

CVM Maximianus Imperator, ducto in Galliā exercitu, in finibus Sedunórum ſacrificij cauſa conſtitiſſet, Thebæorum legio, ne ſe impiorum ſacrorum ſocietate contaminaret, à reliquis copijs diſceſſit. Quare Imperator miſit ad eos milites, qui ſuo nomine nūciarent, vt ſi ſalui eſſe vellent, in caſtra ad ſacrificia redírent. Qui ſe Chriſtiana religione impedíri reſponderunt. Quorū reſponſum ille indigniſſimè ferens, maiori iracundia, quā anteà, exarſit. Itaque immiſſa parte exercitus in Thebæos, decimum quemque eorum primùm occídi iuſſit, quod martyrium ſua ſponte, maximéque hortatore Mauritio, ferre maluerunt, quam imperata facere nefarij Imperatoris: ac deindè reliquos omnes,

conſtantiſſimè Chriſtū prædicantes, decimo Kalendas Octobris ab vniuerſo exercitu trucidari imperat. Te Deum.

In Laud. pro comm. SS. Mauritij, & ſociorum Martyrum.

Antiph. Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt: nolite timere, multis paſſeribus meliores eſtis vos.

℣. Exultabunt ſancti in gloria.

℞. Lætabuntur in cubilibus ſuis. Oratio.

Annue quæſumus omnipotēs Deus: vt ſanctorum martyrum tuorum Mauritij, & ſociorum eius, nos lætificet feſtiua ſolemnitas: vt quorum ſuffragijs nitimur, eorum natalitijs gloriemur. Per Dominum.

Si verò celebretur in Quatuor Temp. Lect. j. Noct. erunt de Epiſt. B. Pauli Apoſt. Fratres debitores &c. vt in commu. plur. mart. cū nona Lect. de Homil. Fer. occurr. & eius cōmem. ac SS. MM. ad Laud. tantùm, pro quibus erit Aña. Iſtorum &c. vt in j. Veſp. Verſ. Lætamini &c.

In ij. Veſp. à Cap. de S. Lino Papa, & Mart.

Ad Magnif. Antiph. Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram.

Oratio.

Devs, qui nos beati Lini martyris tui, atque Pontificis annua ſolemnitate lætificas: concede propitius, vt cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione gaudeamus. Per.

Deindè fit commem. SS. Cornelij &c. MM.
Antiph. Gaudent in cęlis animæ ſanctorum qui Chriſti veſtigia sũt ſecuti,& quia pro eius amore ſanguinẽ ſuũfuderunt, ideo cũ Chriſto exultant ſinè fine.
℣. Exultabunt ſancti in gloria.
℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis.
Orat. Beatorum martyrum &c. vt ſupra.
Poſteà fit commem. S.Theclæ Virg. & M.
Antiph. Veni ſponſa Chriſti, accipe coronam, quam tibi Dñs præparauit in æternũ.
℣. Specie tua, & pulchritudine tua.
℟. Intẽde,proſpere procede, & regna. Orat.
DA quęſumus omnipotẽs Deus,vt qui beatæ Theclæ virginis, & martyris tuę natalitia colimus;& ãnua ſolẽnitate lętemur & tantæ fidei proficiamus exemplo. Per.

DIE XXIII. SEPTEMBRIS.

In Feſto S. Lini Papæ, & Mart. Dupl.

In j. Noct. Lect. de ſcript occurr.

In ij. Noct. Lect. vt in Breuiario.

IN III.NOCTVRNO.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Lucã.

Lectio vij. c.14.

IN illo tempore dixit Ieſus turbis: Si quis venit ad me,& nõ odit patrem ſuum, & matrem, & vxorem,& filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.Et reliqua.

Homilia ſancti Gregorij Papæ.

Hom.37. in Euang.

SI cõſideremus, fratres chariſſimi, quæ

& quanta ſunt, quę nobis promittuntur in cælis, vileſcuut animo omnia, quæ habentur in terris. Terrena nāque ſubſtantia supernę felicitati comparata, pondus eſt, non ſubſidium. Temporalis vita æternæ vitæ comparata, mors eſt potius dicenda, quam vita. Ipſe enim quotidianus defectus corruptionis, quid eſt aliud, quam quędā prolixitas mortis? Quæ autem lingua dicere, vel quis intellectus capere ſufficit, illa ſupernæ ciuitatis quanta ſint gaudia; Angelorum choris intereſſe, cum beatiſſimis ſpiritibus gloriæ conditoris aſſiſtere, præſentem Dei vultum cernere, incircumſcriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuæ munere lætari.

℟. Corona aurea ſuper caput eius: * Expreſſa ſigno ſanctitatis, gloria honoris, & opus fortitudinis.

℣. Quoniam prę uenisti eum in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Expreſſa.

Lectio viij.

Sed ad hæc audita inardeſcit animus; iamque illic cupit aſſiſtere, vbi ſe ſperat ſine fine gaudere. Sed ad magna præmia perueniri non poteſt, niſi per magnos labores. Vnde & Paulus egrégius prædicator, dicit: Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Delectat ergo mentem magnitudo præmiorū ſed non deterreat certamen laborum. Vnde

ad ſe venientibus Veritas dicit: Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrẽ & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

℟. Hic eſt verè martyr, qui pro Chriſti nomine ſanguinem ſuum fudit: *Qui minas iudicum non timuit, nec terrenę dignitatis gloriam quæſiuit, ſed ad cæleſtia regna peruénit.

℣. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei. Quiminas. Gloria Patri. Qui.

Pro ſancta Thecla virg. & Martyre.

Lectio ix.

THecla virgo, exilluſtribus parentibus Icónij nata, à Paulo Apoſtolo fidei prçceptis inſtituta, miris ſanctorum Patrum laudibus celebratur. Quæ decimum octauũ annum agens, Thamíride ſponſo relicto, cũ eam parentes, quod Chriſtiana eſſet, accuſaſſent: In ardentem rogum, qui niſi Chriſto renunciaret ei paratus erat, prius ſigno Crucis armata ſeipſam iniecit. Sed igne pluuia, quæ repentè exorta eſt, extincto, Antiochiam venit: vbi feris obiecta, & tauris in diuerſa incitatis alligata, mox coniecta in foueam plenam ſerpẽtibus, ex omnibus Ieſu Chriſti gratia liberatur. Cuius ardore fidei, & vitæ ſanctitate multi ad Chriſtum conuerſi ſunt. Iterum in patriam rediens, in montem ſola ſeceſſit: deindè multis virtuti-

bus, & miraculis inſignis, nonagenaria migrauit ad Dominum, ac Seleuciæ ſepulta eſt. Te Deum.

In Laud. pro comm S. Theclæ.

Antiph. Simile eſt regnum cœlorum homini negociatori, quærenti bonas margaritas: inuenta vna pretioſa, dedit omnia ſua, & comparauit eam.

℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.

℟. Propterea benedixit te Deus in æternũ.

Oratio.

DA quęſumus omnipotẽs Deus: vt qui beatę Theclæ virginis, & martyris tuæ natalitia colimus: & annua ſolemnitate lætemur, & tantæ fidei proficiamus exemplo. Per Dominum.

Si verò celebretur in Quatuor Temp. Lect. j. Noct. erunt de Act. Apoſt. A Mileto &c. vt in comm. vnius Mart. cum nona Lect. de homil. Fer. occurr. ac eius comm. & S. Theclæ in Laud. tantùm.

In ij. Veſp. à Cap. de SS. Euſtachio, & Socijs Martyribus.

Ad Magnif. Antiph. Iſtorum eſt enim regnum cœlorum, qui contempſerunt vitam mundi, & peruenerunt ad prҿmia regni, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

Oratio.

DEvs, qui nos cõcedis ſanctorũ martyrum tuorum Euſtachij, & ſociorum eius natalitia colere; da nobis in æterna beatitudine, de eorum ſocietate gaudere. Per Dominum.

Deindè fit commem. ſancti Lini.

Antiph. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

℣. Iuſtus vt palma florebit.

℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Oratio. Deus, qui nos beati Lini &c. vt ſup.

DIE XIV. SEPTEMB.

In Feſto SS. Euſtachij, & Sociorum Martyrum.

Omnia, vt in Breuiario die 20. currentis, excepta ix. Lectione, & commem. Vigiliæ.

DIE XXVI. SEPTEMBRIS.

In Feſto SS. Cypriani, & Iuſtinæ MM.

Duplex.

Veſp. de SS. Cypriano, & Iuſtina.

Ad Magnif. Antiph. Iſtorum eſt enim regnũ cælorum, qui contempſérunt vitam mundi, & peruenérunt ad prę-mia regni, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni. Oratio.

Beatorum martyrũ Cypriani, & Iuſtinæ nos Domine foueãt continuata præſidia: quia non deſinis propitius intueri, quos talibus auxilijs conceſſeris adiuuari. Per.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

IVſtina patre Edeſio, & matre Cledónia, à Praylio Diacono ad Chriſtum conuerſa, ſe totam Parentum conuerſioni addixit; quæ, licet ei primò difficilis fuerit, tamen cæleſti viſione admonitus pater, qua Chriſtum Ieſum in medio Angelorum ſtantem vidit, & hiſce verbis interpellantem audiuit: Ve-

nite

nite ad me, & dabo vobis Regnum cęlorũ, eáq; vxori relata, vnà cum illa Optatum Epiſcopum conuénit, & ſacrum Baptiſmum ſuſcepit; tranſactoque anno cũ dimidio, Edeſius è viuis ereptus eſt. Intereà eximia Iuſtinæ forma Sholaſticus Aglaidas perditè captus, omni ſtudio, omnique conatu eam expugnare cõtendit, ſed ſemper incaſſum; nam ſigno Crucis munita, ipſum conſtanter reiecit, aſſerens ſe Chriſtũ habere Sponſum, qui ipſam ab omni inquinamento illibatã conſeruabat.

℟. Sancti tui Domine mirabile conſecuti sũt iter, ſeruientes præceptis tuis, vt inuenirentur illæſi in aquis validis: * Terra apparuit arida: & in mari rubro via ſine impedimento.

℣. Quoniam percuſſit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inũdauerunt. Terra.

Lectio v.

Qvamobrem Magum quendam nomine Cyprianum procax iuuenis adijt, eumque enixè rogauit, vt pudicam Virginem cantionibus, ac veneficijs in ſui amorem pertraheret. Conſultò igitur dæmone, audiuit nullam illi artem proceſſuram aduerſus eos, qui verè Chriſtum colerent; quo reſponſo commotus Cyprianus, deteſtari vehementer cæpit vitæ ſuperioris inſtitutum. Itaque relictis magicis artibus, ſe totũ ad Chriſti Domini fidem conuertit.

℟. Verbera carnificũ non timuerunt ſancti

Dei, morientes pro Chriſti nomine: * Vt hæredes fierent in domo Domini.

℣. Tradiderunt corpora ſua propter Deũ ad ſupplicia. Vt hæredes fierent in domo Dñi. Lectio vj.

QVam ob cauſam, vnà cum virgine Iuſtina comprehenſus eſt, & ambo colaphis, flagelliſque cæſi ſunt; mox in carcerem coniecti, ſi fortè ſententiã commutarent. Verum inde poſtea emiſſi, cum in Chriſtiana religione conſtantiſſimi reperirentur, in ſartaginem plenam feruẽtis picis, adipis, & ceræ iniecti ſunt. Demum Nicomediæ ſecuri feriũtur. Quorum proiecta corpora, cùm ſex dies inhumata iacuiſſent; noctu quidam nautæ, clàm ea in nauem impoſita Romam portauerũt, ac primùm in prædio Ruffinæ nobilis fœminę ſepulta sũt. Poſteà ab Anaſtaſio Quarto ſub Ara Sãctarũ virginum, & martyrũ Ruffinæ, & Secundæ reperta, tranſlata in Vrbem, in Baſilica noſtra Conſtantiniana condita ſunt propè Baptiſterium.

℟. Tamquam aurum in fornace probauit electos Dominus: & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos, & in tempore erit reſpectus illorum: * Quoniam donum, & pax eſt electis Dei.

℣. Qui confidunt in illum, intelligent veritatem, & fideles in dilectione acquieſcẽt illi. Quoniam donum. Gloria. Quoniam.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euang. Sedente

Ieſu ſuper mōtem Oliueti, vt in Breuiario die 19. curren. in feſto SS. Ianuarij &c.

In ij. Veſp. ad Magnif. Antiph. Gaudent in cælis animæ ſanctorū, qui Chriſti veſtigia ſūt ſecúti, & quia pro eius amore ſanguinem ſuū fuderunt, ideò cum Chriſto exultant ſine fine.

Oratio. Beatorum martyrū Cypriani &c. vt ſupra.

Deindè fit commem. SS. Coſmæ, & Damiani Martyrum.

Aña. Iſtorum eſt enim regnum cælorum, qui contempſerunt vitam mundi, & peruénerunt ad præmia regni, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

℣. Lætamini in Dño, & exultate iuſti.

℟. Et gloriamini omnes recti corde.

Oratio.

Præſta quæſumus omnipotens Deus; vt qui ſanctorum martyrum tuorum Coſmę, & Damiani natalitia colimus; à cunctis malis imminentibus, eorum interceſſionibus liberemur. Per Dñm.

FESTA OCTOBRIS.

Die iij.

In Feſto S. Euſebij Papæ, & Conf. Dupl.

Veſp. de SS. Angelis Cuſtodibus.

Deindè fit commem. S. Euſebij.

Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum.

℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum.

℟. Stolam gloriæ induit eum. Oramq.

Da quęſumus omnipotens Deus, vt beati Euſebij confeſ-

ſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolemnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominum.

In Hymno, mutatur verſus.

In j. Noct. Lect. de Script. occur.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

EVſebius natione Græcus, Patre Medico, poſt ſanctum Marcellũ Romanæ Eccleſiæ eſt conſtitutus Epiſcopns. Is Hæreticos inuénit in Vrbe, quos reſipiſcentes, ſola manuum impoſitione Eccleſię reconciliauit. Cui, & è Sardinia accedens nobilis fœmina Reſtituta, filium ſuum erudiendum tradidit, quẽ egregiè fide Chriſtiana imbutum baptizauit, ſuoque nomine inſigniuit, atque Euſebium nominauit. Dignum planè tanti Pontificis germen, quo Vercellẽſi poſteà Epiſcopo, fides Catholica in Oriente propemodum extincta, lętiore propagine reuiuiſceret. Cùm autem Euſebius vna Ordinatione menſe Decembri, Presbyteros tresdecim, Diaconos tres, Epiſcópos quatuordecim per diuerſa loca creaſſet, beato fine quieuit, ſepultúſque eſt in Cœmeterio Calixti via Appia, ſexto Nonas Octobris, ſub Conſtantino Imperatore. Rexit Eccleſiam annos duos, menſes octo, dies ſexdecim.

℟. InuéniDauid ſeruũ meũ, oleo ſancto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius

ini-

iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Sermo S. Ambroſij Epiſcopi.

De S. Euſeb. 70. 6. edit. Romanę.

Lectio v.

DEpoſitionem ſancti Euſebij hodie celebramus. Quid eſt depoſitio? Non illa vtique, quæ, ſepeliendis in terra membrorum reliquijs, clericorum manibus procuratur, ſed illa, qua homo vinculis carnalibus abſolutus, liber itúrus ad cęlum, terrenum corpus exponit. Ipſa planè eſt depoſitio, in qua concupiſcere abijcimus, ceſſamus delinquere, peccare deſinimus, & totum quicquid ſaluti eſt graue, quaſi abiecta ſarcina oneris exponimus. Nam ideò hæc dies pro celebritate maxima procuratur, quia verè eſt ſumma feſtiuitas, mortuum eſſe vitijs, ſoli vigere iuſtitię.

℟. Poſui adiutorium ſuper potentē, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Inuèni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum. Manus enim mea.

Lectio vj.

VNdè & depoſitionis ipſa dies natalis dicitur, quod delictorum carcere liberati, libertati naſcimur Saluatoris. Sed videamus, ſanctus Euſebius, cum qua gloria ad hanc diem depoſitionis aduenerit. Volare non poteſt, niſi quod purum, leue, atq; ſubtile eſt, cuius nec ſinceritatis intemperantia retardatur, nec

alacritas, nec velocitas mole grauatur: grauari autem volatũ dico, non tàm mole mẽbrorum, quàm pondere delictorum. Vnde puto etiã in ipſis auibus ideò velociùs columbam penè præ omnibus volitare, quòd alacritatem, & innocẽtiam comitetur. Volauit ergo hac die ſanctus Euſebius: Æſtimemus iam eius innocentiam de volatu, & puritatem eius de ipſa elatione iudicemus. Tamquam columba enim in domo Dei degens, aſſumpſit ſpiritales pennas, & requieuit in monte.

℟. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum.

℣. Iſte eſt, qui contempſit vitã mundi, & peruénit ad cęleſtia regna. Ipſe. Gloria. Ipſe.

In iij. Noct. Homil ſuper Euangel. Homo peregrè &c. de comm Conf. Pontif.

In ij. Veſp. à Cap. de S. Frãciſco Aſſiſien. Cõf.

Ad Magnif. Antiph. Similabo eum viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram. Oratio

DEvs, qui Eccleſiã tuam beati Franciſci meritis, fœtu nouæ prolis amplificas: tribue nobis, ex eius imitatione terrena deſpicere, & cæleſtium donorum ſemper participatione gaudere. Per Dominum, &c.

Deindè fit commem. S. Euſebij.

Aña. Dum eſſet ſummus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæ-

leſtia regna glorioſus migrauit .

℣. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas .

℟. Et oſtendit illi regnum Dei .

Oratio . Da quæſumus &c. vt ſupra .

DIE VII. OCTOBRIS

In Feſto S. Marci Papæ, & Conf.

Dupl.

Veſp. de S. Brunone ; à Cap. fit de S. Marco

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo , ora pro nobis Dñm.

Oratio.

Exaudi Dñe preces noſtras, & interueniẽte beato Marco cõfeſſore tuo, atque Pontifice , indulgentiam nobis tribue placatus, & pacem . Per Dñm .

Deinde fit commem. S. Brunonis .

Antiph. Hic vir deſpiciens mundum , & terrena triumphans , diuitias cælo condidit ore, manu .

℣. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas .

℟. Et oſtendit illi regnum Dei . Oratio

Sancti Brunonis cõfeſſoris tui , quæſumus Domine, interceſſionibus adiuuemur : vt qui maieſtatem tuã grauiter delinquendo offendimus , eius meritis , & precibus noſtrorum delictorũ veniam conſequamur .

Poſteà fit comm. SS Sergij , Bacchi , Marcelli, & Apuleij MM.

Aña. Iſtorum eſt enim regnum cælorum , qui contempſerunt vitam mundi; & peruenerunt ad pręmia regni, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni .

℣ Lętamini in Domino, & exultate iuſti .

℞. Et gloriamini omnes recti corde. Orat.

SAnctorum martyrũ tuorum nos Domine, Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuléij, beata merita proſequantur: & tuo ſemper faciant amore feruentes. Per.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

MArcus Romanus, Conſtantino Magno Imperatore Pontifex, inſtituit, vt Epiſcopus Oſtienſis, à quo Romanus Pontifex cõſecratur, pallio vteretur. Duas Romæ Baſilicas ædificauit, alteram in Vrbe, alterã via Ardeatina: quas Conſtantinus auctas, magnis muneribus exornauit. Vixit in Pontificatu menſes octo, ſepultúſque eſt in Cœmeterio Balbinæ.

℞. Inueni Dauid ſeruũ meum, oleo ſancto meo vnxi eũ: * Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Serm. S. Gregorij Papę 2. par. paſtor. c. 1.

Lectio v.

TAntùm debet actionem populi actio tranſcendere Præſulis: quantùm diſtare ſolet à grege vita paſtoris. Oportet namque, vt metiri ſe ſolicitè ſtudeat, quanta tenendæ rectitudinis neceſſitate conſtringitur, ſub cuius æſtimatione, populus grex vocatur. Sit ergo (neceſſe eſt) cogitatione mundus, actione præcipuus, diſcretus in ſilentio, vtilis in verbo, ſingulis compaſſione proximus, præ cunctis

contẽplatione ſuſpenſus, benè agentibus per humilitatẽ ſocius, contra delinquentium vitia per zelum iuſtitię erectus, internorum curam in exteriorum occupatione non minuens, exteriorũ prouidentiam in interiorum ſolicitudine non relinquens.

℟. Poſui adiutorium ſuper potentẽ, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.
℣. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum. Manus.

Lectio vj.

Conſiderandũm quoque eſt, quia cùm curam populi electus Præſul ſuſcipit, quaſi ad ægrum Medicus accedit. Si ergò adhuc in eius corpore paſſiones viuunt, qua præſumptione percuſſum mederi properat, qui in facie vulnus portat? Ille igitur modis omnibus debet ad exẽplum benè viuẽdi pertrahi, qui cunctis carnis paſſionibus moriens, iam ſpiritualiter viuit; qui proſpera mundi poſtponit; qui nulla aduerſa pertimeſcit; qui ſola interna deſiderat. Cuius intentioni benè congruens, nec omninò per imbecillitatẽ corpus, nec valdè per cõtumaciã repugnat ſpiritus; qui ad aliena cupienda non ducitur, ſed propria largitur.

℟. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum.
℣. Iſte eſt, qui contempſit vitam mundi,

& peruénit ad cæleſtia regna. Ipſe. Gloria Patri. Ipſe.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euang. Vigilate, quia neſcitis. de commu. Conf. Pont.

In Laud. fit commem. SS. Sergij, &c. MM.

Aña. Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt: nolite timere, multis paſſeribus meliores eſtis vos.

℣. Exultabunt ſancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis.

Oratio. Sanctorum martyrum, &c. vt ſup.

In ij. Veſp. Ad Magn. Antiph. Dum eſſet ſũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cęleſtia regna glorioſus migrauit.

Orat. Exaudi Domine &c. vt ſupra.

Deindè fit commem. S. Birgittæ Viduæ.

Aña. Simile eſt regnum cœlorum homini negociatori quęrenti bonas margaritas: inuenta vna pretioſa, dedit omnia ſua, & comparauit eam.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua.

℟. Intende, proſpere procede, & regna.

Oratio.

Domine Deus noſter, qui beatæ Birgittę per filium tuũ Vnigenitum ſecreta cęleſtia reuelaſti: ipſius pia interceſſione da nobis famulis tuis, in reuelatione ſempiternæ gloriæ tuæ gaudere lætantes. Per eũdem.

DIE IX. OCTOBRIS.

In Feſto S. Dionyſij Epiſc. & Mart. Duplex.

Veſp. de S. Dionyſio. Ad Magnif. Antiph.

Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certauit vſque

ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat ſupra firmam petram. Oratio.

DEvs, qui hodierna die beatum Dionyſium martyrem tuum, atque Pontificem, virtute conſtantiæ in paſſione roboraſti; tribue nobis, quęſumus, eius imitatione pro amore tuo proſpera mundi deſpicere, & nulla eius aduerſa formidare. Per.

Deindè fit commem. S. Birgittę.

Antiph. Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem, & panem otioſa non comédit.

℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.

℟. Propterea benedixit te Deus in ęternum.

Orat. Domine Deus noſter &c. vt ſupra.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

DIonyſius Atheníenſis, vnus ex Areopagitis iudicibus vir fuit omni doctrinę genere inſtructus. Qui cum adhùc in Gentilitatis errore verſaretur, eo die, quo Chriſtus Dominus cruci affixus eſt, ſolem præter naturam defeciſſe animaduertens, exclamaſſe traditur. Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina diſſoluetur. Sed cum Paulus Apoſtolus veniens Athénas, & in Areopágum ductus, rationem reddidiſſet eius doctrinæ, quam prædicabat, affirmans Chriſtum Dominum reſurrexiſſe & mortuos omnes in vitam redituros eſſe; cum alij multi, tùm

ipſe Dionyſius in Chriſtum credidit.

℟. Honeſtum fecit illũ Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

℣. Deſcenditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Lectio v.

Itaque, & baptizatus eſt ab Apoſtolo, & Athenienſium Eccleſiæ prefectus. Qui cum poſteà Romam veniſſet, à Clemente Pontifice miſſus eſt in Galliam prædicandi Euangelij cauſa. Quẽ Lutetiam vſque Pariſiorum Ruſticus Presbyter, & Eleutherius Diaconus proſecuti ſunt: vbi à Feſcennio Prefecto, quod multos ad Chriſtianam religionem conuertiſſet, ipſe cum ſocijs virgis cæſus eſt: cumque in prædicatione Chriſtianę fidei conſtantiſſimè perſeueraret, in craticulã ſubiecto igne inijcitur, multiſque pretereà ſupplicijs vnà cum ſocijs cruciatur.

℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: * Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Et voluntate.

Lectio vj.

Sed ea tormentorũ genera, omnibus forti, ac libenti animo perferentibus, Dionyſius annum agens ſupra centeſimum, cum reliquis ſecúri percúti tur, ſeptimo Idus Octobris. De quo illud me-

moriæ proditum eſt, abſciſſum ſuum Caput ſuſtuliſſe, & progreſſum ad duo millia paſ. ſuum in manibus geſtaſſe. Libros ſcripſit admirabiles, ac planè cœleſtes, de diuinis nominibus, de cœleſti & Eccleſiaſtica Hierarchía, de myſtica Theologia, & alios quoſdam. Beati verò Dionyſij humerus in Oratorium ad Sancta Sanctorum delatus, ibidem ſeruatur, & colitur.

℞. Stola iucunditatis induit eum Dominus:* Et coronã pulchritudinis poſuit ſuper caput eius.

℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus: & aqua ſapientíæ ſalutaris potauit illum. Et coronam. Gloria Patri. Et coronam.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euangel. Si quis venit ad me. de commu. vnius Mart.

In ij. Veſp. Ad Magn. Antiph. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuã, & ſequatur me.

Oratio. Deus, qui hodierna die &c. vt ſup.

Deindè fit commem. SS. Ruſtici, & Eleutherij Martyr.

Añа. Iſtorum eſt enim regnum cœlorum, qui contempſerunt vitam mundi, & peruenerunt ad præmia regni, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

℣. Lætamini in Domino, & exultate iuſti.

℞. Et gloriamini omnes recti corde.

Oratio.

DEvs, qui nos concedis ſanctorum martyrum tuorum Ruſtici, & Eleutherij na-

talitia colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum ſocietate gaudere. Per.

DIE X. OCTOBRIS.

In Feſto SS. Ruſtici, & Eleutherij Martyr. Semid.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Sermo Sancti Auguſtini Epiſcopi.

Serm. 47. de Sanctis.

Lectio iv.

QVotieſcumque fratres chariſſimi, ſanctorum martyrum ſolemnia celebramus, ità, ipſis intercedentibus, expectemus à Domino conſequi tēporalia beneficia: vt ipſos martyres imitādo, accipere mereamur æterna. Ab ipſis enim, Sanctorum martyrum in veritate feſtiuitatum gaudia celebrantur, qui ipſorum martyrum exempla ſequuntur. Solemnitates enim martyrum, exhortationes ſūt martyriorum: vt imitari non pigeat, quod celebrare delectat.

℟. Sancti tui Domine mirabile conſecuti sūt iter, ſeruientes præceptis tuis, vt inuenirentur illæſi in aquis validis: * Terra apparuit arida: & in mari rubro via ſinè impedimentó.

℣. Quoniam percuſſit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. Terra.

Lectio v.

SEd nos volumus gaudere cum ſanctis: & tribulationem mundi nolumus ſuſtinere cum ipſis. Qui enim ſanctos martyres in quantum potuerit, imitari noluerit: ad eorum beatitudinem

non

non poterit peruenire. Sed & Paulus Apoſtolus prædicat, dicens; ſi fuerimus ſocij paſſionum, erimus & conſolationum. Et Dominus in Euangelio: Si mundus vos odit; ſcitote quia me priorem vobis odio habuit. Recuſat eſſe in corpore, qui odium non vult ſuſtinere cum capite.

℟. Verbera carnificũ non timuerunt ſancti Dei, morientes pro Christi nomine: * Vt heredes fierent in domo Domini.

℣. Tradiderunt corpora ſua propter Deũ ad ſupplicia. Vt hæredes.

Lectio vj.

Sed dicit aliquis: Et quis eſt, qui poſſit beatorum martyrũ veſtigia ſequi? Huic ego reſpondeo, quia non ſolum martyres, ſed etiam ipſum Dominum cum ipſius adiutorio, ſi volumus, poſſumus imitari. Audi non me, ſed ipſum Dominum generi humano clamántem: Diſcite à me, quia mitis ſũ & humilis corde. Audi, & Petrum Apoſtolum admonentem: Chriſtus paſſus eſt prò nobis, relinquens nobis exemplum, vt ſequamur veſtigia eius.

℟. Tamquam aurum in fornace probauit electos Dominus, & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos; & in tempore erit reſpectus illorum: * Quoniam donum, & pax eſt electis Dei.

℣. Qui confidunt in illum, intelligent veritatem; & fideles in dilectione acquieſcent illi. Quoniam. Gloria Patri. Quoniam.

In iij. Noct. Homil.

ſuper Euang. Attendite à fermento &c. vt in Breu. die 9. curren.

In ij. Veſp. Ad Magn. Antiph. Gaudent in cęlis animæ ſanctorũ, qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti: & quia pro eius amore ſanguinem ſuum fuderunt, ideò cum Chiſto exultant ſine fine.

Orat. Deus, qui nos concedis &c. vt ſupra.

Eadem die occurrit Feſtũ S. Franciſci Borgię Confeſſ. poſtremò de pręcepto demandatum ſub ritu Semidup. transferendum in primam diem non impeditam; iuxtà regulas Rubricarum.

Quod Feſtum, ſi celebretur die 11. In ij. Veſp. SS. MM. Ruſtici, &c. à Capit. fit de S. Franciſco Borgia.

Ad Magnif. Antiph. Similabo eum viro ſapienti, qui ędificauit domum ſuam ſupra petram. Oratio.

Domine Ieſu Chriſte, verę humilitatis & exemplar, et pręmium; quęſumus, vt ſicut beatum Franciſcum in terreni honoris contemptu imitatorem tui glorioſum effeciſti, ita nos eiuſdem imitationis, et glorię tribuas eſſe conſortes. Qui viuis, &c.

Deindè fit commem. SS. Ruſtici &c. MM.

Antiph. Gaudent in cęlis &c. vt ſupra.

℣. Exultabunt ſancti in gloria.

℟. Lętabuntur in cubilibus ſuis.

Oratio. Deus, qui nos concedis &c. vt ſupra.

DIE XI. OCTOBRIS. ſiuè alia non imped.

In Feſto S. Franciſci Borgię Conf. Semid.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

FRanciſcus Gandíę Dux Quartus Ioanne Borgia, & Ioanna Aragonia Ferdinandi Catholici nepte genitus, poſt puerilem ætatem inter domeſticos mira innocētia, & pietate tranſactam, in aula primū Caroli Quinti Cęſaris, mox in Catalauniæ adminiſtratione admirabilior fuit chriſtianæ virtutis, & vitæ auſterioris exemplis. Ad Granatenſe ſepulchrum Iſabellam Imperatricē cum detuliſſet, in eius vultu fędè cōmutato, mortalium omnium caducitatem relegens, voto ſe adſtrinxit, rebus omnibus, cum primum liceret abiectis, Regum Regi vnicè inſeruiēdi. Inde tantum virtutis incrementum fecit, vt inter negociorum turbas religioſæ perfectionis ſimillimā imaginem referens, miraculum Principum appellaretur.

℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatē æternam.

℣. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

MOrtua Eleonora de Caſtro coniuge, ingreſſus eſt Societatem Ieſu, vt in ea lateret ſecuriùs, & præcluderet dignitatibus aditum, interpoſita voti religione: dignus, quem & viri Principes complures in amplec-

ctendo ſeueriori inſtituto fuerint ſequuti, & Carolus Quintus ipſe in abdicando Imperio hortatorem ſibi, aut ducem extitiſſe non diffiteretur. In eo arctioris vitę ſtudio Frãciſcus, ieiunijs, catenis ferreis, aſperrimo cilicio, cruentis longiſq; verberationibus, ſomno breuiſſimo, corpus ad extremam vſq; maciem redegit; nullis prætereà parcens laboribus ad ſui victoriam, & ad ſalutem animarum. Tot itaque inſtructus virtutibus, à ſãcto Ignatio primùm Generalis Commiſſarius in Hiſpanijs, nec multò poſt Prępoſitus Generalis Tertius, à Societate vniuerſa, licèt inuitus, eligitur. Quo in munere Principibus, ac Summis Pontificibus prudentia, ac morum ſanctitatè apprimè charus, pręter complura vel condita, vel aucta vbique domicilia, Socios in Regnum Polonię, in Inſulas Oceani, in Mexicanam, & Peruanam Prouincias, inuexit; miſſis quoque in alias regiones Apoſtolicis viris, qui prędicatione, ſudoribus, ſanguine, fidem Catholicam Romanã propagarũt.

℟. Amauit eũ Dominus, & ornauit eum, ſtolam glorię induit eum: * Et ad portas paradiſi coronauit eũ. ℣. Induit eum Dominus loricam fidei, & ornauit eum. Et ad.

Lectio vj.

De ſe ita demiſſè ſentiebat, vt peccatoris nomẽ ſibi proprium faceret; Romanam purpuram à Summis Põtificibus ſępiùs

oblatam, inuicta humilitatis conſtantia recuſauit. Verrére ſordes, emendicare victũ oſtiátim, ęgris miniſtrare in Noſocomijs, mundi, ac ſui contemptor, in delicijs habuit. Singulis diebus multas continenter horas, frequenter octo, quandoque decẽ dabat cęleſtium contemplationi. Centies quotidie de genu Deum adorabat. Nunquam à ſacrificando abſtinuit: prodebatque ſeſe diuinus, quo ęſtuabat, ardor; eius vultu ſacram Hoſtiam offerentis, aut concionantis interdum radiante. Sãctiſſimum Chriſti Corpus in Euchariſtia latens, vbi aſſeruaretur, inſtinctu cęleſti ſentiebat. Cardinali Alexãdrino ad coniungẽdos contra Turcam Chriſtianos Principes Legáto, comes additus à beato Pio Quinto, arduum iter, fractis iam penè viribus, ſuſcepit ex obedientia, in qua & vitæ curſum Romę, vt optarat, feliciter conſummauit, anno ętatis ſuę ſexageſimo ſecundo, ſalutis verò milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecũdo. A Sancta Thereſia, quę eius vtebatur conſilijs, vir Sanctus, à Gregorio Decimotertio fidelis adminiſter appellatus. Demũ à Clemente X. pluribus, magniſque clarus miraculis, in Sanctorũ numerum adſcriptus.

℞. Iſte homo perfecit omnia, quę locutus eſt ei Deus, & dixit ad eũ: Ingredere in requiem meam: * Quia te vidi iuſtum coram me ex omnibus gentibus.

℣. Iſte

℣. Iſte eſt, qui contempſit vitam mundi, & peruénit ad cęleſtia regna. Quia te. Gloria Patri. Quia te.

In iij. Noct. Homil. Ecce nos reliquimus omnia: vt in Comm. Abbat. Confeſſ. non Pontific.

DIE XIV. OCTOBRIS.

In Feſto Sancti Calixti Papę, & M. Dupl.

Veſp. de S. Calixto.

Ad Magnif. Antiph.

Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat ſupra firmam petram.

Oratio.

DEvs, qui nos conſpicis ex noſtra infirmitate deficere; ad amorem tuum nos miſericorditer, per sãctorum tuorum exempla reſtaura. Per Dñm.

Deindè fit commem. S. Eduardi Conf.

Aña. Hic vir deſpiciẽs mundum, & terrena triumphans, diuitias cœlo condidit ore, manu.

℣. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et oſtendit illi regnum Dei. Oratio.

DEvs, qui beatum Regem Eduardum confeſſorem tuũ æternitatis gloria coronaſti; fac nos quęſumus ità eum venerari in terris, vt cum eo regnare poſſimus in cœlis. Per Dominum.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

CAlixtus Romanus pręfuit Eccleſiæ, Antonino Eliogabalo Imperatore. Conſtituit Quatuor anni Tẽpora, quibus ieiunium,

ex Apoſtolica tradi-
tione acceptum, ab
onmibus ſeruaretur.
Ædificauit Baſilicam
Sanctæ Mariæ Trans-
tyberim, & in via Ap-
pia vetus Cœmeteriũ,
in quo multi ſancti Sa-
cerdotes, & Martyres
ſepulti sũt, ampliauit;
vndè ab eo Calixti cę-
meterium appellatur.
℟. Honeſtum fecit il-
lum Dominus, & cu-
ſtodiuit eum ab inimi-
cis, & à ſeductoribus
tutauit illum: * Et de-
dit illi claritatem æter-
nam.
℣. Deſcenditque cum
illo in foueam: & in
vinculis non dereli-
quit eum. Et dedit.

Lectio v.

Eiuſdem pietatis fuit, quod beati Calepodij Presbyteri, & martyris corpus, iactatum in Tyberim, conquiri diligenter curauit, & inuentum honorificè ſepeliuit. Palmatium Conſulari, ſimplicium Senatoria dignitate illuſtres, Felicem, & Blandam, qui deindè omnes martyrium ſubiére, cùm baptiſmo luſtraſſet; miſſus eſt in carcerem, vbi priuatum militem vlceribus plenum, admirabiliter ſanitati reſtitutum, Chriſto adiunxit; pro quo idem, recens adhuc à fide ſuſcepta, plumbatis vſque ad mortem cæſus, occubuit.

℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: * Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis; poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Et volũtate.

Lectio vj.

SEdit Calixtus annos quinque, menſem vnum, dies duodecim. Ordinationibus quinque menſe Decembri, creauit Presbyteros ſexdecim Diaconos quatuor, Epiſcopos octo. Poſt longam famem, crebraſq; verberationes, præceps actus in puteum, atque ita martyrio coronatus ſub Alexandro Imperatore, illatus eſt in cęmeterium Calepódij, via Aurelia, tertio ab Vrbe lapide, pridiè Idus Octobris. Eius poſtmodum corpus in Baſilicam S.Marię Transtyberim, ab ipſo ædificatam delatum, ſub Ara maiori, maxima veneratione colitur.

℟. Stola iucunditatis induit eum Dominus; Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius.

℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et coronam. Gloria Patri. Et.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euangel. Nihil eſt opertum &c. vt in Breuiario, hac die.

In ij. Veſp. à Cap. de S. Thereſia virg.

Ad Magnif. Antiph. Veni ſponſa Chriſti, accipe coronã, quam tibi Dñs pręparauit in ęternum. Oratio.

EXaudi nos Deus ſalutaris noſter, vt ſicut de beatæ Thereſiæ virginis tuę feſtiuitate gaudemus: ità cæleſtis eius doctrinæ pabulo nutriamur, & pię deuotionis erudiamur affectu. Per Dñm.

Deindè fit commem. S. Calixti.

Antiph. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

℣. Iuſtus, vt palma florebit.

℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Orat. Deus, qui nos conſpicis &c. vt ſup.

DIE XXV. OCTOBRIS.

In Feſto SS. Chryſanthi, & Dariæ MM. Dupl.

Veſperę de SS. Chryſantho &c.

Ad Magnif. Antiph. Iſtorum eſt enim regnū cęlorū, qui contēpſerunt vitam mūdi, & peruenerūt ad prēmia regni, & lauerūt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

Oratio.

Beatorum martyrum tuorum Domine, Chryſanthi, & Dariæ, quæſumus, adſit nobis oratio: vt quos veneramur obſequio, eorum pium iugiter experiamur auxilium. Per Dominū.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Chryſantus Alexandrinus, vnà cum patre Polemio viro illuſtri ex ordine Senatorio, Romam venit, vbi diuino Spiritu ad veri Numinis cognitionem adductus, Dariam ſponſam, quā ei pater, vt à Chriſti fide reuocaretur, poſt diriſſimum carcerem deſponſauerat, feliciter conuertit ad fidem. Mirum eſt, quanta prius ab impio patre, & à Dœmonibus tentamenta pertulerit, ſed inuictus Chriſti Athlétę animus, adeò ſe fortiter geſſit, omneſque artes, & aduerſario-

rum vires elùſit, vt omnibus eſſet admirationi, & exemplo.

℟. Sancti tui Domine mirabile conſecuti sūt iter, ſeruientes præceptis tuis, vt inuenirentur illæſi in aquis validis: *Terra apparuit arida, & in mari rubro via ſine impedimento.

℣. Quoniam percuſſit petram,& fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. Terra.

Lectio v.

Qvamobrem Romę innumerabilem hominum multitudinem, hæc mulierū ille virorum, ad Chriſtum conuertérunt. Eos igitur Celerínus Præfectus, comprehenſos tradidit Claudio Tribuno, qui iuſſit, à militibus Chryſantum vinctum acerrimis cruciatibus torquéri, ſed vincula omnia reſoluta ſunt, & compedes, in quos coniectus fuerat, confracti.

℟. Verbera carnificū non timuerunt ſancti Dei, morientes pro Chriſtinomine:*Vt hęredes fierent in domo Domini.

℣. Tradiderunt corpora ſua propter Deū ad ſupplicia. Vt.

Lectio vj.

Deindè bouis corio incluſum in ardentiſſimo ſole conſtituunt; tum pedibus, ac manibus catena conſtrictis, in obſcurū carcerem detrúdunt; vbi,ſolutis catenis,clariſſima lux locum illuſtrauit, Daría verò in Lupanar detrùſa, à leone, qui è cauea fugerat, nè quis ad eā accederet, diuinitus defenſa eſt. Denique

in Arenaria, quæ eſt via Salaria, ambo effoſſa terra in foueam coniecti, & lapidibus obruti, parem martyrij coronam adepti ſunt.

℟. Tamquam aurum in fornace probauit electos Dominus: & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos, & in tempore erit reſpectus illorum: * Quoniam donum, & pax eſt electis Dei.

℣. Qui confidunt in illum, intelligent veritatem, & fideles in dilectione acquieſcẽt illi. Quoniam donum. Gloria. Quoniam.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Lucã.

Lectio vij. c. 11.

IN illo tempore: Dicebat Ieſus Scribis, & Phariſæis: Væ, vobis, qui ædificatis monumenta Prophetarum, Patres autem veſtri occiderunt illos. Et reliqua.

Homilia Venerabilis Bedæ Presbyteri.

Comment. in Luc. 11. propè fin.

NOn monumenta Prophetarum ornare, ſed interfectores Prophetarum imitari, ſceleris eſt. Iudæi ergo Prophetarum monumenta ædificando, Patrum ſuorum facta, qui hos occiderunt, arguebant; ſed paterna facinora æmulando, dum Chriſtum, Apoſtoloſque illius inſequuntur, in ſeipſos ſententiam retorquebant, eadem videlicet ipſi, quæ in parentibus damnabant, agentes. Propterea, & Sapientia Dei dixit, mittam ad illos Prophetas, & Apoſtolos, & ex illis occident, & perſe-

quentur. Sapientiam Dei ſeipſum dicit, ipſe eſt enim Dei virtus, & Dei ſapientia, ſicut Apoſtolus docet.

℟. Propter teſtamentum Domini, & leges paternas, ſancti Dei perſtiterunt in amore fraternitatis: * Quia vnus fuit ſemper ſpiritus in eis, & vna fides.

℣. Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Quia.

Lectio viij.

VT inquiratur ſanguis omnium Prophetarum, qui effuſus eſt à conſtitutione mundi à generatione iſta. Quærimus, quomodo ſanguis omnium Prophetarum, atque iuſtorum, ab vna Iudæorum generatione requiratur, cum & multi ſanctorum, ſiue ante Incarnationem, ſeu poſt mortem, reſurrectionemque Saluatoris, ab alijs ſint nationibus interempti, & ipſe Dominus, Iudæis licet adclamãtibus, à Romano tamen Præſide, Romaniſq; ſit militibus crucifixus? Sed moris eſt Scripturarum, duas ſępè generationes hominum, bonorum ſcilicet, malorumque computare: hoc eſt eorum, qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt; & eorũ quibus dicitur: Vos ex patre diabolo eſtis. Et alibi. Serpentes, generatio viperarum.

℟. Sancti mei, qui in carne poſiti, certamen habuiſtis: * Mercedem laboris ego reddam vobis.

℣. Venite benedicti

Patris mei, percipite regnum. Mercedem. Gloria. Mercedem.

Lectio ix.

A Sanguine Abel vſque ad ſanguinem Zachariæ, qui perijt inter altare,& ędē. Quare à ſāguine Abel? Qui primùm martyrium paſſus eſt,mirum non eſt. Sed quare vſque ad ſanguinem Zachariæ? Quærendū eſt. Cum multi & multi poſt eum vſque ad natiuitatem Chriſti, & ipſo mòx nato, Innocentes in Bethlehem pueri ſint ab hac generatione perempti. Niſi fortè,quia Abel paſtor ouium, Zacharías Sacerdos fuit, & hic in campo, ille in atrio Templi necatus eſt: vtriuſque gradus martyres; & laici ſcilicet, & altaris oficio mancipati, ſub eorum voluit intimare vocabulo. Te Deum.

In ij. Veſp. à Cap. de S. Euariſto Papa, & Martyre.

Ad Magnif. Antiph. Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem,& à verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat ſupra firmam petram.

Oratio.

INfirmitatem noſtrā reſpice omnipotēs Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat,beati Euariſti martyris tui, atque Pontificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per Dominum.

Deindè fit commem. SS. Chryſanthi &c.

Antiph. Gaudent in cælis animæ ſanctorū, qui Chriſti veſtigia sūt ſecuti, & quia pro eius amore ſanguinem ſuū fuderunt, ideò cum

Chri-

Chriſto exultant ſine fine.

℣. Exultabunt ſancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis.

Orat. Beatorum martyrum &c. vt ſupra.

DIE XX VI. OCTOBRIS.

In Feſto S. Euariſti Papæ, & Mart. Dupl.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Evariſtus Græcus natione, patre Iudæo genitus, Chriſtianæ pietatis ſtudioſiſſimus Traiano Imperatore ad Cathedram Petri promotus eſt, ſeditque in ea annos nouem, menſes tres. Fecit Ordinationes quatuor, menſe Decembri ac creauit Presbyteros decem & ſeptem, Diaconos duos, Epiſcopos per diuerſa loca quindecim.

℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

℣. Deſcenditque cum illo in foueam: & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Lectio v.

Eccleſiarum Titulos, Vrbis Romæ Presbyteris, eum diuiſiſſe legimus, vt vnuſquiſque ſuæ Paræciæ terminis, ac limitibus diſtingueretur; & mãdaſſe, vt Altaria, in quibus ſacra fiunt, extructa ex lapide, benedicerentur: Vt ſeptem Diaconi Epiſcopũ cuſtodirent, ipſique adeſſent, dum prædicationis Euãgelicæ officio, et miniſterio fungitur,

quaſi traditæ ab illo doctrinæ teſtes.

℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: * Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis; poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Et volũtate.

Lectio vj.

Conſtituit etiam ex traditione Apoſtolica, vt Matrimonium publicè celebretur, & Sacerdotis benedictio adhibeatur. His, alijſque ſalutaribus, vtilibuſque conſtitutionibus edendis Pontificatus ſui tẽpus tranſégit; non tamen illud omiſit, vt ſimulacrorum cultum ex animis hominum auelleret; qua in re, cùm ſtrenuè laboraſſet, martyrio coronatus eſt, ac ſepultus propè ſepulchrum Principis Apoſtolorum in Vaticano, ſeptimo Kalendas Nouembris.

℟. Stola iucunditatis induit eum Dominus: * Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius.

℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus: & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et coronã: Gloria. Et coronam.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euangel. Si quis venit ad me. de commu. vnius Mart.

In ij. Veſp. à Cap. de S. Bonifacio Papa, & Confeſſore.

In Hymno mutatur verſus.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo,

ora pro nobis Dominum. Oratio.

Da quæſumus omnipotens Deus: vt beati Bonifacij confeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolẽnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominum.

Deindè fit commem. S. Euariſti.

Antiph. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

℣. Iuſtus vt palma florebit.

℞. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Orati. Infirmitatem noſtram &c. vt ſupra.

DIE XXVII. OCTOBRIS.

In Feſto S. Bonifacij Papæ, & Confeſſ.

Duplex.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Bonifacius Romanus, patre Iocundo Presbytero, poſt beatum Zoſimum humanis rebus exemptũ, Romanæ Eccleſiæ Epiſcopatum adeptus eſt. Is, annoſus Presbyter, ac in lege doctiſſimus, boniſque moribus cõprobatus, inuitus, ac reluctans, totius populi acclamatione, ac Vrbis Optimatum conſenſu, ac ſeptuaginta Presbyteris, nouemq; diuerſarum Prouinciarum Epiſcopis, diuinę inſtitutionis ordine ſeruato, conſecratus eſt in Baſilica Iulij, quo tempore Eulalius Archidiaconus, Diacónibus circumuentis, pauciſſimiſque de Clero, ac multitudine turbatę plebis, in locum ſibi non debitum, per

am-

ambitum proruens, ordinatur in noſtra Conſtantiniana Baſilica. Eo in Schiſmate Bonifacius legitimus Pontifex, vehementer depreſſus, coactus eſt beati Petri Baſilicam deſerere, & vnà cum ſuis ad beati Pauli ſecedere. Delata mòx cauſa ad Epiſcoporum Concilium, cum Patres inter ſe diffidérent pleniori ſynodo res tota ſeruatur, iuſſis intereà Honorij, Auguſti opera, tùm Bonifacio, tùm Eulalio, ab Vrbe diſcedere. Quare hic Antium, ſanctæ Felicitatis Baſilicam ille petijt.

℟. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

Sed cum Eulalius ſe in Vrbem intruſiſſet, ocaſionemque præbuiſſet publicę ſeditionis; Honorius ea re commotus, Eulalium Vrbe pellendum, Bonifacium verò in eam inducendum reſcripſit quod frequenti Epiſcoporum ſynodo, confirmatum fuit. Itaque Bonifacius regreſſus, ſolicita cura conatus eſt cunctos in mutuam reſtituere concordiā, cui, & in futurum conſuluit, ne poſt obitum ſuum grauiori ſciſſura diſtraheretur Eccleſia. Pijſſimorum autem Imperatorum deuotione gaudebat, & cōtra inimicos gratiæ Dei, non ſolum Apoſtolicis, ſed etiam Regijs vtebatur edictis;

& licet ipſe doctiſſimus eſſet, aduerſus libros tamen Pelagianorum, beati Auguſtini Epiſcopi reſponſa poſcebat; cui, & Auguſtinus tantúm detulit, vt ei ſua ſcripta non tàm ediſcenda, quam examinanda, & emendanda direxerit.

℟. Poſui adiutorium ſuper potentẽ, & exaltaui electum de plebe mea: *Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Inuèni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum. Manus enim mea.

Lectio vj.

Patroclum Arelatenſem Epiſcopum alienę Metropolis iura inuadentem, repreſſit; datiſque literis ad Hilarium Narbonenſem Epiſcopum, iuſſit, vt iure Metropolitani, & Apoſtolicæ Sedis præceptione, ad peruaſum locum accederet, agẽdaque videret,& Apoſtolicæ Sedi cuncta referret. Conſtituit, ne mulier, vel Monacha ſacrata pallia contingeret, aut lauaret; neue quis incenſum in Eccleſia poneret, niſi miniſter eſſet. Seruum, vel curię, vel rei cuiuslibet obnoxium, Clericum fieri vetuit. Fecit Oratorium in Cœmeterio ſanctæ Felicitatis martyris, iuxtà corpus eius, cuius, itemque ſancti Syluani ſepulchrum ornauit, pluribus donis oblatis. Denique fama celeberrimus, & gratia Dei plenus, eiuſdemgloriam adeptus eſt, Honorio, & Theodoſio Principibus, ſepultuſque in Cœmeterio ſanctæ Felicitatis via Salaria, octauo Kalendas Decem-

cem-

cembris. Semel menſe Decembri creauit Presbyteros treſdecim Diaconos tres, Epiſcopos per diuerſa loca ſex ſupra triginta. Pōtificatum tenuit annos quinque minus duobus menſibus, & tribus diebus.

℟. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum. ℣. Iſte eſt, qui contempſit vitā mundi, & peruénit ad cęleſtia regna. Ipſe. Gloria. Ipſe.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio ſācti Euangelij ſecundùm Matthęū.

Lectio vij. c. 25.

IN illo tempore: dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Homo peregrè proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Et reliqua.

Homilia ſancti Gregorij Papę.

Hom. 9. in Euang.

LEctio ſancti Euangelij, fratres chariſſimi, ſolicitè conſiderare nos admonet, ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo, accepiſſe aliquid cernimur ab auctore mundi, grauiùs inde iudicemur. Cum enim augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum. Tantò ergò eſſe humilior, atque ad ſeruiendum Deo promptior quiſque debet ex munere, quātò ſe obligatiorem eſſe conſpicit in reddenda ratione. Ecce homo, qui peregrè proficiſcitur, ſeruos ſuos vocat, eiſque ad negocium talenta partitur. Poſt multum verò tempo-

ris,poſiturus rationem reuertitur. Benè operantes pro apportato lucro remunerat, ſeruum verò à bono opere torpentem damnat.

℟. Amauit eum Dominus,& ornauit eum, ſtolam gloriæ induit eum: * Et ad portas paradiſi coronauit eũ.

℣. Induit eum Dominus loricam fidei, & ornauit eum. Et ad portas paradiſi.

Lectio viij.

Quis itaque iſte homo eſt,qui peregrè proficiſcitur,niſi Redemptor noſter,qui in ea carne, quam aſſumpſerat, abijt in cælum? Carnis enim locus proprius terra eſt, quæ quaſi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem noſtrũ in cęlo collocatur. Sed homo iſte peregrè proficiſcens,ſeruis ſuis bona ſua tradidit, quia fidelibus ſuis ſpiritualia dona conceſſit. Et vni quidem quinque talenta, alij duo, alij verò commiſit vnum. Quinque etenim ſunt corporis ſenſus, videlicet, viſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus. Quinque ergo talentis, donum quinque ſenſuum, ideſt, exteriorum ſcientia exprimitur. Duobus verò, intellectus, & operatio deſignatur. Vnius autem talenti nomine, intellectus tantùmmodò deſignatur.

℟. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris: * Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs.

℣. Vigilate ergo, quia neſcitis, qua hora Domi-

minus veſter venturus ſit. Et vos. Gloria Patri. Et vos.

Pro Vigilia SS. Apoſtolorum Simonis, & Iudæ.

Lectio ſancti Euangelij ſecundum Ioannẽ.

Lectio ix. c. 15.

IN illo tempore: dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Ego ſum vitis vera: Et pater meus agricola eſt. Et reliqua.

Homilia S. Auguſtini Epiſcopi.

Tract. 80. in Ioann.

ISte locus Euangelicus, fratres, vbi ſe dicit, Dominus vitem, & diſcipulos ſuos palmites, ſecundum hoc dicit, quod eſt caput Eccleſiæ, noſque membra eius, mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus. Vnius quippè naturæ ſunt vitis, et palmites. Propter quod cum eſſet Deus, cuius naturę non ſumus, factus eſt homo, vt in illo eſſet vitis humana natura, cuius, & nos homines palmites eſſe poſſemus. Te Deum.

In Laud. pro comm. Vigiliæ, Aña. & ℣. de Feria occurr. Orat.

COncede quęſumus omnipotẽs Deus: vt ſicut Apoſtolorum tuorum Simonis, & Iudæ glorioſa natalitia præuenimus: ſic ad tua beneficia promerenda maieſtatem tuam pro nobis ipſi prędueniant. Per Dominum.

In ij. Veſp. fit de SS. Simone, & Iuda Apoſt.

Ad Magnif. Antiph.

Tradent enim vos in concilijs, & in Synagogis ſuis flagellabunt vos, & antè Reges, & Pręſides ducemini propter me in teſtimoniũ illis, & gentibus.

Ora-

Oratio.

DEvs, qui nos per beatos Apoſtolos tuos Simonem, & Iudam, ad agnitionem tui nominis venire tribuiſti: da nobis eorum gloriam ſempiternam, & proficiẽdo celebrare, & celebrando proficere. Per Dominum.

Deindè fit commem. S. Bonifacij.

Antiph. Dum eſſet ſũmus Pontifex, terrena non metuit;ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit,

℣. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et oſtendit illi regnum Dei.

Oratio. Da quæſumus &c. vt ſupra.

FESTA NOVEMBRIS

Die iij.

In Feſto S. Cæſarei Mart. Dupl.

Veſp. de ſancto Cæſareo,

Ad Magnif. Antiph. Iſte Sanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat ſupra firmam petram.

Oratio

PRæſta quæſumus omnipotens Deus: vt intercedente beato Cęſareo martyre tuo, & à cunctis aduerſitatibus liberemur in corpore, & à prauis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominum.

Deindè fit commem. Octauæ omnium Sanctorum.

Antiph. O quàm glorioſum eſt regnum, in quo cum Chriſto gaudent omnes Sancti, amicti ſtolis albis ſequuntur agnum quocumque ierit.

℣. Exultabunt Sancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis. Orat.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui nos omnium Sanctorũ tuorum merita ſub vna tribuiſti celebritate venerari: quæſumus, vt deſideratam nobis tuæ propitiationis abundantiam, multiplicatis interceſſoribus largiaris. Per Dñm.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

Cæſarius Afer Diaconus, cùm Terracinam veniſſet, immane illud facinus aduertit, quod eiuſdem vrbis ciues à Firmino Idolorũ Antiſtite dementati, perpetrabãt; dum publicæ ſaluti ſe litáre credentes, formoſiſſimum iuuenem aliquandíu in delicijs enutrítum, lautèque ſaginatum, adigebant, vt phalerato conſcenſo equo, è monte ſeſe præcipitẽ daret. Quorum impiam ſuperſtitionem Chriſtiana libertate deteſtatus, & charitatis zelo ſuccenſus, cæpit eos vehementer arguere, omnique conatu ad viam ſalutis reuocare. Quo cognito, Firminus, Cæſarium in carcerẽ detrúdi iubet, & ad eius cauſam peragendam, Leontium Campaniæ Conſularẽ, tunc Fundis degentem acciuit: Sed fortiſſimus Chriſti miles, varijs, & grauiſſimis minis ab eo fruſtrà tentatús, acriùs in Gentilitatis errores inuehebatur.

℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: * Et dedit

illi claritatem æternã.
℣. Deſcenditque cum illo in foueam, & in vinculis nõ dereliquit eum. Et dedit illi.

Lectio v.

Hinc nudus, vinctuſq; antè Leontij Carpentũ ad Apollinis templum tractus, nefarium illud impietatis phanum, ſuis precibus euertit; cuius in ruinis Firminus ipſe, tàm ſceleſtæ religionis auctor, oppreſſus iacuit. Tunc Luxurius inter ciues primarius, à Leontio impetrat, vt Cęſarius iterùm in carcerem deducatur; in quo per annũ, & menſem inædia, frigore, nuditate, alijſq; ęrumnis afflictus, denuò in forũ pertrahitur. Dum verò à Leontio, & Luxurio, vt Chriſtum abneget, hortatur; tanta eum repentè de cęlo lux circumfulſit, vt Leontius interno ſancti Spiritus lumine illuſtratus, abdicato inanium Deorum cultu, Chriſti fidem amplexus ſit.

℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine: * Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.
℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Et voluntate.

Lectio vi.

Leontius itaque à Cæſario mox baptizatus, & à Iuliano Presbytero ſacra Euchariſtia refectus, dũ vnà cum illis in preces effũnditur, feliciſſima morte decédit. At Luxurius, in Cæſarium, & Iulianum acriùs cõmotus, ambos ſacco

incluſos iubet in mare præcipites dari. Cùm verò eádem die villã pranſurus cõtenderet, iuxtà Cæſarij vaticinium, mortifero colubro percútitur, emittenſque nefarium ſpiritum, vidit pſallentiũ Angelorum Choros, ex vndis Martyrum corpora exportantes, quę Dei famulus Euſebius propè Terracinam honorificentiſſimè ſepeliuit; vnde, & pars ſacrorum Cęſarij pignorum Romam trãslata, in Sacroſancta noſtra Lateranenſi Eccleſia recondita, & Oratorium in eius honorem propè eandem antiquitùs ædificatum eſt.

℟. Stola iucunditatis induit eum Dominus:* Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius.

℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus: & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et coronam. Gloria Patri. Et coronam.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euangel. Nihil eſt opertum &c. vt in Breuiar. die 14. Octob. in Feſto S. Calixti Papę.

In Laud. fit commem. Oct. Omnium Sanctor. Antiph. Te glorioſus Apoſtolorum Chorus, te Prophetarum laudabilis numerus, te Martyrum candidatus laudat exercitus, te omnes ſancti, & electi voce confitentur vnanimes, beata Trinitas vnus Deus.

℣. Exultabunt ſancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis. Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui nos omnium Sanctorũ

tuo-

tuorũ merita ſub vna tribuiſti celebritate venerari: quæſumus, vt deſideratam nobis tuę propitiationis abundantiam, multiplicatis interceſſoribus largiaris. Per Dominum.

In ij. Veſp. à Cap. fit de S. Carolo Epiſc. & Confeſſore.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dñm.

Oratio.

ECcleſiam tuã Domine ſancti Caroli confeſſoris tui, atq; Pontificis continua protectione cuſtódi, vt ſicut illum paſtoralis ſolicitudo glorioſum reddidit, ita nos eius interceſſio, in tuo ſemper faciat amore feruentes. Per Dñm.

Deindè fit commem. S. Cæſarij.

Antiph. Qui vult venire poſt mę, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

℣. Iuſtus, vt palma florebit.

℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Oratio. Præſta quæſumus &c. vt ſupra.

Poſteà fit comm. Oct. omnium Sanctorum, vt ſup. in j. Veſp.

Poſtremò fit comm. SS. Vitalis, & Agricolæ Martyrum.

Aña. Iſtorum eſt enim regnum cælorum, qui contempſerunt vitam mundi; & peruenerunt ad pręmia regni, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

℣. Exultent iuſti in conſpectu Dei.

℟. Et delectentur in lætitia.

Oratio

PRæſta quæſumus omnipotens Deus:

vt qui ſanctorum martyrum tuorum Vitalis, & Agricolæ ſolemnia colimus, eorum apud te interceſſionibus adiuuemur. Per Dominũ.

DIE V. NOVEMBRIS.

In Feſto S. Zachariæ Conf. Patris S. Io. Bapt. Dup.

Veſper. de S. Carolo, Epiſc. & Conf. à Cap. de S. Zacharia.

Ad Magnif. Antiph. Similabo eum viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram. Oratio.

Vigeat quæſumus Domine ſemper in cordibus noſtris diuinæ tuæ pręſentię memoria, beati Zacharię ſanctiſſimi Præcurſoris tui Patris ſuffragãtibus meritis; vt te ſuper omnia diligentes, ad promiſſiones tuas, quæ omne deſiderium ſuperant, ſinè offenſione curramus. Per Dominum &c.

Deindè fit commem. S. Caroli.

Aña. Amauit eũ Dominus, & ornauit eum, ſtolam glorię induit eum, & ad portas paradiſi coronauit eum. ℣. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas. ℟. Et oſtendit illi regnum Dei.

Orat. Eccleſiam tuam Domine &c vt ſupra.

Poſteà fit commem. Oct. omnium Sanctor. vt ſup. die 3. curren.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Sermo ſancti Ioannis Chryſoſtomi.

Tom. 5. hom. 2. contra Amonæoſ.

Lectio iv.

Fvit Zacharias vir miræ virtutis, pręclarique nominis, Sacerdotio præditus, &

patrociniũ totius populi commeritus apud Deum immortalem; qui Sancta Sanctorum ingreſſus, ipſum ſcilicet penetrale, quod vni fas erat illi, inſpicere. ac pro populo Deo ſupplicans, & Dominum reddens propitiũ famulis, quaſi quidam eſſet interpres Dei, & hominum, vidit Angelum intra parietem ſacri illius domicilij ſtantem, cuius aſpectu ictus, atque expauidus vocem audijt: Noli timere Zacharia, exaudita eſt oratio tua, & ecce Eliſabeth vxor tua pariet filium.

℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

℣. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

SEd vnde hæc verba conſequendi habẽt rationem? Ille pro populo rogabat, pro peccatis veniam ſuis conſeruis implorabat; hic noli timere, inquit, nã exaudita eſt oratio tua atque exaudiendi indicium addit, filium in lucem venturum Ioannem. Vide, quàm rectè iſta ſequantur. Cũ pro peccatis rogaret populi, naſci ex eo debere filium, qui clamamaret: Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatũ mundi. Ratione ſanè optima ità Angelus retulit, exaudita eſt oratio tua.

℟. Amauit eum Dominus, & ornauit eũ: * Et ad portas paradiſi coronauit eum.

℣. Induit eum Dominus loricam fidei, & ornauit eum. Et ad.

Lectio vj.

QVid ille ad hæc? Conſpicatus eſt ſuam ætatem, ſuam canitiem, animaduertit ſuæ vxoris naturam ſterilem; atque ità diffidit, & modum, quo ità fieret, petijt. Nonnè illi Seni dixeris ignoſcendum, cum rerum ordinem petat, & legem naturæ conſideret? Sed, tamen Deo nullam veniam mereri, viſus eſt. Cum enim aſſerit Deus, nullus rerum conſequentiæ, aut naturæ neceſſitati locus relinquitur. Idcircò moleſtè Angelus tulit, nè Sacerdotij quidem negocio pepercit. Imò ob idipſum pęnā illi ſubeundam cenſuit grauiorem. Qui enim pluſquam cæteri obtinebat honoris, fidem quoque habere debebat cæteris ampliorē. Et eris, inquit, tacens, & non poteris loqui, vſque in diem, quo hęc fient.

℟. Iſte homo perfecit omnia, quæ locutus eſt ei Deus, & dixit ad eum: Ingredere in requiem meam: * Quia te vidi iuſtum coram me ex omnibus gentibus.

℣. Iſte eſt, qui contēpſit vitam mundi, & peruénit ad cæleſtia regna. Quia. Gloria Patri. Quia.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio ſancti Euangelij ſecundum Lucā.

Lectio vij.

FVit in diebus Herodis regis Iudæę, Sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abía, & vxor illius de filiabus Aaron,

& nomen eius Eliſabeth. Et reliqua.

Homilia S. Ambroſij Epiſcopi.

Lib. I. in Lucam.

DOcet nos ſcriptura diuina, non ſolum mores, in ijs qui prædicabiles ſunt, ſed etiam parentes oportere laudari; vt veluti tranſmiſſa immaculatæ puritatis hæreditas, in ijs, quos volumus laudare, pręcellat. Quę enim alia intentio hoc loco ſancti Euangeliſtæ, niſi vt ſanctus Ioãnes Baptiſta nobilitetur parentibus, miraculis, moribus, munere, paſſione? Sic etiam ſancti Samuel mater Anna, laudatur; ſic Iſaac à parentibus nobilitatem pietatis accepit, quam poſteris dereliquit. Sacerdos itaque Zacharias, nec ſolum Sacerdos, ſed etiam de vice Abía, id eſt nobilis, inter ſuperiores familias.

℟. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum. ℣. Ecce homo ſine querela, verus Dei cultor, abſtinens ſe ab omni opere malo, & permanens in innocentia ſua. Ipſe intercedat.

Lectio viij.

ET vxor, inquit, illi de filiabus Aaron. Non ſolùm igitur à parentibus, ſed etiam à maioribus, ſancti Ioãnis nobilitas propagatur, non ſeculari poteſtate ſublimis, ſed religionis ſucceſſione venerabilis. Tales enim maiores habere debuit prænuncius Chriſti; vt non repentè conceptã,

ſed à maioribus acceptam, & ipſo infuſam iure naturæ, prædicare fidem Dominici videretur aduentus. Erāt inquit, ambo iuſti antè Deum, incedentes in omnibus mandatis, & iuſtificationibus Domini, ſinè quęrela. Quid ad hoc referunt, qui peccatis ſuis ſolatia præferentes, ſinè peccatis frequentibus, hominem putant eſſe nō poſſe, & vtuntur verſiculo, quia ſcriptum eſt in Iob: Nemo mundus à ſorde, nec ſi vnius diei vita eius ſit in terra?

℞. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris: Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs.

℣. Vigilate ergo, quia neſcitis qua hora Dn̄s veſter venturus ſit. Et. Gloria. Et. Lect. ix.

QVibus reſpondendum eſt, priùs vt quid ſit, hominem ſinè peccato eſſe, definiant: vtrum numquam omninò peccaſſe, an deſijſſe peccare. Si enim hoc putant ſinè peccato eſſe, numquam omninò peccaſſe, & ipſe cōſentio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Sin autem eum, qui veterem errorem correxerit, & in eam ſe vitæ transformauerit qualitatem, vt temperet à peccato, negant ábſtinere à delictis; non poſſum in eorum conuenire ſententiam, cum legamus: Quia ſic Dominus dilexit Eccleſiam, vt exhibeat ipſam ſibi glorioſam, & non habentem maculam, aut ru-

gam, aut aliquid eiuſmodi; ſed vt ſit ſancta, & immaculata. Te Deum.

In Laud. fit commem. Oct. omnium Sanctor. vt ſup. die 3. curren.

In ij. Veſp. Ad Magn. Antiph. Hic vir deſpiciens mundum, & terrena triumphans, diuitias cœlo condidit ore, manu.

Orat. Vigeat quæſumus Domine, &c. vt ſup.

Deinde fit commem. Oct. Omnium Sanctor. vt ſup. die 3. curren.

DIE IX. NOVEMBR.

In Feſto Dedicationis Noſtræ Sacroſanctæ Archibaſilicę Saluatoris Dupl. 1. claſs.

Veſp. de Dedicatione, vt in commu. Dedicationis Eccleſiæ, abſque vlla commem.

Ad Matutinum, & ad Laudes, omnia vt in Breuiar. except. Nona Lect. quæ dicitur de communi, & non de S. Theodoro, de quo nec fit comm. ad Laudes.

In ij. Veſp. fit tantùm commem. S. Deuſdedit Papæ, & Conf.

Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum.

℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum. ℟. Stolam gloriæ induit eum. Oratio.

DA quæſumus omnipotens Deus: vt beati Deuſdedit cõfeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolemnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominũ.

DIE X. NOVEMBRIS

Secunda die infra Oct. Dedicat.

In Feſto S. Deuſdedit Papæ, & Conf. Dup.

In Hymno mutatur verſus.

In j. Noct. Lect. de Script. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

BOnifacio huius nominis Quarto, è viuis ſublato, poſtquam Sedes Apoſtolica mẽſibus quinque, & duodecim diebus vacaſſet, beatus Deuſdedit egregijs virtutibus, & eximia ſanctitate conſpicuus, natione Romanus, patre Stephano, vnanimi omnium conſenſione, ex Subdiacono, Romanus Põtifex creatus eſt. Vt autẽ Subdiaconus Põtifex crearetur, tunc primùm accidit, abſq; maiorum exemplo; ſed vt alijs prætermiſſis, Deuſdedit eligeretur, inſignis eiuſdem ſanctimonia præſtitit; qua mirificè inter tot tenebras illuſtratus, emicuit.

℟. InuéniDauid ſeruũ meũ, oleo ſancto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

HIc à domo Dei regiminis initiũ fecit; Cleri enim maximam curam geſſit, quem cum imminútũ, & valdè diſtractum inueniſſet, eumdem plurimum auxit, in priſtinas ſedes reſtituit, & multis beneficijs cumulauit; ſed planè dolendum eſt, tanti Pontificis facta, Scriptorum inopia, aut certè temporis iniuria, obſcura manſiſſe, quę quidem inſignia fuiſſe, oportuit, cùm eum an-

tiquitùs Eccleſia inter Sanctos receperit, & annua commemoratione, vt Sanctum fuerit venerata.

℟. Poſui adiutorium ſuper potentẽ, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum.

Manus. Lectio vj.

ILlud tamen vnum, ac ſingulare non excidit; Cùm enim ob terremotus vehementiſſimos, Elephãtiq; lues orta eſſet, dum afflictæ Vrbi ſanctiſſimus Pontifex proſpiceret, præſenſque raro exemplo ægros inuiſeret, vnum ex illis, in quo Chriſtum contemplatus eſt, benignè complexus, & oſculatus; diuino miraculo, eundem à lepra mũdauit, vt vetera Eccleſiæ monumenta teſtãtur. Epiſtolæ ab eo ſcriptæ fragmentum extat, in quo luculentum de ſpirituali cognitione decretum continetur. Vbi demum tres annos ſediſſet, ex hac vita diſceſſit, anno Chriſti ſexcenteſimo decimo ſeptimo, & ſepultus eſt in Vaticano.

℟. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorũ.

℣. Iſte eſt, qui contempſit vitã mundi, & peruénit ad cęleſtia regna.

Ipſe. Gloria. Ipſe.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Matthęũ.

Lectio vij. c.25

IN illo tempore dixit Ieſus diſcipu-

lis

lis ſuis parabolam hanc: Homo peregrè proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorij Papæ.

Homil. 9. in Euang.

LEctio ſancti Euãgelij, fratres chariſſimi, ſolicitè conſiderare nos admonet, ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo, accepiſſe aliquid cernimur ab auctore mundi, grauiùs inde iudicemur. Cum enim augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum. Tantò ergò eſſe humilior, atque ad ſeruiendum Deo promptior quiſque debet ex munere, quãtò ſe obligatiorem eſſe conſpicit, in reddenda ratione. Ecce homo, qui peregrè proficiſcitur, ſeruos ſuos vocat, eiſque ad negocium talenta partitur. Poſt multum verò temporis, poſiturus rationem reuertitur. Benè operantes pro apportato lucro remunerat, ſeruum verò à bono opere torpentem damnat.

℟. Amauit eum Dominus, & ornauit eum, ſtolam gloriæ induit eum: *Et ad portas paradiſi coronauit eũ. ℣. Induit eum Dominus loricam fidei, & ornauit eum. Et ad portas paradiſi.

Lectio viij.

QVis itaque iſte homo eſt, qui peregrè proficiſcitur, niſi Redemptor noſter, qui in ea carne, quam aſſumpſerat, abijt in cælum? Carnis enim locus proprius terra eſt, quæ quaſi ad peregrina ducitur, dum per

Redemptorem noſtrũ in cęlo collocatur. Sed homo iſte peregrè proficiſcens, ſeruis ſuis bona ſua tradidit, quia fidelibus ſuis ſpiritualia dona conceſſit. Et vni quidem quinque talenta, alij duo, alij verò commiſit vnum. Quinque etenim ſunt corporis ſenſus, videlicet, viſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus. Quinque ergò talentis, donum quinque ſenſuum, ideſt, exteriorum ſciẽtia exprímitur. Duobus verò, intellectus, & operatio deſignatur. Vnius autem talenti nomine, intellectus tantùmmodò deſignatur.

℞. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris: * Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs.

℣. Vigilate ergo, quia neſcitis, qua hora Dominus veſter venturus ſit. Et vos. Gloria Patri. Et vos.

Pro SS. MM. Tryphone, Reſpicio, & Nympha Virgine.

Lectio ix.

TRyphon, Decio Imperatore, cùm Ieſu Chriſti fidem prędicans, omnes ad eius cultum perducere conaretur, à Decij ſatellitibus comprehenſus, primùm equuleo torquetur, & vngulis ferreis excarnificatur: deindè ſublimibus pedibus candentibus clauis confixus, fuſtibus cęditùr, & admótis facibus ardentibus adúritur. Quæ cùm omnia fortiter ferentem vidiſſet Reſpicius Tribunus, ad Chriſti Do-

mi-

mini fidem conuerſus, ſtatim ſe Chriſtianum eſſe, palàm profeſſus eſt. Qui variè cruciatus, vnà cum Tryphone rapitur ad Iouis ſimulacrum; quæ ſtatua Tryphone orante concidit. Quare plumbatis crudeliſſimè contúſi, nobiliſſimũ Martyriúm conſecuti ſunt, quarto Idus Nouembris. Eodem die virgo quædam, cui nomen Nympha, cum Ieſum Chriſtum verum eſſe Deum clara voce teſtaretur, martyrij palmam ad virginitatis coronam adiunxit.

Te Deum.

In Laud. fit comm. Oct. Dedicat.

Antiph. Zachęe feſtinans deſcende, quia hodie in domo tua oportet me manere: at ille feſtinans deſcẽdit, & ſuſcepit illum gaudens in domum ſuam. Hodie huic domui ſalus à Deo facta eſt, alleluia.

℣. Hæc eſt domus Domini firmiter ædificata.

℟. Benè fundata eſt ſupra firmam petram.

Oratio.

DEvs, qui nobis per ſingulos annos huius ſancti templi tui conſecrationis reparas diem, & ſacris ſemper myſterijs repræſentas incolumes: Exaudi preces populi tui, & præſta: vt quiſquis hoc templum, beneficia petiturus ingreditur, cuncta ſe impetraſſe lætetur.

Deindè fit commem. SS. MM. Tryphonis, Reſpicij, & Nymphæ Virginis.

Aña. Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt: nolite timere, mul-

tis paſſeribus meliores eſtis vos.

℣. Exultabunt ſancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis.

Oratio.

FAc nos quæſumus Domine, ſanctorũ martyrum tuorũ Tryphonis, Reſpicij, & Nymphæ ſemper feſta ſectari: quorum ſuffragijs, protectionis tuæ dona ſentiamus. Per.

In ij. Veſp. fit de S. Martino Epiſc. & Cõf.

Ad Magnif. Antiph. O beatum virum, cuius anima paradiſum poſſidet: vndè exultãt Angeli, lætantur Archangeli, chorus ſanctorũ proclamat, turba virginum inuitat, mane nobiſcũ in æternum.

Oratio.

DEvs, qui conſpicis, quia ex nulla noſtra virtute ſubſiſtimus: concede propitius, vt interceſſione beati Martini confeſſoris tui, atque Pontificis, contra omnia aduerſa muniamur. Per.

Deindè fit commem. S. Deuſdedit.

Antiph. Dum eſſet sũmus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cęleſtia regna glorioſus migrauit.

℣. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et oſtendit illi regnum Dei.

Oratio. Da quæſumus &c. vt ſupra.

Poſteà fit commem. Oct. Dedicat.

Antiph. O quàm metuendus eſt locus iſte: verè non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & porta cæli.

℣. Domum tuam Domine decet ſanctitudo.

℟. In longitudinem dierum.

Oratio.

DEvs, qui nobis per ſingulos annos, huius ſancti templi tui conſecrationis reparas diem; & ſacris ſemper myſterijs repræſentas incolumes: exaudi preces populi tui, & pręſta: vt quiſquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta ſe impetraſſe lętetur. Per.

Poſtremò fit comm. S. Mennę Martyris.

Aña. Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat ſupra firmam petram.

℣. Gloria, & honore coronaſti eũ Domine.

℟. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens Deus: vt qui beati Mennę martyris tui natalitia colimus, interceſſione eius in tui nominis amore roboremur. Per.

DIE XI. NOVEMBRIS.

Tertia die infrà Oct. Dedicat.

De S. Martino Epiſc. & Conf. Duplex, vt in Breu.

Ad Laudes fit comm. Oct. Dedicat. vt ſupra die 10. curren. & deindè S. Mennę Mart.

In ij. Veſp. à Cap. de S. Martino I. Papa, & Martyre.

Ad Magnif. Antiph. Iſte Sanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit; fundatus enim erat ſupra firmam petram.

Oratio.

DEvs, qui nos beati Martini martyris tui, atque Ponti-

ficis annua ſolemnitate lætificas: concede propitius, vt cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

Deindè fit commem. S. Martini Epiſc.

Aña. O beatum Pontificem, qui totis viſceribus diligebat Christum Regem, & non formidabat Imperij principatum: O ſanctiſſima anima, quam etſi gladius perſecutoris non abſtulit, palmam tamen martyrij non amiſit.

℣. Iuſtū deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et oſtendit illi regnum Dei.

Orat. Deus, qui conſpicis &c. vt ſupra.

Poſteà fit commemoratio Octauæ Dedicationis, vt ſupra die 10. curren.

DIE XII. NOVEMBR.

Quarta die infra Oct. Dedicat.

In Feſto S. Martini I. Papę, & M. Dupl.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

In ij. Noct. Lect. prop. vt in Breuiar.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euangel. Si quis venit ad me &c. vt in communi vnius Mart. viij. ℟. Domine præueniſti &c.

In Laud. fit commem. Oct. Dedicat. vt ſup. die 10. curren.

In ij. Veſp. à Cap. fit de S. Nicolao I. Papa, & Confeſs.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dñm.

Oratio.

DA quęſumus omnipotens Deus: vt beati Nicolai con-

feſſoris tui, atque Pōtificis veneranda ſolemnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominũ.

Deindè fit commem. S. Martini Papæ.

Antiph. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

℣. Iuſtus, vt palma florebit.

℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Orat. Deus, qui nos beati Martini &c. vt ſupra.

Poſteà fit comm. Oct. Dedicat. vt ſupra die 10. curren.

DIE XIII. NOVEMBRIS.

Quinta die infrà Oct. Dedicat.

In Feſto S. Nicolai I. Papæ, & Conf. Dup.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

NIcolaus huius nominis Primus, natione Romanus, patre Theodòro Regionario, Benedicto Tertio è viuis ſublato, mirabili omnium conſenſione, anno Chriſti octingenteſimo quinquageſimo octauo, à Clero electus, & ex Baſilica Principis Apoſtolorum, in qua latitabat, per vim eductus, adductuſque in noſtrũ Lateranenſe Patriarchíum, Romanus Pontifex renunciatus eſt. A prima pueritia, pietatem, omnemque virtutem coluit, eoſque in ſacris literis progreſſus fecit, vt eum Sergius Secundus in ipſo eodem Patriarchío, Eccleſiæ Romanç Subdiaconum, Leo verò Quartus Diaconum

crea-

creauerint, Benedictus demum Tertius, eius conſilio, & ductu, vniuerſam Eccleſiam adminiſtrauerit.

℟. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

Extant plurimę ab eo ſcriptæ Epiſtolæ, in quibus errantes correxit, ſuperbos depreſſit, oppreſſos recreauit; Epiſcopos, Reges, Imperatores in officio continuit; Ioãnis Rauennatis Archiepiſcopi contumaciam fregit; Hincmárum Rhemenſem Archiepiſcopum, de iniuſta Rhotaldi depoſitione acriter reprehendit; Lothárium Regem, qui reiecta legitima vxore Theutberga, Vvaldrádam concubinam duxerat, intentato anathęmate, ad ſaniorem mentem reduxit; electionem Photij laici hominis reprobauit, & Patriarcham Ignatium in priſtinam Sedem reſtituit. Eccleſiæ demum Romanę iura ita defendit, vt ſingulæ illius Epiſtolæ, quaſi totidem fortiſſima Sedis Apoſtolicæ munimenta eſſe videantur.

℟. Poſui adiutorium ſuper potentē, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum. Manus enim mea.

Lectio vj.

Cum illius zelus intra tunc præſ-

criptos Eccleſiæ fines contineri non poſſet, ad conuerſionem infidelium applicuit animum, fecitque vt ampliſſima Bulgarorum gens, vnà cum Rege, ad Chriſti fidem conuerſa, Eccleſiæ Romanæ, frendente licet Imperatore ſchiſmatico, acceſſerit. Operam quoque ſuam priuatis pietatis officijs ſedulò nauauit. Hinc deſcripta omnium indigentium nomina apud ſe habere voluit, vt ſingulis accuratiùs ſuccurreret. Reparandis etiam, ornandiſque Baſilicis Vrbis, præcipuè noſtro Lateranenſi Patriarchío liberalem manum appoſuit, & nullis ſumptibus pepercit. Inito demũ decimo Põtificatus anno, in cęlũ migrauit, & in Vaticano ſepultus eſt.

℟. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum, ℣. Iſte eſt, qui contempſit vitam mundi, & peruénit ad cæleſtia regna. Ipſe. Gloria Patri. Ipſe.

In iij. Noct. Homil. ſuper Euangel. Homo peregrè &c. de commu. Conf. Pont.

In Laud. fit commem. Oct. Dedicat. vt ſupra die 10. curren.

In ij. Veſp. Ad Magn. Aña. Dum eſſet ſummus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cęleſtia regna glorioſus migrauit.

Oratio: Da queſumus &c. vt ſupra.

Deindè fit commem. S. Didaci Conf.

Antiph. Similabo eum

viro

viro ſapienti, qui ędificauit domum ſuam ſupra petram.
℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum.
℟. Stolam gloriæ induit eum. Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui diſpoſitione mirabili infirma mundi eligis, vt fortia quæque confundas; concede propitius humilitati noſtræ, vt pijs beati Didaci confeſſoris tui precibus, ad perennem in cælis gloriam ſublimari mereamur.

Poſteà fit commem. Oct. Dedicat. vt ſupra die 10. curren.

DIE XIV. NOVEMBRIS.

Sexta die infrà Oct. Dedicationis.

De S. Didaco Confeſs. Semiduplex.

Vt in Breu. & in Laud. fit comm. Oct. Dedic. vt ſup. die 10. curren.

In ij. Veſp. à Cap. de Oct. Dedicat.

Ad Magnif. Antiph. O quàm metuendus eſt locus iſte: verè non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & porta cęli.

Orat. Deus, qui nos &c. vt ſupra.

Deindè fit commem. ſancti Didaci.

Aña. Hic vir deſpiciẽs mundum, & terrena triumphans, diuitias cœlo condidit ore, manu.
℣. Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas.
℟. Et oſtendit illi regnum Dei.

Orat. Omnipotens sẽpiterne Deus &c. vt ſup.

DIE XV. NOVEMBRIS.

Septima die infrà Oct. Dedicat. Semid.

Vt in commu. Dedicat. Eccleſiæ.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

In ij.& iij. Noctur. vt in dicto communi Septima die.

In ij. Veſp. de die Octauę Dedicationis.

Ad Magnif. Antiph. Sanctificauit Dominus tabernaculum ſuum: quia hæc eſt domus Dei, in qua inuocabitur nomen eius, de quo ſcriptum eſt: Et erit nomen meum ibi, dicit Dominus.

℣. Hæc eſt domus Dñi firmiter ædificata.

℟. Bene fundata eſt ſupra firmam petram.

Orat. Deus, qui nobis &c. vt ſupra.

DIE XVI. NOVEMBRIS.

In Feſto Octauæ Dedicationis noſtræ Sacroſanctæ Archibaſilicę Saluatoris. Dupl.

In j. Noct. Lect. De libro ſecundo Paralipomenon. vt in communi Dedicat. prima die.

In ij. Noct. Ex Epiſtola 1. S. Felicis Papæ Quarti. Tabernaculum Moyſen &c. vt in eod. commu. die oct.

In iij. Noctur. Homil. ſuper Euangel. Ingreſſus Ieſus &c. vt in eod. commu. die tertia, de Homilia S. Ambroſij Epiſc. Quæ autem turba &c.

In ij. Veſp. Ad Magn. Antiph. O quàm metuendus eſt locus iſte: verè non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & porta cæli.

Orat. Deus, qui nobis &c. vt ſupra.

Deindè fit commem. S. Gregorij Thaumaturgi Epiſc. & Conf.

Aña. Sacerdos, & Pôtifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dñm.

℣. Amauit eum Do-

mi-

minus,& ornauit eum. ℟. Stolam gloriæ induit eum. Oratio.

DA quæſumus omnipotens Deus: vt beati Gregorij confeſſoris tui,atque Pontificis veneranda ſolẽnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominum.

DIE XIX. NOVEMBRIS.

In Feſto S. Pontiani Papę,& M. Dupl.

Veſp.de Dedicat.Baſilicarum SS. Petri, & Pauli,à Cap.de Sancto Pontiano.

Ad Magnif. Antiph. Iſte ſanctus pro lege Dei ſui, certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram. Oratio.

INfirmitatem noſtrã reſpice omnipotẽs Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat,beati Põtiani martyris tui, atque Pontificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per Dominum.

Deindè fit commem. Dedic. Baſilicarũ &c. Antiph. O quàm metuendus eſt locus iſte: verè non eſt hic aliud, niſi domus Dei,& porta cœli.

℣. Domum tuam Domine decet ſanctitudo. ℟. In longitudinem dierum. Oratio.

DEvs,qui nobis per ſingulos annos huius ſancti templi tui conſecrationis reparas diem, & ſacris ſemper myſterijs repræſentas incolumes: exaudi preces populi tui, & præſta: vt quiſquis hoc tẽplum beneficia petiturus ingreditur, cuncta ſe impetraſſe lætetur. Per Dominum.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

POntianus Romanus, præfuit Eccleſiæ Alexandro Imperatore, qui ſanctum Pontificẽ propter Chriſtianæ fidei confeſſionem, in Sardiniam Inſulam cum Hippolyto Presbytero relegauit. Vbi is pro Chriſti fide multis calamitatibus afflictus, decimo tertio Kalendas Decembris è vita migrauit. Eius corpus Fabiano Pontifice, cum Clero Romam delatum, in Cœmeterio Calixti via Appia ſepelitur. Sedit annos quatuor, menſes quatuor, dies viginti quinque. Fecit Ordinationes duas menſé Decembri, quibus creauit Presbyteros ſex, Diaconos quinq; Epiſcopos per diuerſa loca ſex.

℟. Honeſtum fecit illũ Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem æternam. ℣. Deſcenditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Sermo S. Auguſtini Epiſcopi.

De S. Cypriano 12.

Lectio v.

SErmonem exigit tã grata, & religioſa ſolemnitas: qua paſſionem beati martyris Pontiani celebramus. Triſtis proculdubio tũc Eccleſia fuit, non damno cadentis, ſed deſiderio recedentis, ſemper cupiens videre pręſentem tàm bonum rectorem, atque doctorem. Sed quos afflixerat ſolicitudo certami-

nis,

nis, conſolata eſt corona victoris. Et nunc non ſolùm ſinè vlla triſtitia, verùm etiam cum ingenti lætitia, cuncta quæ tunc geſta ſunt, legendo recolimus: diéque iſto gaudere nobis conceſſum eſt, non timére. Neque enim formidamus terribiliter venientem, ſed expectamus hilariter redeuntem.

℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Dñe: * Et voluntate labiorũ eius non fraudaſti eũ. ℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Et. Lect. vj.

Vicina corporis morte, non moriebatur in animo paſtoris, vigilantia paſtoralis; & cura tuendi Dominici gregis vſque ad extremum vitæ huius diem, mente ſobria tenebatur. Nec excutiebat ab animo diligentiam fideliſſimi diſpenſatoris, manus iàm proxima cruenti carnificis. Ità ſe martyrem cogitabat futurum, vt eſſe non obliuiſceretur Epiſcopum: magis curans, quàm rationem paſtorum Principi de commiſſis ſibi ouibus redderet, quàm quid infideli, de fide propria reſpõderet. Amàbat quippè eum, qui Petro dixerat, Amas me? Paſce oues meas. Et paſcebat oues eius pro quibus ſanguinem fundere illum imitans præparabat.

℟. Stola iucunditatis induit eum Dominus: * Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius.

℣. Cibauit illum Domi-

minus pane vitæ,& intellectus: & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et coronã. Gloria. Et coronam.

In iij. Noctur. Homil. ſuper Euangel. Si quis venit ad me. de commu. vnius mart. viij. ℞. Domine prꝗuenisti &c.

In ij. Veſp. à Cap. de ſancto Felice de Valois Conf. niſi venerit in Dominica, quia eſt ad libit. & eo anno vacat.

Ad Magnif. Antiph. Similabo eum viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram. Oratio.

DEvs, qui beatum Felicem confeſſorem tuum, ex erémo ad munus redimendi captiuos, cælitus vocare dignatus es; præſta quæſumus, vt per gratiam tuam ex peccatorum noſtrorum captiuitate, eius interceſſione liberati, ad cæleſtem patriam perducamur. Per Dominũ.

Deinde fit commem. S. Pontiani.

Antiph. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

℣. Iuſtus vt palma florebit.

℞. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Oratio. Infirmitatem noſtram &c. vt ſupra.

DIE XXIII. NOVEMBRIS.

In Feſto S. Clementis I. Papę, & Mart. Dup.

Veſp. de S. Cęcilia Virg. & M. à Cap. de S. Clemente.

Ad Magnif. Antiph. Oremus omnes ad Dñm Ieſum Chriſtũ, vt confeſſoribus ſuis fõtis venam aperiat. Oratio.

DEvs, qui nos annua beati Cle-

men-

mentis martyris tui, atque Pontificis ſolemnitate lætificas: concede propitius, vt cuius natalitia colimus, virtutẽ quoque paſſionis imitemur. Per Dominum.

Deindè fit commem. S. Cæciliæ.

Antiph. Virgo glorioſa ſemper Euangelium Chriſti gerebat in pectore ſuo, & non diebus, neque noctibus à colloquijs diuinis, & oratione ceſſabat.

℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.

℟. Propterea benedixit te Deus in ęternũ.

Oratio.

DEvs, qui nos annua beatæ Cęciliæ virginis, & martyris tuę ſolemnitate lætificas: da, vt quam veneramur officio, etiã piæ conuerſationis ſequamur exemplo.

Poſteà fit commem. S. Felicitatis Mart.

Antiph. Simile eſt regnum cælorum homini negociatori quęrenti bonas margaritas: inuenta vna pretioſa, dedit omnia ſua, & cõparauit eam.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua.

℟. Intende, proſpere procede, & regna.

Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens Deus, vt beatæ Felicitatis martyris tuæ ſolemnia recenſentes, meritis ipſius protegamur, & precibus. Per Dñm.

Reliqua vt in Breuiario except.

In ij. Veſp. à Cap. de S. Eliſabeth. vid. Regina Hungar.

Ad Magnif. Antiph. Simile eſt regnum cælorum homini negociatori quęrenti bonas

mar-

margaritas: inuenta vna pretioſa, deditomnia ſua; & comparauit eam.

Oratio.

TVorum corda fidelium Deus miſerator illuſtra, & beatæ Eliſabeth precibus, glorioſis fac nos proſpera mundi deſpicere, & cęleſti ſemper conſolatione gaudere. Per.

Deindè fit commem. S. Clementis.

Aña. Dediſti Domine habitaculum martyri tuo Clementi in mari, in modum templi marmorei, Angelicis manibus præparatum, iter præbens populo terrę, vt enarrent mirabilia tua.

℣. Iuſtus, vt palma florebit.

℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Orat. Deus, qui nos &c. vt ſupra.

Poſteà fit commem. S. Chryſogoni Mart.

Aña. Iſte sãctus pro lege Dei ſui certauit vſq; ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat ſupra firmam petram.

℣. Gloria, & honore coronaſti eum Dñe.

℟. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Oratio.

ADeſto Domine ſupplicationibus noſtris: vtqui ex iniquitate noſtra reos nos eſſe cognoſcimus, beati Chryſogoni martyris tui interceſſione liberemur. Per Dominũ.

DIE XXIV. NOVEMBRIS.

In Feſto S. Eliſabeth. Vid. Reginæ Vngarorum Duplex.

Vt in Breuiar. die 19. currentis, prẹter ſequen.

In iij. Noct. legitur 9 Lect. pro S. Chryſogono mart. ex duabus facta vna, de quo fit commem. in Laud.

DIE XXVI. NOVEMBRIS.

In Feſto S. Gelaſij Papæ, & Conf. Dup.

Veſp. de S. Catharina virg. & Mart. à Cap. de S. Gelaſio.

In Hymno mutatur verſus.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominũ.

Oratio.

DA quæſumus omnipotens Deus: vt beati Gelaſij confeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolẽnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominum.

Deindè fit commem. S. Catharinæ.

Antiph. Veni ſponſa Chriſti, accipe coronã, quam tibi Dominus præparauit in ęternũ.

℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.

℟. Propterea benedixit te Deus in æternũ.

Oratio.

DEvs, qui dediſti legem Moyſi in ſummitate montis Sinai, & in eodem loco per ſanctos Angelos tuos corpus beatæ Catharinæ virginis, & martyris tuæ, mirabiliter collocaſti: præſta quæſumus, vt eius meritis, & interceſſione, ad montem qui Chriſtus eſt, peruenire valeamus.

Poſteà fit commem. S. Petri Alexandrini Epiſc. & Mart.

Aña. Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certauit, vſque ad mortem, & à verbis impiorum non

ti-

timuit: fundatus enim erat ſupra firmam petram.

℣. Gloria, & honore coronaſti eum Dñe.

℞. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Oratio.

INfirmitatem noſtrã reſpice omnipotẽs Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat, beati Petri martyris tui, atque Pontificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

GElaſius, gente Africanus, Patre Valerio, in Felicis Tertij locum ſubrogatus, Pontificatum geſſit annos quatuor, menſes octo, duodeuiginti dies. Creauit in duplici Ordinatione, Diaconos duos, Presbyteros triginta & duos, ſexaginta ſeptẽ per diuerſa loca Epiſcopos. Vir ſane ſingulari fidei propagandæ, ac ſeruandæ zelo ardentiſſimus; omni literatura, prĕſertim ſacra inſtructiſſimus, & intrepidi pectoris robore, tum ad vindicanda Eccleſiæ, & Sedis Apoſtolicæ iura, tum ad retundendam hæreticorum, & ſchiſmaticorum proteruiam, armatus.

℞. Iuuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

EIus cura, & ſtudio non Clerus modo plurimùm auctus eſt, verùm etiam vniuerſa

Eccle-

Eccleſia magnis incrementis adoléuit. In quo certè, illius prudentia mirabilis fuit, cùm eo tempore, Anaſtaſius Imperator hæreticus, & Theodoricus Arriánus, rerum vtriuſque Imperij potirentur. Imminente famis periculo, vbere annona Vrbem recreauit. Lupercalia, aliáque Gentilium ſpectacula, quæ ad hęc vſq; tempora, poſt tam multa Imperatorum edicta, aduerſus Idololatríam lata, & Romanorum Pontificum ſtudia, ad eam extirpandam adhibita, viguiſſe conſtat, Andromacho Senatore, alijſque Romanis, fruſtrà licèt, refragrantibus, penitus aboléuit.

℟. Poſui adiutorium ſuper potētem, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum. Manus. Lectio vj.

Alia quampluríma ad dignitatē & diſciplinam Eccleſiæ ſpectantia pręſtitit, ſanciuit, & ſcripſit. Defenſores Acacij, Euphęmium præſertim Cōſtantinopolitanum damnauit; ſcriptiſque ad diuerſos neruoſiſſimis iuxtà, atque doctiſſimis literis, vel eos in officio cōtinuit, vel aberrantes reduxit. Pelagianos, Manichæos, & alios hæreticos coercuit, eorumq; libros publicis flammis tradi curauit. Præter Decretales, & Hymnos Eccleſiaſticos, egregia ſcripſit Opuſcula contra Neſtórium, Arrium, Pelagiū, & Eutychétē.

Sed

Sed illud præ cæteris memorandum, quod libros Canonicos ab alijs, & probatos ab apocryphis in Romana Synodo ſeptuagintā Epiſcoporum, ſingulari decreto, diſtinxit. Poſt multos demum labores in regenda vniuerſali Eccleſia exāthlátos, ſanctiſſimus, & doctiſſimus Pontifex piè obijt in Domino, vndecimo Kalendas Decembris, anno Chriſti quadringenteſimo, nonageſimo ſexto, & ſepultus eſt in Vaticano. ℟. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum. ℣. Iſte eſt, qui contempſit vitā mundi, & peruénit ad cęleſtia regna. Ipſe. Gloria. Ipſe.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio sācti Euangelij ſecundùm Matthęū.

Lectio vij. c. 25.

IN illo tempore: dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Homo peregrè proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Et reliqua.

Homilia ſancti Gregorij Papę.

Homil. 9. in Euang.

LEctio ſancti Euangelij, fratres chariſſimi, ſolicitè conſiderare nos admonet, ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo, accepiſſe aliquid cernimur ab auctore mundi, grauiùs inde iudicemur. Cum enim augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum. Tantó ergò eſſe humilior, atque ad ſeruiendum Deo promptior quiſque debet ex

mu-

munere, quãtò ſe obligatiorem eſſe conſpicit in reddenda ratione. Ecce homo, qui peregrè proficiſcitur, ſeruos ſuos vocat, eiſque ad negocium talenta partitur. Poſt multum verò temporis, poſiturus rationem reuertitur. Benè operantes pro apportato lucro remunerat, ſeruum verò à bono opere torpentem damnat.

℞. Amauit eum Dominus, & ornauit eum, ſtolam gloriæ induit eum: * Et ad portas paradiſi coronauit eũ. ℣. Induit eum Dominus loricam fidei, & ornauit eum. Et ad.

Lectio viij.

Quis itaque iſte homo eſt, qui peregrè proficiſcitur, niſi Redemptor noſter, qui in ea carne, quam aſſumpſerat, abijt in cælum? Carnis enim locus proprius terra eſt, quæ quaſi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem noſtrũ in cęlo collocatur. Sed homo iſte peregrè proficiſcens, ſeruis ſuis bona ſua tradidit, quia fidelibus ſuis ſpiritualia dona conceſſit: Et vni quidem quinque talenta, alij duo, alij verò commiſit vnum. Quinque etenim ſunt corporis ſenſus, videlicet, viſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus. Quinque ergo talentis, donum quinque ſenſuum, ideſt, exteriorum ſcientia exprimitur. Duobus verò, intellectus, & operatio deſignatur. Vnius autem talenti nomine, intellectus tantùmmodò deſignatur.

℞. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ

ardentes in manibus veſtris: * Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs.

℣. Vigilate ergo, quia neſcitis, qua hora Dominus veſter venturus ſit. Et vos. Gloria Patri. Et vos.

In ij. Veſp. Ad Magn. Aña. Dum eſſet ſummus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cęleſtia regna glorioſus migrauit.

Oratio. Da quæſumus. &c. vt ſupra.

Pro S. Petro Epiſcopo, & Martyre.

Lectio ix.

Petrus Epiſcopus Alexandriæ, poſt Theónam virum ſanctiſſimum, ſanctitatis, & doctrinæ ſplendore non ſolum illuſtrauit Ægyptum, ſed toti luxit Eccleſiæ Dei. Qui in perſecutione Maximiani Galerij illam temporum acerbitatē ità pertulit, vt multi admirabilem eius patiētiam intuentes, plurimùm in Chriſtiana virtute proficerent. Is primus Arrium Diaconum Alexandrínum, propter ſchiſma Meletianum, cui fauebat, à fidelium communione ſeiunxit. Ad eum, capitis ab eodem Maximiano damnatum in carcere, cum Achillas, & Alexander Presbyteri deprecatores Arrij veniſſent, reſpondit; noctu apparuiſſe ſibi Ieſum veſte diſciſſa, cauſamque rei ſciſcitanti dixiſſe: Arrius veſtem meam, quæ eſt Eccleſia, dilacerauit. Quibus etiam prædícens, fore vt ſibi in Epiſcopatu ſuccederent, præcepit ne vnquam

Atrium in communionem reciperent, quem Deo mortuum eſſe ſcirent. Et hanc diuinam prænotionem veram fuiſſe, non diù poſt, rei probauit euentus. Denique duodecimo ſui Epiſcopatus anno, ſexto Kalendas Decembris, abſciſſo capite, ad martyrij coronam euolauit. T e Deum.

In Laud. pro comm. S. Petri Alexandrini Epiſc. & Mart.

Antiph. Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam.

℣. Iuſtus, vt palma florebit.

℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Orat. Infirmitatem noſtram &c. vt ſupra.

DIE XXVIII. NOVEMBRIS.

In Feſto S. Gregorij III. Papæ, & Conf. Dup.

Veſp. de S. Gregorio.

Ad Magnif. Antiph. Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dñm.

Oratio.

DA quæſumus omnipotens Deus: vt beati Gregorij confeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolemnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominũ.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

GRegorius huius nominis Tertius, natione Syrus, patre Ioanne, Gregorio Secũdo vita functo, vnanimi Cleri, & populi conſenſu, necnon diuino quodam inſtinctu, cum digniſſimus omnium eſſet, ſubrogatus eſt, anno Chriſti ſep-

tingenteſimo trigeſimo primo. Vir ſingulari doctrina, & virtute, latina, & græca lingua eruditus, mirabili dicendi facundia, atq; adeò felici memoria, vt totum Pſalterium memoriter recitaret; is demum, quem prædeceſſori ſuo Gregorio, doctrina, & prudentia, ſapientiſſimi homines æquiparandum eſſe, duxerunt.

℟. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus.

Lectio v.

CAtholicæ fidei propugnator acerrimus, Leonem Iſaurum Imperatorem Iconoclaſtam, paternis monitis, & literis ad ſaniorem mentem reducere conatus eſt; ſed cùm nihil proficeret, conuocato Romæ nonaginta quinque Epiſcoporum Concilio, ſacrarum imaginum cultum, Apoſtolico decreto firmauit, & diro anathemate ferijt Iconómachos. Quæ cum ad Leonis aures perueniſſent, altiús rugire cæpit, miſitque aduerſus Gregorium florentiſſimam claſſem, cum potentiſſimo exercitu; ſed hęc, volente, ac vindice Deo, in Adriatico ſæua tempeſtate agitata, fœdo naufragio perijt.

℟. Poſui adiutorium ſuper potentẽ, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſan-

ᷣo meo vnxi eum.
Manus. Lectio vj.

MVlta quoque à Luitprando Lõgobardorum Rege iniquè paſſus eſt, qui & Vrbem longa obſidione cinxit, & ſancti Petri Baſilicam ſacrilega manu diripuit; in his anguſtijs, ſanctiſſimus Pontifex ad Carolum Martellum, anteceſſoris exemplo, Legatos cum ſacris muneribus deſtinauit, muniuit Vrbis mœnia, largas in egenos eleemoſynas erogauit, nouas Baſilicas à fundamentis extruxit, antiquas ornauit, ac reſtaurauit, Vaticanã prẹſertim, intra quam, Oratorium auro, argento, gemmis, omnique pretioſi operis genere ditatum erexit, in quo Sanctorum Apoſtolorum, & Martyrum reliquias, ſumma cura, & diligentia toto Chriſtiani Orbis ambitu conquiſitas repoſuit, & colendas expoſuit, eo maximè tẽpore, quo illas Agiómachi diabolico furore proculcabant. Multa Monaſteria reſtituit, & ſanctis legibus inſtruxit, ſtatuitque, vt Presbyteri, & Monachi alternis nocte, dieque diuinas laudes celebrarent. Fractus demùm laboribus, meritis licèt, atque virtutibus inclytus, anno ſui Pontificatus vndecimo nõdum peracto, quarto Kalẽdas Decẽbris piè obijt in Domino, & in prædicto Oratorio ſepultus eſt.

℟. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt: * Ipſe intercedat pro pecca-

tis omnium populorũ.
℣. Iſte eſt, qui contempſit vitã mundi, & peruénit ad cęleſtia regna. Ipſe. Gloria. Ipſe.
In iij. Noct. Homilia ſuper Euangel. Homo peregrè. de communi Conf. Pont.
In ij. Veſp. ad Magn.
Aña. Dum eſſet ſummus Pontifex, terrena non metuit, ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit. Oratio.

DA quęſumus omnipotens Deus: vt beati Gregorij confeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolénitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per Dominum.

Deindè fit commem. S. Saturnini Mart.
Antiph. Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat ſupra firmã petram.
℣. Gloria, & honore coronaſti eũ Domine.
℟. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Oratio.

DEus, qui nos beati Saturnini martyris tui concedis natalitio perfrui: eius nos tribue meritis adiuuari. Per Dominum.

FESTA DECEMBR.

Die prima.

In Feſto SS. Diodóri Presbyteri, Mariani Diaconi, & Sociorum MM.

Duplex.

Veſp. de ſancto Andrea Apoſtolo.
Deindè fit commem. SS. Diodori &c. Martyrum.
Aña. Iſtorum eſt enim regnum cælorum, qui contempſerunt vitam mundi, & peruénerunt ad præmia regni, & laue-

lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

℣. Lætamini in Dño, & exultate iuſti.

℟. Et gloriamini omnes recti corde.

Oratio.

DEvs, qui nos concedis Sanctorum martyrum tuorũ Diodóri, Mariani, & Sociorum natalitia colere: da nobis, in æterna beatitudine de eorum ſocietate gaudere. Per Dominum.

In j. Noct. Lect. de ſcript. occurr.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

DIodórus Presbyter, & Marianus Diaconus regente Eccleſiam beato Stephano Primo Papa, pietate, & religione conſpicui, cum ad ſepulchra beatorum martyrum Chryſanthi, & Dariæ orationis gratia cum incredibili multitudine virorum, ac mulierum conueniſſent, Numerianus Cæſar ea re cognita, os & aditum ſpeluncæ, in qua prædictorum martyrum corpora condita erãt, obſtrui iuſſit: & cum vndique terra demitteretur, omnes ſimul ruina oppreſſi ad feliciſſimam martyrij coronam percipiendam in Cęlum auolarunt. Horum Corpora poſteà ſedente Stephano Sexto inuenta, ingenti Vrbis gaudio, & concurſu, ſolemni pompa in noſtrum Lateranenſe Patriarchium delata ſunt, vbi hactenus in Oratorio ad Sancta Sanctorum conquieſcunt, & pijſſimè venerantur.

℟. Sancti tui Domine mirabile conſecuti sũt iter, ſeruientes præcep-

tis tuis, vt inuenirentur illęſi in aquis validis: *T erra apparuit arida: & in mari rubro via ſinè impedimento.

℣. Quoniam percuſſit petram, & fluxerunt aquę, & torrentes inũdauerunt. T erra.

Sermo S. Auguſtini Epiſcopi.

Serm. 47. de Sanctis.

Lectio v.

QVotieſcumque fratres chariſſimi, Sanctorum martyrum ſolemnia celebramus, ita, ipſis intercedentibus, expectemus à Domino conſequi temporalia beneficia: vt ipſos martyres imitãdo, accipere mereamur æterna. Ab ipſis enim, ſanctorum martyrum in veritate feſtiuitatum gaudia celebrantur, qui ipſorum martyrum exempla ſequuntur. Solemnitates enim martyrum, exhortationes ſunt martyriorum, vt imitari non pigeat, quod celebrare delectat.

℟. Verbera carnificũ non timuerunt ſancti Dei, morientes pro Chriſti nomine: * V t hęredes fierent in domo Domini.

℣. Tradiderunt corpora ſua propter Deũ ad ſupplicia. V t hæredes fierent.

Lectio vj.

SEd nos volumus gaudere cum Sanctis: & tribulationem mundi nolumus ſuſtinere cum ipſis. Qui enim ſanctos martyres, in quantum potuerit, imitari noluerit; ad eorum beatitudinem non poterit peruenire. Sed Paulus Apoſtolus prędicat, dicens: Si fueri-

mus

mus ſocij paſſionum, erimus, & conſolationum. Et Dominus in Euangelio : Si mundus vos odit , ſcitote quia me priorem vobis odio habuit . Recuſat eſſe in corpore , qui odium non vult ſuſtinere cum capite.

℟. Tamquam aurum in fornace probauit electos Dominus , & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos ; & in tempore erit reſpectus illorum : * Quoniam donum , & pax eſt electis Dei.

℣. Qui confidunt in illum, intelligent veritatem ; & fideles in dilectione acquieſcent illi. Quoniam. Gloria Patri. Quoniam.

In iij. Nocturno Homilia ſuper Euangel. Deſcendens Ieſus de Monte. vt in communi plurimorum Martyrum.

In ij. Veſp. ad Magnif. Antiph. Gaudent in cœlis animæ ſanctorum, qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti : & quia pro eius amore ſanguinem ſuum fuderunt ; ideò cum Chriſto exultant ſine fine.

Oratio.

DEvs, qui nos concedis ſanctorum martyrum tuorū Diodòri, Mariani, & Sociorum natalitia colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum ſocietate gaudere. Per Dominum.

Deindè fit commem. S. Bibianæ virginis, & Martyris.

Aña. Veni ſpōſa Chriſti, accipe coronam, quam tibi Dñs pręparauit in ęternum.

℣. Specie tua , & pulchritudine tua.

℟. Intende, proſperè procede, & regna.

Oratio.

DEvs omnium largitor bonorum, qui in famula tua Bibiana, cum virginitatis flore martyrij palmam coniunxiſti: mentes noſtras eius interceſſione tibi charitate coniunge, vt amotis periculis, pręmia conſequamur ęterna. Per.

FINIS PARTIS AVTVMNALIS, ET TOTIVS PROPRII.



DECRETVM

Vrbis.

RElatis in S. Rit. Congreg. ab Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. Card. Caſanate, ad preces Capituli & Cleri, Sacroſanctæ Eccleſiæ Lateranenſis, Officijs Proprijs, ſimul cum aſſignatione nonnullorum dierum fixorum in hoc libro contentis; Eadem Sacra Congregatio benignè inclinata annuendum cenſuit, prædictaque omnia, ab eodem Eminentiſſimo Caſanate diligentèr reuiſa, & maturè perpenſa approbauit; necnon imprimi, & à præfato Capitulo & Clero dumtaxat, impoſterum liberè, & licitè recitari poſſe conceſſit, & ità decreuit, & ſeruari mandauit. Hac die 12. Martij 1689.

A. Card. Cybo.

Loco ✠ ſigilli.

Bernardinus Caſalius Sac. Rit. Congr. Secret.

REGESTVM

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk.

Omnes ſunt duerniones except. P, qui eſt cum fol. dimidio, & Kk, folium cum dimidio.

Imprimatur.

Si videbitur Reuerendiſſimo P. Magiſtro Sacri Palatij Apoſt.

Steph. Ioſeph Menattus Epiſc. Cyrenen. Viceſg.

Imprimatur.

Fr. Franciſcus Maria Forlani, Reuerendiſs. P. Sacr. Apoſt. Palat. Magiſt. F. Thomæ Mariç Ferrari Socius, Ord. Præd.

VA1 1528806

162
B.
25



Digitized by Google